
BIBLIOTECA NAZ.
150
I
19
NAPOLI


BIBL. NAZ.
VITT. EMANUELE III
150
I
19
NAPOLI

CODEX DIPLOMATICVS ANECDOTORVM,

RES MOGVNTINAS, FRANCICAS, TREVIRENSES, HASSIACAS, FINITIMARVMQVE REGIONVM,

NEC NON


IVS GERMANICVM, ET S. R. I. HISTORIAM VEL MAXIME ILLVSTRANTIVM

TOMVS III.

EX LATEBRIS IN LVCEM PRODVXIT, DIGESSIT, NOTASQVE ADDIDIT

VALENTINVS FERDINANDVS
S. R. I. LIBER BARO DE GVDENVS,
CAMERÆ IMPERIALIS ASSESSOR.

PROSTAT
FRANCOFVRTI ET LIPSIÆ,
TYPIS IOAN. CHRISTOPH. STOEHR, TYPOGR. AVL.
YSENB. BVDINGENSIS.
MDCCLI.



ANECDOTORVM CONSPECTVS.

Codex Diplomaticus Seculi XIV.

1301 ——— 1400.

(p. 1 ——— 658)

MONASTERIA Virginum Stemmate Nobilium:

I. SELIGENTHAL (p. 660)

Cum tabula geneal. Dynast. de DVREN, *& XII. Sigillis.* (p. 668 a)

II. PADENHAVSEN (p. 743)

III. RETTERS: (p. 789)

Ante annos ferme ducentos extincta, in Diplomatibus & Antistitis quondam suis rediviva. p. 659)


ELENCHVS Prælatorum Ecclesiæ Collegiatæ S. *Ioannis* Mogunt. (p. 825) cum Diplomatario. (p. 904)

Accedunt EPITAPHIA. (p. 904)

ELENCHVS Prælatorum Eccl. Coll. S. *Mauritii.* (p. 915) Manipulus Diplomatum. (p. 949)

(*Epitaphia continuantur* p. 965)





PRÆ-



PRÆFATIO.



Prodit iterum ſpatio annorum ferme quatuor interiecto Volumen Codicis mei Diplomatici. Non ſine ratione dixeram in II. Tomi præloquio, huiusmodi Operum editionem haud parvis premi difficultatibus. Sciunt Bibliopolæ, ſtudia hodiedum a plerisque, ut loquuntur, pani lucrando ſolum accommodari; & libros, qui huic fini deſerviunt, frequentius emi, quam illos, qui vel Hiſtoriæ,

vel Moribus ac Iuribus antiquis, Procerum & Nobilium Stemmatibus, aliisque ſublimioribus ſcientiis lucem adferunt inſignem. Reperiuntur valde pauci harum deliciarum iuſti æſtimatores, qui ſciunt, quantum Diplomata per omnes Iurisprudentiæ partes ad Iuris Germanici dilucidationem iuvent, ex quibus hæc ſcientia debeat hauriri. Agnovit illud humaniſſimus I. C. *Ioannes Gottlieb* HEINECCIVS, in Elementis *Iur. Germ.* § II Procemii ita ſcribens: *Medii ævi Iuris prudentiam mirifice illuſtrant Diplomata, quæ ſubinde iuris cuiusdam faciunt mentionem, quod alibi fruſtra quæſiveris.* Sed ſtatim ſubiungit, quod non ſit quorumvis *hanc adire Corinthum.*

Non deſunt tamen, qui ſepoſita falſa hac opinione, quod ſtudium ævi medii pertineat ad inutiles ſpeculationes, omnia quæ has tenebras diſpellunt, ambabus ut aiunt ulnis amplectuntur, & Diplomata inſtar cimeliorum adamant, nihil-

nihilque magis in votis habent, quam ut Chartæ ſqualori & oblivioni eripiantur.

Impulit idem fervor Virum horum ſtudiorum amantiſſimum, Dominum *Fridericum Carolum* BVRI, Conſilii, & Iudicii Aulici Iſenburgico-Birſteinenſis Directorem, ut, poſtquam in ſupra citata præfatione legerat, adhuc tantam mihi eſſe copiam Inſtrumentorum, quibus quatuor novi Tomi prioribus æquales poſſent impleri, literas ad me daret; enixe poſtulans, ne Orbi literato delicias has inviderem, ſed ocyus citius Illorum, qui eas avidiſſime exſpectent, deſiderio ſatisfacerem; ſimulque aſſerens, ſi forſan deeſſet, qui ſumtus neceſſarios ſubminiſtraret, ſe de mediis, queis huic impedimento poſſit obviam iri, non deſperare.

Sereniſſimus Princeps *Iſenburgicus* WOLFGANGVS ERNESTVS, eruditionis

nis ac Doctrinæ Fautor ac Promotor, cœptis eius adſtitit, & communicato cum aliis quibusdam Germaniæ Proceribus conſilio, ſumtus in ſe ſuſcipere non recuſavit. Laudant Inſtitutum, perpendunt utilitatem, quæ ex productis eiusmodi documentis in omnem Nobilium claſſem redundat. Sic, qui eodem ſub titulo inter Status Imperii etiamnum florent Principes, & Comites ex veteri proſapia nati, v. g. *Brunſvicenſes*, *Haſſiaci*, *Palatini*: *Erpacenſes*, *Hohenloici*, *Iſenburgici*, *Leiningenſes*, *Naſſovici*, *Rhingravii*, *Solmenſes*, *Schvvartzburgici &c*, deprehendunt in iis multa, quæ vel ipſorum Atavos & Terras, Vaſallos ac Miniſteriales reſpiciunt; Legit prima Nobilitas, etſi Nomina eorum deſierint, quæ ad ſua ſpectant Stemmata, ut ſunt Landgravii *Thuringiæ*, Illi *de Brauneck*, *Büdingen*, *Catzenelenbogen*, *de Düren*, *Eberſtein*, *Falckenſtein*, GLIZBERG: Comites *Sylveſtres*, *Hirſuti*: de MINZENBERG, *Rieneck*, Palatini TÜBINGENSES, de *Weſterburg* cet. Inferior quoque comperit in Militibus & Armigeris detectis, queis provide uti poteſt. *Conf.* Index III. *lit.* h. Habet denique & Eccleſiaſticus Ordo ſeriem Epiſcoporum,

Abba-

Abbatum, & Abbatiſſarum *cet.* præter ſingularia quemvis tangentia, in plurimis conſtabilitam. Produntur inſuper multa & varia, quæ iam dudum iniuria temporum e propriis abſtulit archivis, unde lacunarum in iisdem exiſtentium defectus his nunc ſuppleantur, manca vero & obſcura reddantur integra & clariora.

Haſce ob rationes ſub auſpiciis altefati Seren^{mi} Principis non ſolum expenſæ hunc in Tomum lubenti animo ſuppeditatæ ſunt, ſed & ad præparandos etiam reliquos incitor. Si Deus vitam viresque conceſſerit, votis reſpondebo, horasque meas ſubſecivas huic ſtudio, quo non parum delector, ulterius conſecrabo; firmiter perſuaſus, quod futurum neutiquam ſit, ut illos, qui ſequentium Voluminum editionem pariter procurabunt, Incepti pœniteat.

Conſervet modo Deus Principem optimum, omnesque Eos, qui de labore hoc promovendo bene merentur; ne bona mea voluntate, quæ diplomaticam penum exhaurire geſtit, Fato præciſa, indeque emergentibus circa res congrue or-

 dinan-

dinandas obſtaculis, Chartarum, quas hac in arena poſt ſuperatas tot (omnis generis) difficultates ex Carceribus in libertatem vindicavi, pars reſidua ſane ſpectabilis, denuo, ſub privatis, neſcio cuius, manibus, tenebrisque domeſticis otioſe deliteſcat, ac proin bono communi maneat ſubtracta in perpetuum.

His itaque præmiſſis ad ipſam Voluminis diſpoſitionem ut deſcendam, extra telæ rhombum, errore tamen haud inutili, nuper evagatus, filum I. Tomo, ſeculoque XIII vertente tantiſper abruptum, reaſſumo, ingrediens Seculum XIV, idque deducens ad Annum 1400.

Anſam Inſtituti noſtri præbuit HISTORIA MOGVNTINA, quam anno 1722, ſubſidiis a me largiſſime collatis, publici iuris fecit Cl. b. m. *Georgius Chriſtianus* IOANNIS. Hanc vero cum principaliter conſtituant Eminentiſſimorum Archipræſulum Res geſtæ, ex diplomatis potiſſimum compilatæ, reſervavit prælaudatus Author chartas digniores penitus integras Volumine ſeparato edendas.

Conf. Præf. T. *mei I.* § *XIV, XVIII, ſqq.*

Verum

ERRATA.

Page	Line / error		Correction
P. 36	lin. 9 extra	*lege*	extra
62	l. 13 ſingulis *ſingulis*		*del.*
87	l. 3 ſibi		*del.*
147	l. *penult.* litterarpm		litteram
153	l. 5 Forſtenau		Furſtenau
155	l. 4 ſubnatos		ſubnotatos
174	l. 13 , nimirum	, *del.*	numerum
176	l. 12 Adelheyde		Adelheydi
245	l. 8 Epiſcopatum		ad Epiſcop.
304	l. *penult.* Haſconem		Flaſconem
343	l. 17 villa		ville
388	l. 4 Bopponite		Boppone
439	l. 2 *poſt* eligendus	*add.*	,
569	l. 9 Eynſ		Synſ
	l. 21 . . ber		ber . .
571	l *ult.* Latine		Latine
586	l. 26 ſeln		ſele
623	l. 5 ſancte		ſancta
654	l. 2 Geſchicte		geſchichte
P. 664	l. 20 , & p. *ſq.*		
	l. 14 Schirſtat	*lege*	Schlirſtat
728	l. 10 feodo		feoda
737	l. 6 Ioannem		Conradum
773	l. 17 *poſt* inſtituens		*fiat* ,
	l. 19 Kune		Kuno
802	l. 2 *poſt* Retters		*fiat* ,
865	l. 12 benedictus		benedictionibus
882	l. *antepen.* proximam		proximum
888	l. 9 tit.		*del.*
917	l. 22 ipſo		ipſi
940	l. 22 Humelone		Humelone
975	l. 20 Hildchemenſis		Hildesh.
977	*ſub fin.* CCCC		CCCCC
1022	l. 18 Enſiligпga		Enſilinga
1037	*marg.*	*lege*	ex autogr.
1103	l. 4 hec, que aguntur		hec que aguntur,
1153	l. 10 LXVI		LXXVI



Bericht an den Buchbinder.

DEr Buchbinder wolle die Paginas: 839. 840. 935. 936. 991. 992. 999. 1000. 1035. 1036. ihres Orts ausschneiden, und an deren Stelle die hierbey befindliche umgedruckte Blätter einhefften; sodann die an den Schluß des III^ten Indicis angeschossene 3. letzte Blätter des IV^ten Indicis davon absondern und an gehörigen Ort bringen; ferner das Blat mit den Erratis hinter die Register hefften, und die Genealogische Tabelle samt den Sigillis nach der gegebenen Anweisung einbinden.

HATCECHO. OFFILIN. DIEZO.
ERKANBALT. WIELANT.
LVTTFRET. ELLO. BEROLT.

Facta sunt Anno Dominice incarnationis M. VI. Indictione octava. Regnante iuniore HEINRICO, & presidente Mogontine ecclesie WILLIGISO Archiepiscopo.

Sancitum est etiam auctoritate omnipotentis Dei, & banno WILLIGISI Archiepiscopi, ut si quis hanc constitutionem infregerit, divinam ultionem sanctique *Martini* Confessoris in se senciat.

Membranæ transfixum apparet Sigillum Willigisi, *litteris ex nimia vetustate distractis.*

XII. n.609.

„*Privilegium Dni* POPPONIS *Abbatis, de censuali* „*vino apud* Billiche *dando.*

An. 102. .

IN NOMINE SANCTE AC INDIVIDVE TRINITATIS. *Ex L. A.*

CVM constet legis divine attestatione, probabiliter firmiterque divulgatum ac manifestum, beatas fore ecclesiasticas res, si eas gubernent vel ordinent Religiosi ac magnifici Viri; vel si earum Rectores rebus probabilibus insudare contingat; iure credimus ratum fixumque debere, quicquid huiusmodi hominum comprobatur assensu.

Vnde cunctorum noverit industria fidelium tam presentium quam futurorum, quid Venerabilis Pater, POPPO, huius Cenobii videlicet S. *Maximini* memorabilis atque dignissimus Abbas; * quid relatu, quid memoria fecerit dignum ad utilitatem rerum sibi commissarum. *an. 1016.

Nam cum certum sit, Homines familie nostre, illos videlicet de villa que *Bilacus* nuncupatur, in exsolvendis Reditibus

debiti cenſus atque ſerviciis ſemper dure cervicis ac pertinaciter rebelles extitiſſe, & ante hec tempora fere inſuperabiles; hoc predictus Pater, fidelis in domo Dei diſpenſator ac prudens, non ſurda aure comperiens, uti res expoſtulat, communicato conſilio sereniſſimi Ducis HENRICI, loci huius tunc temporis Advocati, ſuorumque Fidelium, ſcilicet BECELINI Comitis, WIGERICI, GERARDI, tantam ac talem eorum hominum ſtatuit exterminare pertinaciam; indicta huiusmodi eis lege vel pacto tocius cenſus & ſervicii, non multum eis ſcilicet intolerabilem, nec nobis adeo inutilem.

Et quia LX. *manſionalia*, que & *curtilia* vocitantur, hereditarie dicuntur poſſidere; decretum eſt, ut, quanticunque predictorum Curtilium poſſeſſores fuerint, plures vel pauci, ſingulis annis a ſingulis Curtilibus tres Solidos denariorum, qui faciunt IX. libras, in feſto perſolvant S. *Paulini*, & Amam vini, que dicitur *Pipini*. Eo duntaxat tenore, ut iuxta incrementum vinearum, quod in die Aſſumptionis Dei genitricis MARIE miniſter dominicarum rerum inſpexerit, pro ſingulis ſolidis denariorum totidem amas vini perſolvant ad iuſtiſſimam menſuram *Trevirorum* apud eos tunc temporis rectiſſime currentem.

ITEM cum prefata Ama vini que dicitur *Pipini*, provide, quoque cautiſſime ſtatutum eſt, ut, quantacunque facultas in fecunditate vinearum provenerit, ſupra memoratam pecuniam pro iuribus vino redimant. Ceterum, ut dictum eſt, preſcriptum Cenſum absque ulla contradictionis mora perſolvant. Preterea *Vennas* reficere, *Croadas* facere, ad opera Caſtelli venire; univerſa, ſecundum antiquas inſtitutiones iuſſum laudatumque eſt adimplere. Solum montem illum contra *Merchedichta*, ſuper *Moſelle* fluminis ripam poſitum vineis conſitum, a premonſtrata ratione redituum placuit excipere, eo quod alio modo noſtris debeat uſibus inſervire.


Que omnia, ut firma, rata & inconvulſa perpetualiter permanerent, preſentibus curatum eſt litteris aſſignare. Placuit-

Verum intentionis progreſſu præter ſpem hærente, nihilominus ego, ſicut antehac, ita deinceps poſt annum 1722 opportuniſſima tot mihi patentium Archivorum occaſione feliciter ſum uſus, chartas undique cura prorſus indefeſſa collegi, ut diplomata, rebus olim *Moguntinis* ſolummodo dicata, in cumulum excreverint vaſtum: ac propterea præſens Seculi XIV diplomatarium, quod Operis partem primam complectitur, evaſit *miſcellaneum*, ut confido tamen, ob rerum varietatem, Stemmata, perſonas, ævo lethoque diu ſepultas, quæ auſpicatiſſima nunc videntur anaſtaſi reſurgere, longe acceptius.


Moguntinis a *Ioannide* citatis, ceu *Adiunctis* in præconcepto Codice diplomatico prodituris, locum referentem immediate ſubiunxi poſt titulos, annotando paginas, §§, vel ubi citantur, numeros. Hac nota quæ carent Moguntinis intermixta, ſunt *acceſſiones novæ*. Tomo III relata ſpecificantur in pagina frontiſpicio proxima. Diplomata numeramus univerſim 725, quorum non pauca ſubiectis illuſtravi Notis.

Elenchos denique huius Tomi, aliaque plura ſcitu neceſſaria quod attinet, ne ſim prolixior, eademque II. Tomo § XIII iamdum explicata repetam, Lectorem B. ad præfationes, ſingulis noſtri Operis partibus præmiſſas remitto.

Dabam *Wetzlariæ* Anno MDCCLI,
die 27 Martii.



CODEX



CODEX DIPLOMATICVS

Seculi XIV.

1301 ——— 1400.

DIPLOMA I.

PRÆSVL Wormatienſis *tanquam Suffraganeus* Mogunt. *annuntiat Clero ſuo notatum a Metropolitano in Viſitatione nupera Exceſſum, eumque corrigendum & abrogandum.*

Anno 1301.

[*Citatur Vol. I. p. 632. n. 4.* *]

EBERWINVS *Dei gratia Epiſcopus Wormatienſis.* Decano & Capitulo Eccleſie noſtre - - ſalutem, & ſinceram in Domino karitatem. Cum nuper Reverendus Pater, Dominus noſter GERHARDVS Archiepiſcopus *Maguntinus*, auctoritate metropolitica in dicta noſtra Eccleſia exercens ſancte Viſitationis officium, inter cetera defectum ſive exceſſum huiusmodi notorium invenerit corrigendum ſive reformandum; videlicet quod eo tempore quo divina officia in eadem eccleſia non habentur, ſive eccleſiaſticum ſervatur Interdictum, cottidianas diſtributiones ſive Preſentias, que non ſolent niſi preſentibus

* JOANNIS Rer. Mogg.

bus in divinis officiis certis temporibus miniſtrari, abſentes tamen eas requirere & recipere non vereantur, contra ſtatutum Sanctiſſimi Patris noſtri, Dni BONIFACII *Octavi*, quod incipit *Alma* &c. editum ſuper eo; dictus Dominus noſter Archiepiſcopus in corrigendis & reformandis huiusmodi, & aliis defectibus & exceſſibus nobis commiſerit vices ſuas; Vobis univerſis & ſingulis auctoritate predicta in virtute ſancte obediencie precipiendo diſtricte mandamus, quatenus in huiusmodi cottidianis proventibus ſive preſenciis, certis temporibus ſicut premiſſum eſt diſtribuendis & percipiendis, ſecundum formam conſtitutionis ſupradicte obſervetur, & obſervari faciatur inconvulſe. Sic faciendum, ſi canonicam effugere volueritis ultionem.

ſ. p. Lan. Datum *Wormatie* Anno Domini M CCCI, XIIII. Kal. Februarii.

II.

HAYNONI de Ronneburg *aſſignantur Dotis nomine* V. *librarum Reditus, cedentes in* ORB, a *Domino* de Brauneck, *ſuisque*.

Anno 1301.

NOS GODEFRIDUS dictus *de Brunecke*, Dna ELIZABET conthoralis noſtra, & ANDREAS filius noſter. Inſpectoribus preſentium publice recognoſcimus univerſis, quod dilecto fideli noſtro, dicto *de Ronneburg*, CUNEGUNDIS uxoris ſue nomine Dotis, & eorum heredibus, de conſenſu aliorum puerorum noſtrorum quinque libras denariorum redditus in opido noſtro *Orbahe* deputavimus de bonis noſtris ibidem, & aſſignavimus, a nobis & noſtris heredibus poſſidendas. Quorum reddituum due libre denariorum cum dimidio ſingulis annis de *precaria* noſtra in Feſto bte *Walpurgis*, alie due vero cum dimidia ſimiliter de precaria noſtra in

in festo bti *Michahelis* facienda ipsis cedent. Et hos quidem redditus noster Officiatus qui tunc exstiterit ipsis presentabit; quod si non fecerit, predictus HEYN, * & sua uxor predicta ad nos & Officiatum predictum quicunque fuerit, respectum habebunt.

* *denotat* Ronneburgii *prenomen.*

Preterea quandocunque nos aut nostri heredes, sepedictis, *Heyn*, uxori sue, vel eorum coheredibus, dederimus quinquaginta libras denariorum, ipsi nobis hec bona restituent; & ad nos & nostros heredes libere redditus memorati revertentur. Testes huius rei sunt

HERMANNVS senior *de Selbolt.* HERMANNVS *Forestarius.* HELIAS & HERMANNVS de *Selbolt* iuniores, Milites. GOTFRIDVS filius noster. HERMANNVS dictus *Halber.* HEINRICVS *Meyden.* BERTHOLDVS *Firsechin*, & alii quam plures.

In testimonium premissorum Sigillum nostrum, cum sigillo Dne *Elizabet* uxoris nostre & sigillo *Andree* * filii nostri, presentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini MCCCI, XI Kal. Octobris. *21. Sept.*

* *Necrologium* Aschaffenb. . *ad VII Idus Apr.* Anno Dni MCCCXVIII *Obiit* *Andreas* Dominus *de Brunecke.*

III.

Regis ALBERTI *inita pacta cum* SIFRIDO *Domino* de Eppenstein.

An. 1301.

[*T. I. p. 1015. in Additionibus. v.* Fuit.]

NOS ALBERTVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Notum facimus universis ad quos

 pre-

presentes pervenerint, quod vir Nobilis SIFRIDVS Dominus *de Eppenstein*, ad nos & ad sacrum Romanum Imperium debitum & devotum gerens affectum, nobis & Imperio serviturus pro viribus fideliter se astrinxit, promittens fide data nomine sacramenti, nos iuvare contra quemlibet hominem, prout inferius expressius declaratur.

Non enim contra Venerabilem GERHARDVM Archiepiscopum Maguntinum nobis prestare tenetur seu tenebitur obsequium vel iuvamen, nisi in conflictu vel congressu campestri inter nos & eundem Archiepiscopum forsitan emergente. In quo quidem conflictu sive congressu tenebitur pro posse suo nobis assistere, & auxilio manuali. Etiam vice versa ipsi Archiepiscopo servitiis vel adiutorio nobis contrariis non astabit.

ITEM contra Venerabilem DIETHERVM Archiepiscopum *Treverensem* dictus SIFRIDVS nobis alia servicia seu auxilia non impendet, quam illa que venerabilis HEINRICI Abbatis *Fuldensis*, & Nobilis viri EBERHARDI Comitis *de Marcka* fidelis nostri consilio & arbitrio sibi fuerint instituta; presertim cum idem *Sifridus* fore Castrensis & Vasallus dicti Archiepiscopi & Treverensis Ecclesie dinoscatur.

ITEM contra Venerabilem WICBOLDVM Coloniensem Archiepiscopum, quem ad requisitionem nostram memoratus *Sifridus* diffidare tenetur, nobis, quantum valet, ad auxilia & obsequia idem *Sifridus* in casu quolibet efficaciter est astrictus.

Ceterum adversus Virum nobilem, RVPERTVM Comitem *de Nassauwe* Consanguineum suum, prelibatus *Sifridus* serviciis & auxiliis, nobis, quod sponte concedimus, non assistet. Et e converso ipsum Rupertum Comitem suosque adiutores & servitores contra nos nullatenus promovebit, publice vel occulte.

Pro-

Promittit insuper prefatus *Sifridus*, & erit contentus, de adiutoribus servitoribus & fidelibus nostris, super Actionibus, si que de eisdem vel de aliquo ipsorum sibi competunt, vel videntur competere, iustitiam vel amorem recipere coram nobis. Quod etiam iidem vel idem ab ipso *Sifrido* debent similiter in causis & actionibus, de eodem sibi competentibus, in nostra acceptare presentia; ubi dictus *Sifridus* stabit iustitie, vel amori.

Considerata itaque & inspecta benignius supradicti *Sifridi* fidei puritate, nos de gratia speciali partem castri in *Steinheim*, contingentem eundem, dicto *Sifrido* promittimus restituere ad reedificandum & possidendum pacifice, quando nobis, & Viro spectabili EBIRHARDO, Comiti *de Katzenelenbogen* fideli nostro, sicut cum ipso *Ebirhardo* viva voce contulimus, visum fuerit expedire.

Ad hec universas & singulas possessiones, bona, iura & iurisdictiones, de quibus tempore Guerre presentis dictus *Sifridus* per Nobilem virum VLRICVM de *Hanauwe* Advocatum nostrum provincialem per *Wetereibiam* est eiectus, sibi difficultate remota restituemus & indilate restitui faciemus. Immo Castrensibus & servitoribus ipsius *Sifridi*, qui sibi hactenus adheserunt, & in obsequiis nec non auxiliis nobis per ipsum exhibendis inantea voluerint adherere, bona & possessiones ablatas eisdem sub guerra, reddi & assignari statim etiam faciemus.

In quorum omnium testimonium evidens & cautelam has Litteras Maiestatis nostre Sigillo iussimus communiri. Datum in Castris prope *Flersheim* super Mogum, Idus Octobris Anno Domini MCCCI, Indictione XV, Regni vero nostri anno Quarto. 15. Oct.

IV.

GERHARDVS *cavet, nullam ſe moturum Actionem Civibus Moguntinis pro eo, quod adſtiterint* R. ALBERTO in *Guerris & preliis contra ipſum.*

An. 1302.

[*T. 1. p. 633. n. 7.*]

Nos GERHARDVS *Dei gratia Sancte Maguntine ſedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoſcimus publice in hys ſcriptis, & ad univerſorum noticiam volumus pervenire; Quod, cum Prudentes viri, Iudices, Conſules, ceterique Cives Maguntini, Guerris & diſcordiis, ſeu preliis, inter inclitum Dominum noſtrum ALBERTVM Romanorum Regem ſuosque Adiutores, & nos, noſtroſque adiutores aliquamdiu durantibus, nobis & Eccleſie noſtre Maguntine noſtriſque adiutoribus dampna & moleſtias per eorum auxilium contra nos & noſtros, in dictis preliis memorato Domino noſtro Regi preſtitum, intuliſſent; Nos huiusmodi dampnis & moleſtiis omnibus & ſingulis nobis & noſtre Eccleſie ſeu adiutoribus noſtris infra dicta prelia qualitercunque illatis per Cives antedictos, pro nobis noſtriſque ſucceſſoribus Archiepiſcopis, atque noſtris auxiliatoribus univerſis renunciavimus, & preſentibus renunciamus, ſimpliciter & preciſe. Bono zelo tenore preſencium promittentes, quod pro huiusmodi dampnis & moleſtiis, prefatis civibus Maguntinis, in genere vel in ſpecie, coram Eccleſiaſtico vel ſeculari Iudice quocunque, nunquam impoſterum movebimus aliquam actionem. Dantes preſentes litteras Sigillo noſtro ſignatas in teſtimonium ſuper eo.

20. Martii. Datum *Spire*, XIII. Kal. Aprilis Anno Domini MCCCII.

Immediate huc referenda venirent Tabule, ALBERTVM R. *inter &* GERHARDVM *facta Pacis, in lingua vulgari concepta, ſub Dato diei* S. Benedicti; [*21. Mart.*] *quibus vero copiandis manum ſubduximus ob nimiam prolixitatem.*

V.

V.

Contractus censiticus inter Fratres Ordinis Teutonici & Frider. *de* Langenau.

An. 1302.

IN NOMINE DOMINI *Amen.* Vniverſis preſens ſcriptum viſuris & audituris imperpetuum. Nos *Frater* THEODERICVS de *Hollandia*, Commendator, & Fratres Ordinis *bte* MARIE *Theutonicorum Irlmt.* Domus in *Confluentia* volumus eſſe notum; Quod nos penſata utilitate domus noſtre predicte, de communi conſenſu noſtro, & tractatu prehabito diligenti, conceſſimus & concedimus Honeſto viro FRIDERICHO de *Langinnowe* Militi, & ALEYDI eius uxori, recipientibus pro ſe & ſuis heredibus, Molendinum noſtrum in *Anre*, ac aream adiacentem, ad edificandum domum in eadem, iure hereditario imperpetuum, pro novem maldris ſiliginis menſure in *Naſowe* nomine annue penſionis, nobis ſolvendis ex nunc inantea, & ſic deinceps ſingulis annis, & preſentandis nobis *Confluentie* in Domum noſtram ſuis laboribus, periculis & expenſis quolibet anno imperpetuum, inter duo feſta *Aſſumpt.* & *Nativitatis* bte *Marie* Virginis Glorioſe, vel infra feſtum B. *Remigii* ſubſequens, ſine qualibet capcione. *ex Autogr.*

Promiſeruntque dicti Coniuges, pro ſe & heredibus nobis legitime ſtipulantibus, d. molendinum in dicenti ſtructura conſervare & tenere, tam in edificiis quam molaribus, & penſionem ſolvere prout ſuperius eſt expreſſum. Que nos *Fridericus* & uxor noſtra pred. recognoſcimus eſſe vera, & taliter obligatos, & ad premiſſa nos teneri.

Et ut prefatis Religioſis ſuper premiſſis magis cautum exiſtat, ſupportavimus & ſupportamus eisdem recipientibus pro ſe & ſuis ſucceſſoribus, Vineam noſtram, que verum noſtrum eſt allodium, ſitam in pertinenciis ville de *Anre*, in *Floro* qui *Gyuel-*

Gyuelhelde vulgariter appellatur, iuxta hos confines: Ex uno latere est vinea GERHARDI de *Lurinburch* Militis, ex alio latere est vinea RUDINGERI de *Huntzal;* & si qui alii sunt confines: Quam vineam ab ipsis reconcedentibus recepimus una cum molendino pred? pro censu memorato. Et solvere debebimus V. solidos annui census ratione d. molendini in curiam de *Winden*, quos iidem Religiosi solvere consueverunt. Nec non eisdem - - dabimus & assignabimus VIII. plaustra fimi singulis annis ad melioracionem vinearum suarum in *Anre;* & eosdem pro posse & nosse in suis agendis & negociis debebimus promovere.

Eligentes & acceptantes sponte, & in penam, quod si nos, quod absit, d. molendinum in debita structura non tenuerimus; ac pensionem aut censum non solverimus, seu in aliquo premissorum negligentes fuerimus vel remissi; ex tunc cademus, & cadere debebimus ipso facto ab omni iure quod habuimus in molendino, Area & vinea memoratis. Et ipsum molendinum, area & vinea cum suis melioracionibus quibuscunque ad ipsos Religiosos libere devolventur, & suam de his facere poterunt voluntatem; contradictione nostra vel alterius nostrum qualibet non obstante.

Adiectum est etiam, quod Molendinum, area & vinea predicta, cum suis melioracionibus apud nos, quoad vixerimus, & nobis decedentibus, apud unum heredum nostrorum, tamen integra & indivisa, remanere debebunt. Qui heres noster de pensione censu & fimo satisfaciat - - -, & molendinum in decenti structura, cum vinea, & indivisa teneat; & omnia - - premissa observet fideliter, ut est dictum. Alioquin cadet, & cadere debebit a iure quod habuit in eisdem, prout superius continetur.

In quorum omnium testimonium & perpetuam firmitatem, Nos Commendator predictus sigillum nostrum, & nos *Fridericus* prefatus sigillum nostrum presentibus appendimus, una cum Sigillis Honorabilium virorum, scilicet Dni HENRICI Abbatis

Abbatis monaſterii in *Arenſtein*, ac ARNOLDI de *Langinnowe* Plebani in *Dytkirchen*, fratris noſtri *Friderici* predicti; que ad preces noſtras communes preſentibus ſunt appenſa.

Et nos *Frater* HENRICVS Abbas, & ARNOLDVS Plebanus predicti, premiſſa vera eſſe recognoſcentes, & acta coram nobis ac perſonis & teſtibus infraſcriptis; Sigilla noſtra ad preces tam Commendatoris & Fratrum, quam Coniugum predictorum, preſentibus duximus apponenda.

Actum in Villa *Anre*, in Torculari dcor. Religioſorum. Preſentibus Fratribus EVERHARDO & NYCHOLAO, & IOHANNE *ſemifratre* Domus *Confluenſis*. Cuſtode de *Arenſtein*. Plebano in *Winden*. HELBERICHO Sculteto ibidem. HENRICO dco *de Biburch*. GOBELINO fratre ſuo. WERNERO. GISILBERTO. ALBERTO ac ALBERTO & GYSELBERTO, Scabinis in *Winden*, & aliis quam pluribus fide dignis. In craſtino Aſcenſionis Domini, Anno eiusdem M. *Trecenteſimo ſecundo*.

VI.

Regis ALBERTI,

committentis cuſtodiam ferarum ac venationum Dynaſtæ Winſpergio.

An. 1302.

ALBERTVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*. Vniverſis ſacri Romani Imperii fidelibus preſentes litteras inſpecturis Graciam ſuam & omne bonum. Noverint quos noſſe fuerit oportunum, quod nos Nobili Viro, Conrado de Wynſperg & ſuis heredibus, fidelibus noſtris dilectis, cuſtodiam ferarum & venacionum, quod vulgariter dicitur *Wiltpand*, de Opido *Neckirgemonde* usque *Lauſen*; & ex alia parte de ripa que dicitur *Elſentze* usque ad aliam par-

tem que dicitur *Zabern*, noſtro & Imperii nomine duximus committendam. Hoc Edicto Regio diſtrictius inhibentes, ne quis Officialium noſtrorum, ſeu aliquis alter, cuiuscunque ſtatus aut condicionis exiſtat, memorato *Conrado* & ſuis heredibus duntaxat exceptis, in dictis diſtrictibus venaciones exerceat, vel alias aliquid ſibi iuris ſeu iurisdictionis in eisdem vendicet ſeu uſurpet.

In cuius rei teſtimonium & evidenciam pleniorem preſentes litteras Sigillo Maieſtatis noſtre iuſſimus communiri.
21. Iulii. Datum *Nordelingen*, Anno Domini MCCCII, XII Kal. Auguſti. Indictione XV. Regni vero noſtri anno quarto.

VII.

ALBERTI REGIS,

„*quod* GERHARDVM A. M. *miſit ad ſedandum* „*Guerras* Saxonie & Thuringie.„

An. 1303.

ALBERTVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Illuſtribus *Saxonie* & in *Brunſwick* Ducibus, *Thuringie* Lantgraviis, nec non Comitibus, Baronibus, Nobilibus, Civitatibus, Communitatibus & earum Rectoribus ipſarum partium *Saxonie* & *Thuringie;* ceterisque preſentes Litteras inſpecturis, Principibus & fidelibus ſuis Dilectis, gratiam ſuam & omne bonum.

De ſtatu pacifico & tranquillo partium *Saxonie* & *Thuringie*, mediante ſollicitudine Venerabilis GERHARDI Maguntini Archiepiſcopi, Principis & *Compatris noſtri* Kariſſimi, quem ad hoc ſpecialiter expedire novimus, ordinare & diſponere cupientes; Ipſum ad vos & dictas partes Saxonie & Thuringie, mandato & auctoritate ſuffultum, ad extinguendum in eisdem partibus pernitioſa Gwerrarum & ſimultatum incendia, quibus proch dolor eedem Terre variis tribulationibus tribulantur,

tur, fiducialiter duximus destinandum. Ex affectu plenissimo deposcentes, vobisque universis & singulis nichilominus iniungentes, quatenus memorato GERHARDO Archiepiscopo super reformatione status predictarum partium, iuxta ipsius requisitionem nostro nomine consiliis & auxiliis constanter & fideliter assistatis. In eo Celsitudini nostre Regie gratum obsequium impensuri.

Datum *Hagenowe* II Nonas Ianuarii. Regni nostri anno Quinto. 4. Ian.

VIII.

Recognitoria feudalis.

An. 1303.

NOS OTTO *Dei gratia Comes de* WALDECKE. Recognoscimus, tenore presentium lucide profitentes, quod Curiam nostram in *Gisselze*, cum omnibus fructibus, iuribus & pertinenciis suis, tenemus in feodo nomine feodi castrensis a Reverendo Patre in Xpo, Dno nostro Archiepiscopo, & sua Ecclesia *Maguntina.* In cuius rei evidentiam, presens scriptum nostri Sigilli munimine dedimus communitum. Anno Domini MCCCIII, XII. Kal. Februarii. 21. Ian.

IX.

DE *redemptione Castelli* Haldessen.

An. 1303.

NOS CONRADVS de *Twiste*, WIDEKINDVS frater eius, TH. . de *Haldessen* senior, STEPHANVS ipsius filius, AMELVNGVS de *Asle*, & ERPHO *Eringen* recognoscimus, & tenore presencium publice profitemur, per dationem fidei promisisse, & iuramentum corporaliter prestitisse, quod, omni occasione fraude & dolo exclusis, Castel-

lum *Haldessen* Reverendo Domino nostro Archiepiscopo Moguntino, Successoribus suis aut Ecclesie Moguntine restituere debemus, quandocunque pro ducentis marcis denariorum gravium, *Wartperg* & *Geysmar* usualium, vel pro centum marcis puri argenti a nobis duxerit redimendum, & redempcionem ad spacium dimidii anni preintimaverit, ut nobis de alio possimus hospicio providere. Debet eciam Domino nostro Moguntino & Ecclesie sue semper esse pro omnibus necessitatibus suis aperta Municio contra quemlibet indifferenter, dummodo nobis preintimetur, quod honorifice, & salvo honore facere hoc possimus.

Si eciam in tali discordia, occasione Domini Moguntini causante, aut nostra, ubi ius habuerimus, dictum Castellum expugnetur; nobis tenebitur ad integram restitucionem pecunie memorate. Si vero occasione nostra perdatur in litibus frivolis ubi iusticie parere noluerimus, quod absit, Domino nostro Moguntino Castellum, & nobis pecunia desuper concessa reputabuntur perdita utrobique. Tempore autem redempcionis Castelli, si que fecimus edificia pro necessitate eiusdem, specialiter in Turri, muro circulari & fossatis, aut aliis commodis & utilitatibus quibuscunque, expense talium, ante restitucionem nobis iuxta estimacionem probabilem & notoriam integraliter refundentur.

Preterea Reverendus Pater Dns Moguntinus me *Conradum* prefatum, & meos liberos seu heredes in hereditarios Castrenses recepit, sibi & sue Ecclesie prelibate; deputans nobis hereditario feodo castrensi sex marcarum redditus denariorum gravium, quam diu nos more boni Castrensis studuerimus deservire; & debebit nos tamquam alios suos Castrenses promovere & tueri nostris omnibus in agendis. Testes huius sunt

Nobilis vir OTTO, Comes *de Waldeck.*
LUPOLDUS Prepositus *Northunensis.*
GERHARDUS Decanus *Fritzlariensis.*
M. *de Tingelenrode.*

W. *Wa-*

W. *Wackermule.* Milites.
REYNHARDVS de *Dalwig.*
HE. . *Holtzbusen.*
FRIDERICVS de *Hertingsbusen.*
Et HEINRICVS de *Tueren* cum aliis pluribus fide dignis.

In quorum evidenciam nostra Sigilla, qui propriis utimur, apposuimus huic Carte. Ego videlicet CONRADVS meum, quo *Widekindus* frater eius contentus sum, una secum. TH. . de *Haldessen*, quo *Stephanus* filius eius contentus existo una secum. Et AMELVNGVS de *Assle*, quo *Erpho* contentus existo, similiter una secum.

Insuper petivimus & obtinuimus cum effectu, Nobilis, & Honorabilium virorum, Dominorum, videlicet OTTONIS Comitis de *Waldeck*, LVPOLDI Prepositi Northunensis, & GERHARDI Decani Fritzlariensis apponi sigilla. Que & nos predicti apposuimus ad humilem peticionem premissorum, & pleniorem evidenciam omnium prescriptorum.

Actum & datum *Fritzlarie*, Anno Domini MCCCIII, in festo Annunciacionis beate MARIE Virginis. *25. Mart.*

X.

NOBILES de Hardenberg *recognoscunt, nullum ius ipsis competere in Officio vel Castro agnomine.*

An. 1303.

[*T. I. p. 633. n. 3.*]

NOS HILDEBRANDVS & BERNHARDVS fratres, nec non IOHANNES, filius quondam DITHMARI de *Hardinberg*, publice sponte ac liberaliter recognoscimus in his scriptis, & ad universorum tam presentium quam futurorum noticiam cupimus pervenire, nos & heredes nostros nullum *ex Autogr.*

nullum ius habere, aut vendicare posse, in Officio vel Castro *Hardinberg*, preter castrensem residenciam, que *Burgsaze* vulgariter appellatur; Et quod Reverendus Pater & Dominus noster, D. GERHARDVS Archiepiscopus, Successores sui & Ecclesia Maguntina sibi in eodem Castro suo Officiatum vel Officiatos possunt instituere & destituere, quando & quociens ipsis expedire videbitur, pro ipsorum libito voluntatis.

* pro *Horto.* Facta est per nos hec recognicio in Orto * ante castrum *Hardenberg*; in presencia Dni Archiepiscopi predicti, & testium subscriptorum, Honorabilium Virorum, Dominorum videlicet

* de *Hanstein.* LVPPOLDI * Prepositi ecclesie *Northunensis*. GERHARDI Decani ecclesie *Frislariensis*. OTTONIS Comitis *de Waldecken*. WERNHERI de *Westerburg*. FRIDERICI de *Rosdorf*. BERTOLDI de *Adelvissen*. OTTONIS & HENRICI de *Boventen*.

HERMANNI de *Hardinberg*. ARNOLDI de *Hauirsforte*. THEODERICI de *Medericbe*. IOHANNIS de *Brabeke*. VOLPERTI de *Ameneburg*, dicti *ex Curia*. THEODERICI de *Haldissen*, Militum.

HENRICI, nati Nobilis viri Dni *Ottonis*, Comitis *de Waldecken* predicti. HERMANNI de *Rumerode*. ECKEHARDI de *Velsberg*; ac plurium aliorum fide dignorum.

Et nos Testes prescripti rogati Sigilla nostra, qui ea apud nos habemus, huic scripto apponimus in testimonium premissorum.

Ego insuper HILDEBRANDVS predictus pro me, *Bernhardo* fratre meo, & *Iohanne* filio *Ditmari* de *Hardinberg*, ad rogatum ipsorum ad maiorem evidenciam sigillum meum apposui huic scripto. Nos quoque BERNHARDVS & IOHANNES prefati quia propriis sigillis caremus, sigillo prenotati *Hildebrandi* una secum in presentibus usi sumus.

7 *Maii.* Datum *Hardinberg*, Anno Domini MCCCIII, Nonis Maii.

XI.

XI.

Commutatio cum Monasterio Gandersheim *super diversis bonis.*

An. 1303.

Nos MARGARETA Dei gratia Abbatissa, MECHTILDIS Preposita, MECHTILDIS Decana, SOPHIA Custos, totumque Capitulum Ecclesie *Gandersheimensis.* Omnibus perpetuo cupimus fieri notum, quod prehabita deliberatione competenti, de communi nostri Capituli consensu tres mansos Ecclesie nostre proprios cum suis attinenciis, sitos in villa *Wyderkeshusen* prope Opidum *Gotinge*, quos Dns FRIDERICVS de *Rostorp* fidelis noster a nobis tenet in pheodo, Reverendo Patri ac Domino Dno GERHARDO Sancte Maguntine Ecclesie Archiepiscopo & eidem sancte sue ecclesie donavimus in perpetuum, quantum ad proprietatem possidendos: Pro quo idem Dns Archiepiscopus de consensu sui Capituli nobis & Ecclesie nostre proprietatem Decime, ville que dicitur *Bilderbeke*, perpetuo possidendam quasi permutationis titulo donavit.

In cuius rei evidentiam presens scriptum Nos Abbatissa predicta, nostro & Ecclesie nostre Sigillis fecimus communiri. Datum & actum Anno MCCCIII, VIII Idus Maii. *10 Maii.*

XII.

„*De bonis in* Wollenstat.„

An. 1303.

Nos HENRICVS Miles *de Catzenelenbogen*, dictus *de Aldindorf*, & LVCARDIS uxor eius legitima. Tenore presentium recognoscimus publice profitendo, & constare cupimus universis, quod nos - - omnia - - bona nostra, in Villa *superiore Wollenstad* & eius terminis sita, que nobis a *ex Autogr.*

WERN-

WERNHERO, quondam Milite dicto *de Beldersheim*, patre mee *Lucardis*, & socero mei *Henrici*, ex iusta divisione hereditaria, que vulgariter *Dateil* nuncupatur, derivabantur; HEDEWIGI, Relicte quondam FRIDERICI dicti *Kachilhart* Civis *Frankenf.* . iusto venditionis titulo vendiderimus, - - - iure proprietatis perpetuo possidenda. Resignantes & renuntiantes, pro nobis nostrisque heredibus & successoribus universis (quod etiam fecit una nobiscum CVNRADVS dictus *Colbendensel*, Miles *de Beldirsheim*, quem quoad ipsa bona Procuratorem seu *Mundiburdum* nostrum constitueramus) - - - omni iuri sive actioni, que nobis - - posset competere in futurum.

Statuimus etiam prelibate *Hedewigi* Relicte hos subnotatos, videlicet FRIDERICVM dictum *Dogel* seniorem, CONRADVM de *Hazichinstein*, * CONRADVM de *Erlebach*, Milites, & CONRADVM d. *de Heldebergen* civem *Frankenf.* . fideiussores, • - - de warandia facienda, iusta debita & consueta. Testes huius sunt .

* *h.* Hatstein.

HENRICVS Advocatus *de Erlebach*, Miles. SIFRIDVS dictus *Gisenheim* Scabinus *Ffurt.* *Fr.* WERNHERVS & *Fr.* FRIDERICVS, Procuratores curiarum, Monasteriorum de *Arnsburg* & de *Schonowe* in *Frankenfurt.* HENRICVS Scultetus. - - Scabini, & alii Incole dicte ville *Wollinstat.* WIGANDVS d' *Elwensteder* de *Acarben.* GERLACVS d' *Russo* de infer. *Wollenstat*, & quam plures alii fide digni.

In testimonium & memoriam omnium premissorum, & ut inviolata permaneant, presentes Litteras supradicte *Hedewigi*; mei Henrici . . . & . . universitatis de *Frankenford*, ac *Conradi* predicti, tradidimus sigillatas. - - - -

10 Iun.

Datum & actum Anno Domini MCCCIII, in vigilia bti *Barnabe* Apli.

XIII.

XIII.

„LITTERA Gundradis - - *bonorum in* Mossebach.„

An. 1304.

IVDICES *Sce* Moguntine *Sedis*. Recognoscimus publice per presentes, quod GVNDRADIS dicta *zum* FVRSTENBERG, civis Moguntina, in nostra presentia constituta omnia & singula bona sua, sita in villa *Mossebach* & terminis eiusdem, que olim apud SIFRIDVM de *Frauenstein* Militem iusto emptionis titulo comparavit, Honorabilibus viris, Dno Decano & Capitulo Eccl. *Mog.* & eidem ecclesie dedit, donavit & tradidit in remedium anime sue, pure & simpliciter propter Deum; dolo, fraude, & cuiuslibet simulatione quibuslibet amputatis.

Actum Anno Domini MCCCIIII, VI Idus Marcii. *10 Mart.*

XIV.

Obiecti aedilitii, iurium ac servitutum.

An. 1304.

NOS PHILIPPVS Decanus totumque Capitulum Ecclesie *Franckenfordensis* notum facimus presentium inspectoribus universis; Quod cum Honorabiles viri, Dns Abbas & Conventus monasterii de *Hegenehe* Ord. Cist. nobis & Ecclesie nostre donaverint & tradiderint particulam Aree sue, sitam in *Orto* curie ipsorum retro curiam Decanatus nostre ecclesie super fossatum quod transit civitatem *Franckenford*; & indulserint bona & concordi voluntate, quod nos *Philippus* Decanus, Capitulum & ecclesia nostra possimus & debeamus a cornu camini, ministrantis ad Stupam curie Decanatus, directe usque ad fossatum predictum construere & edificare murum; ita tamen quod nulle ianue, fenestre, sive foramina per ipsum murum, vel in edificiis desuper edificatis vel edificandis

fiant verſus ortum & curiam dicti monaſterii *Hegenebe*; & quod ſtillicidium, quod *Droiff* vulgariter nuncupatur, infra cornu dicti camini verſus curiam Decanatus cadat, & non ultra;

Eidem Abbati & Conventui vice verſa hanc infraſcriptam amicitiam duximus faciendam; videlicet, quod Canale, quod *canell* in vulgari dicitur, quod poſuerunt & ponere tenebantur ſuis laboribus & expenſis ſub tegmine domus eorum lapidee, ſite a ſiniſtris cum exitur curiam Decanatus, ad tollendum & amovendum ſtillicidium a curia eadem inantea ponere perpetuo non debent, neque tenebuntur. Et ſtillicidia, tam domus eorum predicte, quam domorum ſive edificiorum curie Decanatus noſtri, habere debebunt fluxum & motum per aqueductum, qui dicitur *Anduche*, per murum verſus horreum conſtructum in curia monaſterii de *Hegenebe* prelibati.

Et ut hec premiſſa a nobis & ſucceſſoribus noſtris inviolabiliter perpetuo obſerventur, preſentes Litteras nos Decanus & Capitulum, Abbas & Conventus predicti Sigillis noſtris hinc inde tradimus communitas. Datum & actum Anno
24 Mart. Domini MCCC *Quarto*, feria ſecunda poſt Ramos palmarum.

XV.

DE *venditione bonorum in* Langenguns *a Vidua Militis* de Linden; *conſtitutis fideiuſſoribus.*

An. 1304.

ex Autogr. NOVERINT univerſi, preſentes pariter ac futuri, quod ego ISENGARDIS, relicta quondam WERNERI Militis *de Linden*, conſencientibus pueris meis, & Genero meo, videlicet FRANKONE *Milchelingo*, IRMENGARDE uxore dicti *Milchelingi*, ECHARDO, HEDEWIGE & ISENGARDE, vendidi - - - - in his ſcriptis Priori, Magiſtre & Conventui - - in *Aldenburg* - - - bona mea in villa *Langen-*

gunſſa

gunssa sita, que excolit & possidet HARTRADVS d' *Pinnege-stere*, solvencia VII maldra siliginis - - - -, possidenda & habenda cum omni iure & dominio, michi vel meis heredibus in eisdem bonis conpetentibus, inperpetuum pleno iure; receptis pro eis LXX & IIII marcis denar. numerate pecunie, michi tradite & pagate penitus - -

Constitui eciam - - - Conventui pro warandia debita & consueta - - facienda, HERMANNVM *Lesche*, ECHARDVM *Sclun* Milites, Item SIGENANDVM, filium ECHARDI de *Bucheseche*, & GERLACVM *Schonekint* Armigeros in fideiussores, quemlibet in solidum; sub hac forma videlicet, si . . Magistra & Conventus predicti in huiusmodi bonis haberent defectum aliquem, vel ab aliquo indebite pro eisdem bonis vexarentur; tunc dicti mei fideiussores omnes ac singuli, si super eo moniti fuerint, *Wetslariam* subintrabunt, & ibidem exolvent, commesturi pariter, tam diu, donec - - - Magistra & Conventus ab huiusmodi inpedimento & defectu penitus exonerentur. Sciendum est eciam, si - - fideiussorum - - quempiam discedere contingeret medio tempore in vita vel in morte, alium loco sui eque ydoneum constituo, alioquin ceteri fideiussores exolvent more predicto, donec huiusmodi fideiussor statuatur. Nos vero fideiussores . . recognoscimus & confitemur publice, nos fideiusisse quemadmodum premissum est superius; & quod in ea fideiussione constare & permanere debemus, volumus, & tenemur tam diu, donec HEDEWIGIS, ECHARDVS & ISENGARDIS, pueri *Isengardis* predicte ad annos discrecionis pervenerint, & dicte vendicioni voluntatem liberam adhibuerint & consensum.

In quorum omnium testimonium & robur, Sigillum opidi de *Gyzen* litteris presentibus est appensum. Huius autem vendicionis testes sunt BRANDANVS de *Kalsmunt*. SENANDVS. CONRADVS d' *Kalp*. CVNO *Halbir*, Milites. Item *Ludewicus* Pistor, *Echardus* Sutor, Scabini in *Gyzen*, & alii fide digni. Datum Anno Domini MCCCIIII. Mense Maio.

XVI.

DE *perpetuo reditu unius urnæ vini, quo gaudere habeant Monachi in* Bebenhaufen, *tempore minutionis.*

An. 1304.

ex Autogr.

NOS *Frater* FRIDERICUS dictus Abbas & Conventus Monafterii in *Bebenhufen* Ordinis Cyfterc. Conft. anc. dyoc. tenore prefencium publice & legaliter profitemur; Quod, cum WERNHERUS Clericus, dictus de *Gruningen*, nofter benefactor, fpecialiffimus & amicus, inter cetera bona que falutis eterne intuitu nobis & noftro Monafterio largius contulit & donavit, Redditus eciam unius *urne* vini, menfure *Ezzelingenfis*, quam habet ex feodo vinee duorum iugerum, dicte *Ifenhut*, fite iuxta villam dictam zu dem Nidernfain, in monte dicto Galgenberg, nobis - - donaverit fub hac forma, ut poft mortem fuam imperpetuum fingulis annis predicta urna vini noftro Conventui in *minutione* * noftra, Pafcali aut pentecoftali, ad bibendum totaliter propinetur; & fi forte idem vinum aliquo anno fuerit venditum, aut aliis ufibus deputatum, teneamur pecuniam, five valorem ipfius, pro illo anno in confciencias noftras Conventui *Sconaugienfi* pro fimilibus ufibus expendendum exfolvere totaliter, & donare, & ipfam *neglientiam* in vifitacione proxima Domino noftro Vifitatori abfque retractacione qualibet intimare, nulla nobis fuper non folvenda prefcripta fumma ab ipfis Abbate & conventu *Sconaug.* relaxacione penitus valitura;

* Minutio fanguinis. Aderlaß.

Nos de confenfu Reverendi in Xpo - - PETRI, Patris & Vifitatoris noftri, Abbatis *Sconaug.* predictam donacionem fub forma & pena prefcripta recipientes cum actione debita graciarum, nos, & omnes fucceffores noftros imperpetuum ad obfervacionem prefcriptorum, per follempnem promiffionem, & inviolabilem obligamus; nulla nobis exceptione Iuris canonici, vel civilis, confuetudinis vel facti, feu ftatuto in pofte-

posterum edendo, ac composicione aliqua interveniente ullatenus valitura. Inprecantes nichilominus indignacionem Dei omnipotentis, & Matris misericordie ei in novissimo (*die*) proventuram, qui hanc tam gratam nobis donacionem & utilem presumpserit infringere, aut aliqualiter immutare.

Et ut hec ipsa donacio iugiter firma maneat atque rata, presens instrumentum Sigillis, Reverendi in Xpo Patris Dni Abbatis Sconaugiensis & nostro fecimus communiri.

Nos igitur Frater PETRVS Abbas *Sc*... prenotatus, ad peticionem Karissimorum in Xpo filiorum nostrorum, Abbatis & Conventus monasterii in *Bebenhusen* Sigillum nostrum huic Instrumento appendimus in robur perpetuum premissorum. Acceptantes gratuiter, & ratificantes auctoritate ordinaria, omnia prenarrata.

Datum Anno Domini MCCCIIII. Indictione II.

XVII.

Concitatus Aschaffenburgi *Tumultus, ab Oppidanis contra Clerum, Arbitrorum Laudo sedatur.*

An. 1304.

NOVERINT universi presentiarum inspectores; Quod, cum discordia & Questio verteretur inter Honorabiles viros Dominos .. Decanum & Capitulum ecclesie *Aschaffinburgensis* ex una, & *Heinricum* Scultetum, Scabinos ceterosque Opidanos Aschaffinburgenses ex parte altera; super eo, quod HEINRICVS dictus *Ruschebusch* Sultetus, Scabini ceterique Opidani *Asch.* . predicti, pulsatis campanis, & deliberato animo concurrerunt ad curias, domos seu habitationes predictorum Decani & Capituli; ipsas confringentes, & bona ipsorum in eisdem temere occupantes, ac claudi & custodiri facientes; Et in Iudicio Seculari contra quosdam ex suis Concanonicis sententias, si sententie dici possent, nichilominus

minus promulgantes; Sic intromittentes se tamquam Iudices, seu iurisdictionem habentes de predictis omnibus, quod secundum Statuta Canonum & Sanctorum Patrum penitus est absurdum; Propter quam violentiam & abusum secularem predicti . . Decanus & Capitulum cessaverunt ab officio Divinorum, prout eis competebat; Tandem predicti . . Decanus & Cap. pro bono pacis & concordie, Dominum habentes pre oculis, super predictis elegerunt, & compromiserunt tamquam Arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, pro sua parte in honestos Viros, GERLACUM Scolasticum, & HEINRICUM Cantorem ecclesie *Asch.* . predicte; Predicti vero Sculterus & Scabini ceterique Opidani Aschaffinburgenses in Discretos viros FRIDERICUM *de Wasen* Militem, & CONRADUM de *Lausabe*, sicut in Laudo seu compromisso super hoc confecto plenius continetur; Nos itaque Arbitri predicti, huiusmodi potestate nobis tradita, & voluntarie in nos recepta, ad peticionem Parcium . . instantem, auditis hinc inde ponderatis, & plenius intellectis que . . coram nobis proponere voluerunt; pronunciamus in his scriptis in nomine Domini in hunc modum:

Quod . . Scultetus & Scabini ceterique Opidani *Aschaffenburgenses*, ad confringendas Curias, domos seu habitaciones . . Decani & Capituli, vel res eorum in eis occupandas, pro aliquo maleficio de cetero non concurrent, aliquem seu aliquos in ipsis capiendo, vel extrahendo; sibi tamquam Iudicibus iurisdictionem aliquam assumendo. ITEM, quod contra voluntatem . . Decani & Capituli campanas eorum de cetero non pulsabunt. ITEM, quod de cetero nullam sententiam contra quemcunque Clericum in quacumque Causa promulgabunt, vel facient promulgari. ITEM, quod . . corporale prestabunt iuramentum, quod predicta per nos pronuntiata inviolabiliter in perpetuum observabunt; vel certum & ydoneum constituant Syndicum & Procuratorem, qui nomine ipsorum & in animas eorumdem prestat corporale huiusmodi iuramentum; Et quod talia contra libertatem Ecclesie *Asch.*

Asch. . per se, vel per suum Iudicium numquam de cetero attemptabunt, vel faciant attemptari, nisi per Dn. Archiepiscopum Maguntinum contra premissa, vel aliqua premissorum facere compellantur.

Item bona fide laborabunt, & impedient, ne per alios de cetero talia attemptentur. *Item*, quod predicti Sculcetus & Scabini debent predictis Decano & Capitulo ceterisque Canonicis verbo & opere, si requisiti fuerint, oportune reservire.

Et nos Sculcetus Scabini ceterique Opidani *Aschaffinburgenses* recognoscimus & tenore presentium publice profitemur, quod CVNRADVM de *Lausaba* nostrum Concivem, nostrum ordinamus & constituimus Syndicum & Procuratorem per presentes: Damus, dedimusque eidem mandatum potestatemque specialem iurandi in animas nostras, nos servaturos premissa, omniaque inviolabiliter in perpetuum observare, que per predictos Arbitros promulgata sunt, ac etiam arbitrando diffinita.

Et super quibus dictus *Cunradus* prestitit iuramentum. Ego vero CVNRADVS de *Lauffahe* ad petitionem - - concivium meorum huiusmodi corporale prestiti iuramentum; qui, super observanda promulgatione predictorum Arbitrorum, michi dederant mandatum speciale. Cuius tenor talis est: *Nos Scultetus Scabini ceterique Opidani Aschaffinb. . recognoscimus* &c. ut supra.

In quorum omnium testimonium & perpetuam firmitatem nos Sculcetus Scabini ceterique Opidani Asch. . recognoscimus Sigillum nostre Civitatis presentibus appendisse.

Actum Anno Domini MCCC *Quarto*, in crastino beati *Severi* Episcopi. 24 Oct.

XVIII.

XVIII.

De *bonis in* Herbach, *comparatis ab* Alungo *Famulo* de Breidenbach &c.

An. 1304.

ex Autogr. Ego ALVNGVS Famulus, dictus *de Breidenbach*, Castellanus in *Bydenkap*, & ALHEYDIS mea conthoralis, filia LVDEWICI Militis dicti *Kalp*, Coram omnibus presentibus ac futuris recognoscimus per presentes, & fideliter protestamur, quod vendidimus - - - ac tradimus, unanimi consensu - - Dne KATHERINE Magistre, ac Priori totique Conventui - - - in *Aldenburg* - - - omnia bona nostra sita in *Herbach*, cum silvis, pratis, pascuis & omnibus aliis pertinenciis, pro Quinquaginta marcis, que ad usus nostros ab eis recepimus, iure hereditario & proprio perpetue possidenda.

Et nos CRAFTO Miles *de Hohenvels*, HENRICVS Miles d. *Kalp*, BRVNO Famulus *de Buchenowe*, & GVNTHERVS de *Nunnenbein* civis in *Bydenkap* recognoscimus, - - - Conventui supradicto fideiussoriam caucionem presentibus prestitisse, quod *Alungus* pred. & sua conthoralis ipsis warandiam, videlicet unum annum, & unum diem, faciant uti postulat ordo iuris. Quod si factum non fuerit, nos fideiussores prefati intrabimus civitatem *Marburg*, ibidem obstagium faciendo, donec ipsis emptoribus warandia facta fuerit; & hoc, quando fuerimus requisiti. Illo autem anno & die expectato, in nullo nos fideiussores sumus obligati.

Vnde ne hanc nostram liberam & racionabilem vendicionem aliquis inposterum valeat abolere, presens scriptum, cum nominibus testium qui vendicioni cum fieret affuerunt, Sigillo Civitatis in *Bydencap* per nostras preces & nostro sigillo est munitum. Huius rei Testes sunt HENRICVS Miles d' *Kalp*. CRAFTO Miles *de Turinc*. CRAFTO Miles *de Hohenvels*. BRVNO famulus *de Buchenowe*. HERMANNVS

iuxta

iuxta Cimiterium. HENRICVS *Walteri*, Scabini in *Bydenkap.* GVNTERVS de *Nunnenbein.* IOHANNES *Pugil.* VOLKOLDVS de *Lasphe.* HENRICVS Sartor, dictus de *Asphe*, ac alii plures fide digni.

Insuper ego ALVNGVS pred. & ALHEIDIS mea conthoralis cum instancia petimus Scabinos in *Herberen*, & rogamus, ut Sigillum suum presentibus in huius rei testimonium apponant nostri causa. Et nos testes prescripti ipsos ita petivisse protestamur. Datum Anno incarnacionis Domini *M. CCC. Quarto.* VIII Kal. Novembris. *25 Oct.*

XIX.

Testamentum ANSELMI *militis* de Grünberg.

An. 1304.

VNIVERSIS Xpi fidelibus Litterarum harum inspectoribus notum sit, quod ego ANSHELMVS miles, dictus *de Grunenberg*, sano consilio habito, in remedium anime mee, Vxoris ac heredum meorum, feci & disposui Testamentum, quemadmodum est subscriptum. In *Wizenburg* ad *Quercus* apud Fratres ordinis Sci *Iohannis Baptiste*, ubi elegi sepulturam, legavi primo unam urnam olei, ante altare bte Virginis pro diurna lampade perpetuo conburendi; que pro sex libris Hall. a meis heredibus si eisdem placuerit, redimetur; & perpetuos reditus, qui cum Equo meo, salvo permanente poterunt conparari; Vel loco pred. equi, si quod absit periret, unum maldrum siliginis in anniversario meo super mensam Fratrum annis singulis, proventurum de duobus iugeribus, sitis *vor der Ouwe* in *Mornsheim.* ITEM unum octale silig. sive maldrum in anniversario eius perpetuo Fratribus Theutonicis in *Wizenburg* de tribus iugeribus *Mornsheim* sitis iuxta *Bruele.* ITEM unum maldr. sil. perpetuo Deo devotis Cenobitis in *Kunigesbrucken*, similiter in [illegible]o anniversario obventurum; & hoc iugeribus sitis *Sce Brigidige*. *ex Autogr.*

 Et

Et sciendum, quod supradicti heredes quodlibet maldrum . . possunt redimere cum Hallensium quatuor libris. ITEM VI hallenses perpetuos legavit Plebano, & ecclesie in *Mornsheim* dimidiam libram cere, itidem in anniv. suo solvendos; Hallenses, de iugere sito retro domum *der Mudiz*, Ceram autem de iugere sito *Mornsheim* super *Fusgazzen*. ITEM legavit unam karratam vini super mensam predicti Conventus . . in *Kunigesbrucke* in primo Ieiunio reddituram. Sed duas Amas rubei vini in uno vase, sue Filie singulariter assignavit. ITEM X solidos Hall. Plebanis in Decanatu *Hergesheim*. Terciam dimid. libram & duos sol. Hall. sex Sacerdotibus, *Angenl..*, *Chovheim* duobus, *Wizenburg* duobus, *Mornsheim* & *Wolmesheim* duobus ad annuas Missas cuiuslibet septimane. ITEM legavit X sol. Hall. Predicatoribus. X sol. Minoribus. X sol. Augustinensibus. X sol. Inclusis. X sol. ad Hospitale, leprosisque. X sol. ad opus in Castro, & IIII uncias Hall. Fratribus Theutonicis in *Wizenburg*. —— Item VI lib. Hall. ANDREE scolari.

Huius facti Testes sunt Dns WOLFRAMVS Miles *de Staffele*. . . Plebanus in *Mornsheim*. BVRKARDVS plebanus in *Wolmesheim*. Frater WIGANDVS Prior in *Wizenburg* ad Quercus, & Domicella ALHEID, & alii quam plures fide

21 Nov. digni. Acta sunt hec Anno Domini *M. CCC. Quarto*, in vigilia *Cecilie* Virginis, quorum Sigilla sunt appensa.

Inter æram Chartæ huius & sequentis Archiep GERHARDVS in mensa sedens velociter exspiravit. * *Anno nimirum MCCCV. d. 25. Febr.* Moguntina *Sede annis duobus vacante; donec eam provisione Apostolica occupavit* PETRVS Aichspalt *Episcopus Basileensis.*

* *Ioannis Vol I p. 634. n. 2.*

XX.

XX.

QVINQVE *villæ ante ſylvam* Speſſart, *quas ab Epiſcopo* Aureatenſi *iure feudi maſc. tenuit Dynaſta* Godfr. *de* Schliſſelberg, *nunc huius filiæ* Eliſab. *iure hæreditario conceduntur.*

An. 1305.

NOS CVNRADVS *Dei gratia Epiſcopus* EYSTETENSIS. Fideliter recognoſcimus, & tenore preſencium publice profitemur tam preſentibus quam futuris; Quod Villas, ſitas ante ſilvam dictam *Spechisbart* *, videlicet *Haſilach*, *Haſilberg*, *Reitbebuch*, *Wibibach* & *Wiccibach*, ac Ius patronatus eccleſie ville in *Eichile*, cum omnibus earundem villarum iuribus & pertinenciis univerſis, queſitis & inquirendis, quocunque nomine aut vocabulo cenſeantur; quas villas Nobilis vir GOTEFRIDVS de *Sluzzilberg* hactenus a nobis manu tenuit feodali, adito iure quod vulgariter *Manleben* nuncupatur; ad peticionem iam dicti *Gotefridi*, nichilominus de gracia ſpeciali, ELYZABET dilecte ſue filie * easdem villas cum iuribus predictis contulimus, rite & racionabiliter iure hereditario perpetuo poſſidendas.

* Speſſart.

In quorum teſtimonium ſibi has Litteras fecimus Sigilli noſtri munimine roborari. Datum Anno Domini MCCCV, proxima feria tercia poſt Dominicam qua cantatur *Invocavit.* [7 *Martii.*]

[* *Quorſum ea devenerit, ſequens nos informat Litterarum particula:*

„Wir Cunrat - - - Grave von Oetingen vnd Frau Elſbete, Herrn Gotfrides ſelig wilent von Sluzzelberc Tochter, unſer eliche Wirtin (&c.) 1319.

De ipſius autem Eliſabet *Matre, hac:*

„Ego MARGARETHA, legitima collateralis Nobilis viri „Dni GEORGII *Irſuti Comitis*, filia WILHELMI Comitis „*de Catzenellenbogen*, Collateralis quondam legitima GOTFRIDI de *Sluzelberg* „ - - - confiteor (*&c.*) 1313.

XXI.

„*De Donatione bonorum in* Bischovesheim *per* Hein-„ricum *Plebanum de* Brenden.„

Anno 1305.

VNIVERSIS Xpi fidelibus tam presentibus quam futuris ad quos pervenerit presens Scriptum HEINRICVS dictus de *Bischovesheim*, Plebanus ecclesie parrochialis in *Brenden* Herbip. dioc. salutem in omnium Salvatore. Ea que ad laudem DEI piis devotorum affectibus Ecclesiis libere conferuntur, vel Deo famulantium usibus applicantur, ne per oblivionem aut malignantium pravitatem aliqualiter perturbentur, scripturarum debent testimoniis perhennari.

Tenore igitur presentium recognosco, publice protestando, quod ego, Honorabilibus Viris, Decano & Capitulo Ecclesie *Aschaffinburgensis*, & per eos ipsi ecclesie, propter diversa beneficiorum genera michi impensa tam specialiter quam generaliter ab eisdem; & pro mee anime remedio & salute desiderans mei relinquere memoriam apud ipsos; Dedi, tradidi, & donavi; do, trado & dono, donatione inter vivos, pure & simpliciter in his scriptis, Bona mea inmobilia infra scripta: Videlicet V. iugera cum dimidio vinearum, sita in monte *Sterkberg* prope opidum *Bischovesheim*, Mog. dioc., & Molendinum, situm in medio opidi eiusdem, quod *Margmule* vulgariter appellatur, & duo iugera vinearum cum quarta parte iugeris, contigua vineis supradictis.

ITEM mansum in *Bischovesheim*, quem pro *XL quatuor* libris *Hallens.* comparavi. ITEM unum Pistrinum, & tria iugera vinearum sita in monte *Taubental*, que pro XL libris - - ego emi; Quod videlicet pistrinum XXX solidos Hall. & agnum pascalem annis singulis michi solvit.

ITEM quoddam feodum, michi solvens X. sol. Hall. & pullos quatuor annuatim. ITEM Curiam sitam apud molendinum,

dinum, solventem L solidos Hall. & VI pullos annuatim; Et universaliter ac generaliter omnia bona mea inmobilia, propria & censualia, sive hereditaria, ubicunque locorum sita, cum omni onere & honore, sicut ea habui hactenus & possedi, habeo & possideo; & etiam ea bona, que sum inposterum habiturus Domino concedente, sive in domibus, possessionibus, censibus, vineis agris aut pratis consistant, vel quocunque vocabulo censeantur, ad habendum iam in presenti, & recipiendum, ac perpetuo possidendum, nec non eorum usibus & utilitatibus applicandum, & de eis faciendum & ordinandum, quod eis & sue Ecclesie crediderint expedire. Abdicans a me, & transferens in eosdem & eorum ecclesiam ex nunc omne ius quod michi in dictis bonis hactenus competebat, vel adhuc competere poterit quoquomodo; Ponendo & mittendo eos in possessionem corporalem bonorum omnium predictorum, litteras per presentes. Promitto etiam bona fide, predictam Donationem & traditionem, per me & ipsis factam, ratam & gratam tenere, & nunquam contravenire, verbo vel facto, ingenio seu cautela, sed inviolabiliter observare.

In cuius rei & facti testimonium & memoriam firmiorem, presentes litteras ipsis dedi, Venerabilis viri Dni GOTFRIDI de *Eppinstein*, Archidyaconi *Herbipolensis* Ecclesie, & mei, sigillorum munimine roboratas. Nos quoque *Gotfridus* . . Archidyaconus supradictus recognoscimus, ad preces prefati *Heinrici* Plebani nostrum Sigillum presentibus appendisse.

Datum & actum Anno Domini MCCCV, mense Maio.

XXII.

Causa Iudicialis.

An. 1305.

In *nomine Domini Amen.* Nos . . IVDICES Curie *Spirensis.* In Causa quam KVNEGVNDIS de *Rotenberg* movet coram nobis CVNRADO dicto *de Grunenberg* Armigero, *ex Autogr.*

ro, super quibusdam pratis in libello eius expressis; Idem *Cunradus* peremptorie excipiendo proposuit exceptionem rei iudicate in Iudicio seculari, & ipsam exceptionem coram nobis sufficienter probavit. Vnde nos interloquendo pronunciamus, & absolvimus ipsum *Cunradum* ab impeticione *Kunegundis* supradicte in his scriptis, propter exceptionem superius probatam; ab expensis in lite factis propter probabilem causam litigandi eam relevantes.

Lata est hec Interlocutoria Anno Domini *M. CCC. Quinto*, feria sexta post octavam Pentecostes.

XXIII.

Ab Arbitris *lata Sententia pro monasterio* HAYN.

An. 1306.

NOS PHILIPPVS de *Falckenstein* Dominus in *Mintzenberg*, Senior; & WERNHERVS filius noster. Tenore presentium recognoscimus publice profitendo, quod cum CVNRADVS de *Rode*, HEINRICVS de *Steinheim*, LVDEWICVS dictus *Crol*, VDO filius quondam *Arnoldi*, Villani de *Otphe*; HEILMANNVS de *Wedersheim*, GVNTRAMVS de *Lunrode*, PETRVS & HEILMANNVS fratres de *Bezzingen*, filii quondam *Heinrici* de *Otphe*; GOZMARVS & ECKELO de inferiori *Wedersheim*, pro se & suis coheredibus aut successoribus, Viros religiosos Abbatem & Conventum monasterii in *Hegene* Ord. Cist. super quibusdam bonis & eorum pertinenciis universis in villa *Otphe* & in terminis eiusdem ville sitis, nec non Molendino in aqua que dicitur *Hurlese*; que bona cum molendino quondam GVNTRAMVS Miles, dictus *de Olephe* & IVTTA quondam uxor eius legitima prefatis Abbati & Conventui iusto venditionis titulo vendiderunt, impeterent; nobisque contra ipsos querelas offerrent plurimas, & frequentes; Tandem ex utraque parte in nos, HEINRICVM de *Pinxten*, IOHANNEM de *Linden*, KRAFTONEM de *Bel-*

ders-

dersheim, IOHANNEM & TYLONEM fratres dictos *de Beldersheim*, & CVNRADVM de *Hufftersheim* Milites, nostros Castrenses: LVDEWICVM dictum *Hummelere*, ORTHONEM nostrum Officiatum, HEINRICVM de *Indagine*, Armigeros: LVDEWICVM de *In Heiden* Scabinum de *Mintzenberg*; GERHARDVM dictum *Saltzrump*, GODEFRIDVM de *Milebach* & HEINRICVM de *Obernbeven* nostros *Iuratos*, tamquam in Arbitros unanimiter concordarunt; super eisdem bonis hinc inde coram nobis iustitiam accepturi; Abbas & Conventus de *Hegene* promissione publica; Homines predicti universi & singuli pro se suisque coheredibus seu successoribus absentibus non solum fide manuali, verum etiam iuramento prestito se firmiter obligantes, Arbitrium seu sententiam, a nobis, Castrensibus nostris predictis, & Scabinis super dicta Causa secundum formam iuris dictatam & prolatam inviolabiliter perpetuo servaturos;

Nos igitur - - - utriusque partis propositiones, probationes & attestationes, nec non predictorum Abbatis & Conventus publica Instrumenta diligentius inspicientes & examinantes, manifeste comperimus, eosdem Abbatem & Conventum prefata bona cum molendino, iusto titulo, bona fide, quieta ac pacifica possessione per quadraginta annos & amplius absque omni impetitione possedisse; ipsosque in omnibus secundum exigentiam iuris, que ad iustam & veram possessionem requiruntur, esse legitime roboratos; Hominum vero premissorum & eorum coheredum Actionem seu impetitionem, irrationabilem esse penitus & iniustam.

Vnde nos sub debito iuramenti - - - possessionem Abbatis & Conventus premissorum in dictis bonis & molendino approbamus, & iustam & veram eam decernimus esse; Ipsaque - - - predicto monasterio in *Hegene* secundum formam Compromissi adiudicamus, libere & quiete perpetuo possidenda. Hominibus vero supradictis - - - Silentium super impetitione - - bonorum & molendini de cetero perpetuis temporibus imponentes; cum ipsis nichil iuris competat penitus in eisdem. Insuper

Insuper nos PHILIPPVS & WERNHERVS predicti ad supplices preces Abbatis & Conventus - - omnia bona cum molendino in nostro dominio & iurisdictione sita sub nostram protectionem recipimus specialem; volentes ut nullus ipsos de cetero in eisdem - - - indebite inquietet aut molestet. Huius rei testes sunt Honorabiles Viri:

PHILIPPVS Decanus ecclesie *Franckenfordensis*. RVPERTVS Plebanus in *Berstadt*. Frater HEINRICVS de *Colbusen*. WALTHERVS noster Notarius. LVDEWICVS dictus *Hegere*, & CVNRADVS dictus *Niger*; & quam plures alii fide digni.

In perennem quoque omnium premissorum memoriam Sigillum nostrum presentibus Litteris duximus apponendum. Et quia ego WERNHERVS predictus sigillo proprio careo, presens scriptum Sigillo civitatis in *Mintzenberg* rogavi firmiter communiri. Nos vero Scabini in *Mintzenberg* recognoscimus, quod ad rogatum predicti *Domicelli* nostri, Sigillum nostre universitatis apposuimus isti Carte. Datum Anno Do-
21 Maii. mini MCCCVI, in vigilia Penthecostes.

XXIV.

„DE *Curia nobis collata a* Ludewico *de* Dudiffe, „*&* Gertrude *sorore sua Begina*.

An. 1306.

ex Autogr. VNIVERSIS presens scriptum visuris & auditu-ris. Nos GERTRVDIS, Begina, de *Dudiffe*, & LVDEWICVS meus frater germanus volumus esse notum, & presentibus publice protestamur; Quod recepimus de manu Ecclesie in *Aldinburg* Curiam sitam in *Cyriakirswimer*, cum omnibus attinenciis, agris, silvis pratis pascuis, & aliis iuribus quibuscunque, ad habendum - - - - tempore vite nostre, & non ultra. Tali condicione, quod si aliquem nostrum mori contigerit,

rit, superstes - - - ipsa bona usque ad obitum suum pacifice possidebit. Nobis autem ambobus de medio sublatis pred. curia - - - -, & omnia nostra alia bona, mobilia sive inmobilia, que apud nos inventa fuerint, in quibuscunque speciebus extiterint, ad ecclesiam in *Aldinburg* cui iam nostra contulimus & conferimus, donavimus & donamus, libere devolventur; nec aliquis heredum nostrorum de ipsis bonis nostris ex causa qualicunque usurpabit. Hoc tamen salvo, quod si Dominus michi *Gertrudi* inspiraverit, duas marcas de rebus meis mobilibus pro salute anime mee possum in elemosinam delegare. Est eciam expressum, quod de ipsis bonis, ego, vel frater meus quacunque urgente necessitate alienare, distrahere, vel ad manus cuiuscunque convertere, sine scitu Ecclesie de *Aldinburg* & consensu, non possumus nec debemus.

Acta sunt hec Anno Dni M. CCC. VI, in die btor. martirum *Primi* & *Feliciani*. Vt autem hec ordinacio & donacio *9 Iunii.* per nos & nostros successores firma & stabilis in sempiternum permaneat; presentem Litteram dedimus - - -, in verum testimonium omnium premissorum Sigillo Civitatis - - in *Marpurg* roboratam.

Testes huius - - - sunt *Frater* HENRICVS de *Gesmar*. Fr. OTTO de *Sygen*. *Fr.* CONRADVS *Zolner* Ordinis Domus Theutonice. HARTMANNVS *Schuzesper* Miles. RVKILO senior. LVDEWICVS *ex Curia*. IOHANNES *Elwini*. RVKILO filius *Henrici Angeli*, Scabini in *Marpurg*. CONRADVS de *Bydenkap*, & quam plures alii fide digni qui hec viderunt & audiverunt.

XXV.

Traditio hypocausti iure hæreditario, legibus variis adiectis.

Anno 1306.

FIDELIS est litterarum custodia que rerum actiones inconcussa serie loquitur, & emergentibus calumpniis *ex Autogr.* firma,

E

firma, prebet obſtaculum veritate. Hinc eſt, quod ego CONRADVS *Muncere*, & IRMENTRVDIS mea legitima uxor Cives *Wetflarienſes*, notum facimus preſencium litterarum perceptoribus univerſis, quod ſana prehabita deliberacione, pari voto, conſenſu mutuo, & unanimi voluntate conceſſimus, & in his ſcriptis concedimus iure hereditario *Stupam* domus quondam FRIDERICI *Muncerers*, patris ac ſoceri noſtri, ſite infra muros *Wetflar.* . apud curiam Monachorum de *Arneſburch*, cum parte noſtra curie, dicte Stupe adiacente, in nos ex ſucceſſione hereditaria & diviſione devolutam, HILDEGVNDI Begine, dicte *Sweynerem*, & ſuis heredibus, quos in heredes eligendos duxerit, poſſidendam vere hereditatis tytulo & habendam in perpetuum, pro V. ſolidis Colon. denar. & uno den. levi: In feſto Pentecoſtes XXX denarios *Colon.* , & in feſto bti *Michaelis* totidem, et denarium levem cum duobus pullis carniſprivialibus, nobis & noſtris heredibus Cenſus nomine perſolvendis.

Sciendum eſt eciam, quod d. *Hildegundis* dictam debet habere & poſſidere Stupam inperpetuum, prout nunc eſt, a fundo ſeu ſuperficie usque ad ſummum, *per menſuram & directam & congruam extenſionem*; & eam reedificet, ſi opus fuerit, ſecundum ut nunc iacent luminaria, tam in latitudine & longitudine hinc inde, non obſtante qualibet contradictione. Nos eciam per dictam Stupam ſeu domum, tranſitum pro noſtra habebimus utilitate quam diu vixerimus, ipſius *Hildegundis* non obſtante contradictione; nobis autem defunctis, noſtri heredes in eadem ſtupa ſeu domo nullum ius eundi vel exeundi vel intrandi habent quoquomodo, vel habebunt, ſalvo cenſu predicto, qui ad ipſos devolvetur.

In cuius rei teſtimonium & robur, Sigillum Civitatis *Wetflar.* . noſtris precibus preſentibus eſt appenſum. Huius facti teſtes ſunt HARTRADVS de *Herlisheim.* HENRICVS *Erneſti*, Scabini - - -, & alii fide digni. Datum Anno Dni *M, CCC Sexto* menſe Iunio.

XXVI.

XXVI.

„De *bonis emptis in* Mullenheim.„

An. 1306.

QVONIAM suspecta habetur veritas, que nec re- divivo testimonio & scripture suffragio poterit comprobari; Hinc est, quod ego METILDIS, relicta quondam GYSELBERTI de *Mulnheym*, de consensu & voluntate libera GEYLONIS, PETRI, METILDIS, PAVLINE puerorum meorum, & ALBERTI, ac KATHERINE uxoris sue; SYFFRIDI, & GERTRVDIS uxoris sue; HILDEGVNDIS & CLARE, nepotum & heredum meorum, notum facio presencium perceptoribus tam presentibus quam futuris; Quod consencientibus meis pueris, nepotibus & heredibus omnibus supradictis, vendidi - - - - in his scriptis Religiose Domine Magistre & Conventui Sanctimonialium - - bte Virginis in *Aldenburch* - - - agrum meum, situm prope *Mulnheym* villam predictam, dictum *der Munich ecker*, continentem circa tria iugera terre arabilis, colendum, seminandum, tenendum & habendum cum omni iure seu dominio, michi vel meis supradictis pueris - - - in eodem agro conpetente, pro XI marcis denar. numerate pecunie, michi tradite penitus & pagate. *ex Autogr.*

In cuius rei testimonium & robur, Sigillum Civitatis *Wetflar*. . meis - - - - precibus Litteris presentibus est appensum. Huius vendicionis testes sunt HENRICVS filius *Ernesti* de *Nuvern*, GERLACVS *Zimmerman* Scabini Civitatis predicte, & alii fide digni. Datum Anno Dni *M. CCC. Sexto*. In crastino divisionis Apostolorum. *16 Iulii.*

XXVII.

S. Rosenblat *vendit Censum ex bonis quæ comparaverat in sede sua, dicta* Widemstuhl.

An. 1306.

ex Autogr. OMNIBVS ac singulis presencium litterarum perceptoribus innotescat; Quod ego SIFRIDVS *Rosenblat* civis *Wetfl.*. communicata manu KATERINE uxoris mee vendidi - - - in his scriptis WERNERO, Genero quondam OSANNE . ., unam marcam denar. annui redditus ex domo & tota hereditate mea quam possideo, exta portas *Selebouen* sita, domui . . *Malefenter* & domui *Hildelinis* in medio contigua, in festo Pentecostes dimidiam marcam, & in festo B. *Iohannis* . . dimid. marcam denar. cum duobus pullis carnisprivialibus annis singulis Census nomine persolvendis, pro XIIII marcis den. numerate pecunie, michi tradite penitus & pagate; Ex qua eciam domo & hereditate mea teneor solvere CONRADO de *Holzheim* dimid. marcam denar. annis singulis precipue & precise.

Protestor & ego WERNERVS suprad⁹, quod cum huiusmodi redditibus possum facere & ordinare prout voluero, sine meorum puerorum contradictione, quia ipsos comparavi uxore mea mortua, in sede mea que *Wedemestul* volgariter nuncupatur. In premissorum omnium testimonium & robur Sigillum Civitatis *Wetflar.*. Litteris presentibus est appensum.

Huius facti testes sunt HERMANNVS *Selige.* HEYNEMANNVS *Gerbertl.* ERNESTVS de *Nuvern.* CONRADVS *Crawe.* RVLO *Reye*, Scabini civitatis predicte, & alii quam plures fide digni. Datum Anno Domini *M. CCC Sexto*, mense Octobri.

XXVIII.

XXVIII.

DE *Curia monasterii* ALDENB. *in* Bienheim. *An.* 1307.

FIDELIS est litterarum custodia, que rerum actiones inconcussa serie loquitur, & emergentibus calumpniis, firma, prebet obstaculum veritate. Noverint igitur presencium Litterarum perceptores universi, presentes pariter & futuri; Quod ego CRAFTO de *Suabach* armiger, Castrensis in *Wyleburg*, communicata manu ALEYDIS uxoris mee, & de consensu & voluntate bona CONRADI Militis, dicti *de Kaldinburnen* mei Soceri, & ELYZABETH eius uxoris Socrus mee, vendidi - - - - in his scriptis, Religiosis - - Magistre & Conventui - - - in *Aldinburg* - - - - - partem meam, videlicet medietatem Curie in villa de *Bynheim* apud *Melbach* site, & mansum - - -, excepto uno iugere, ad d. curiam pertinentes, cum omni iure & dominio, michi vel meis heredibus in eadem curia & mansu conpetentibus; possidendam & habendam partem meam - - - - pleno iure, pro LXXX marcis denar. numerate pecunie - - -, quos in usus meos feci oportunos. Cuius curie reliqua medietas - - - ad BVRCHARDVM Armigerum *de Stockheim* pertinere dinoscebatur, quam vendidit prenominatis Magistre & Conventui, sicut in litteris eciam super hoc confectis plenius continetur. — — — —

ex Autogr.

In premissorum omnium testimonium & robur, Sigillum Nobilis viri, Domicelli mei GERLACI Comitis *de Nasowe*, meis, & uxoris mee - - - - precibus - - - est appensum. — — —— Huius vendicionis mee testes sunt, Honorabilis vir, Dns .. Decanus Ecclesie *Wyleburgensis*. HERMANNVS *Multwerse*. CONRADVS de *Kaldinburnen*. HARTMANNVS de *Suabach*. Milites: HENRICVS *Iuncherre*. HENRICVS de *Suabach*. GERLACVS *Ruwesame*. Armigeri, Castrenses in *Wyleburg*, & alii fide digni. Datum Anno Domini MCCCVII. Mense Februario.

XXIX.

„LITTERA Regis, *que continet Compromiſſum in-* „*ter* Henr. *de* Weſterburg *&* *Capitulum* Mo- „gunt. *ſuper eccleſia in* Nuheim.

An. 1307.

N*os* ALBERTVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Recognoſcimus, & tenore preſentium publice profitemur, quod Decanus & Capitulum Eccleſie Maguntine, per Magiſtrum CONRADVM de *Lorch* Prepoſitum eccleſie *ſce* MARIE *Erffordenſis*, & IOHANNEM de *Rifſenberg* Canonicos eiusdem Eccl. Magunt. Nuncios & Procuratores ſpecialiter ad hoc miſſos, ex una parte, nec non HENRICVS de *Weſterburg* Canonicus eccleſie S. *Gereonis* Colonienſis ex altera, ſuper controverſia, diſcordia ſive cauſa, inter ipſos pro eccleſia in *Nuheim* aliquandiu ventilata compromiſerunt unanimiter, nobis procurantibus & laborantibus, in Venerabilem PETRVM Archiepiſcopum Maguntinum, Principem & Secretarium noſtrum Kariſſimum, tamquam in Arbitrum, arbitratorem ſeu amicabilem conpoſitorem; dantes ſibi liberam & plenariam poteſtatem, controverſiam ſive cauſam predictam, in amicitia vel iuſtitia, qualicumque modo ſibi placuerit, decidendi, vel etiam complanandi; Nec non promittentes fideliter, & iurantes, ſub pena Centum marcarum argenti, & iactura Cauſe predicte, ratam & firmam habere deciſionem ſeu complanationem, qualemcunque idem *Petrus* Archiepiſcopus deſuper inter ipſos decreverit faciendam. Renuntiantes ſponte & expreſſe dampnis & intereſſe, iniuriis & expenſis, que hinc inde alterutris accreverunt durante controverſia memorata. Rogaverunt inſuper nos Partes predicte unanimiter, ut factum huiusmodi conſignare vellemus noſtre typario Maieſtatis. Nos autem ad rogatum ipſarum, idem typarium huic Scripto apponi mandavimus in teſtimonium premiſſorum.

Datum

Datum *Frankenford*, Anno Domini MCCCVII pridie Idus Iunii. Regni vero noſtri anno Nono. *12 Iun.*

XXX.

„*Quod* D. PETRVS, *mediante arbitrio, Capitulo* „Mog. *eccleſiam in* Nuheim *adiudicavit.*

An. 1307.

NOs PETRVS *Dei gratia Sce* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius:* Arbiter, arbitrator, ſive compoſitor amicabilis inter devotos noſtros . . Decanum & Capitulum Eccleſie noſtre *Maguntine* ex una, & Nobilem virum HEINRICVM de *Weſterburg* Canonicum Eccl. S. *Gereonis* Colonienſis ex parte altera, ſuper controverſia ſive diſcordia inter ipſos pro Eccleſia parochiali in *Nuheim* aliquamdiu ventilata, de communi partium conſenſu electus; provida & matura deliberatione penes nos habita, partibusque per amicitiam, mediante Sereniſſimi Dni ALBERTI Romanorum Regis Dni noſtri kariſſimi conſilio complanatis; arbitrando pronuntiavimus, & pronuntiamus in nomine Domini per hec ſcripta, conſenſu partium accedente; memoratam eccleſiam in *Nuheim* pertinere debere de iure ad prefatos Decanum & Capitulum Eccleſie noſtre Mog., predictum quoque *Heinricum* de *Weſterburg* in ea ius aliquod non habere.

Datum & actum *Frankenford.* Anno Domini MCCCVII, pridie Idus Iunii. *12 Iun.*

XXXI.

Proviſio de Prepoſitura Limburgenſi.

An. 1307.

NOs PETRVS *Dei gratia Sancte Sedis* Moguntine *Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancel-*

cancellarius. In his ſcriptis publice profitemur, Nos Prepoſituram eccleſie *Limpurgenſis*, cuius ad nos ſpectat collatio, uni de Capitulo Eccleſie *Moguntine* Canonico cum vacaverit facienda, * ad inſtantem ſupplicationem Sereniſſimi Domini ALBERTI Romanorum Regis, Domini noſtri Kariſſimi, quam effugere non potuimus; ymmo propter evidentem utilitatem prefate noſtre Eccleſie quam penſavimus in hac parte, Nobili Viro HEINRICO de *Weſterburg* Canonico eccleſie S. *Gereonis* Colonienſis, Dei intuitu contuliſſe iſta vice: Ita tamen, ut ex hoc noſtro facto memorate noſtre Eccleſie nullum preiudicium generetur, quin eadem Prepoſitura, quandocumque & quocienscunque fuerit conferenda, uni de Capitulo noſtro, Eccleſie Moguntine Canonico, conferatur.

Datum in *Franckfort*, Anno Domini MCCCVII, pridie
12 Iun. Idus Iunii.

* *Conf.* IOANNIS Vol. II. *Rer. Mogg.* Syllabo Canonicorum Eccl. Metrop. p. 373.

XXXII.

CLEMENS V *reſtituit* PETRUM *in perceptionem telonei* Lonſteinenſis, *donati Eccleſiæ* Moguntinæ *a Rege* ADOLFO, *poſtea vero Archipræſuli* GERHARDO iterum *ſubtracti ab* ALBERTO.

Anno 1307.

CLEMENS *Epiſcopus Servus ſervorum DEI.* Venerabili Fratri, PETRO, Archiepiſcopo Maguntino ſalutem & Apoſtolicam benedictionem. Perſonam tuam & commiſſam tibi Eccleſiam paterne dilectionis brachiis amplectentes, ad ea libenter intendimus, per que tuis & ipſius Eccleſie poſſit utiliter indempnitatibus provideri.

Cum

Cum itaque, ficut tua nobis fraternitas intimavit, clare memorie ADOLFVS Romanorum Rex primo, & poftmodum Cariffimus in Xpo filius nofter ALBERTVS fucceffor ipfius, Rex Romanorum Illuftris, Theloneum de *Lanftein* in alveo Reni Treverenfis dyocefis, ex caufis rationabilibus Ecclefie predicte Regali liberalitate donaverint atque contulerint, realiter & in perpetuum intuitu pietatis, fuorum Principum ad quos electio Regis Romanorum pertinet ad id accedente confenfu; quamvis idem Rex ALBERTVS poftmodum theloneum predictum a bone mem. GERHARDO Archiepifcopo Maguntino predeceffore tuo, propter quandam controverfiam quam habuit cum eodem, abfque caufa rationabili duxerit fubtrahendum; Nos tuis fupplicationibus inclinati, donationem & collationem huiusmodi ratas & gratas habentes, eas auctoritate Apoftolica confirmamus & prefentis fcripti patrocinio communimus. Reftituentes te ad perceptionem ipfius, iuriumque fuorum integraliter, nomine Ecclefie fupradicte.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noftre confirmationis & reftitutionis infringere, vel ei aufu temerario contraire; Si quis autem hoc attemptare prefumpferit, indignationem Omnipotentis DEI, & beatorum *Petri* & *Pauli* Apoftolorum eius fe noverit incurfurum.

Datum *Pictavis* X Kal. Novembris. Pontificatus noftri anno fecundo. 23 Oct.

XXXIII.

„DE *emptione medietatis Curie in* Byenheim *a* Craf-„tone *Milite* de Swabach.

An. 1307.

FIDELIS eft litterarum cuftodia, que rerum actiones inconcuffa ferie loquitur (&c.) Noverint igitur prefencium - - perceptores univerfi, quod ego BVRC- *ex Autogr.*

F HAR-

HARDVS de *Stockheim* armiger, Castrensis in *Wyleburg*, communicata manu SVFFIE uxoris mee legitime, & de consensu & bona voluntate HEDEWIGIS matris mee, annuente eciam HENRICO Milite, dicto *Rodele*, meo sororio, & GVDA uxore sua mea sorore consenciente, vendidi - - - - Magistre & Conventui - - - in *Aldinburg* - - - partem meam, videlicet medietatem Curie, in villa *Bynheim* apud *Melbach* site, & Mansum & dimidium - - - ad d. curiam pertinentes, cum omni iure & dominio michi vel meis heredibus in bonis & curia supradictis conpetentibus, possidendam, - - - - pro LXXX marcis denar. numerate pecunie, michi tradite & pagate penitus, quos feci in usus meos oportunos. Cuius curie reliqua medietas - - - - ad CRAFTONEM de *Suabach* Armigerum dinoscebatur pertinere., quam vendidit - - - Conventui, sicut eciam in Litteris super hoc confectis plenius continetur. Preterea renunciavi - - - omni excepcioni - - - ——— per que huiusmodi vendicio mea posset inposterum infringi aliquatinus, vel rescindi.

In premissorum omnium testimonium & robur, Sigillum Nobilis viri, Domicelli mei GERLACI, Comitis *de Nasowe* * - - - - presentibus est appensum. Nos vero *Gerlacus* - - - pred. recognoscimus, quod nostrum sigillum huic scripto apponi fecimus, ad preces suprad. *Burchardi* nostri Castrensis, & uxoris, matris, sororii & sororis suarum omnium predictarum, & in testimonium veritatis.

* *fil.* Adolfi *R. Rom.*

Huius rei testes sunt MOSELINVS de *Nasowe* socer meus. HENRICVS sororius meus pred. NICOLAVS de *Wyleburg*. CONRADVS de *Kaldinburne*. THEODERICVS *Panbart*. Milites; & HENRICVS *Iuncherre*, CRAFTO de *Suabach*, Armigeri & alii fide digni. Datum Anno Domini MCCCVII. Feria quinta qua cantabatur *Salus populi*.

XXXIV.

XXXIV.

REVERSALES,

de accepta in feudum villa Machtolsheim.

An. 1307.

[*T. I. p. 635. n. 7.*]

Nos VLRICVS *Dei gratia Comes de* HELFENSTEIN. Recognoſcimus tenore preſencium publice per preſentes, nos villam *Machtolsheim* cum ſuis omnibus honoribus & pertinenciis univerſis recepiſſe in feodum a Reverendo in XPO Patre Dno PETRO Archiepiſcopo Maguntino, nosque ſibi & Eccleſie ſue propter hoc fore ad preſtanda debita fidelitatis obſequia obligatos. Dantes has litteras Sigillo noſtro ſignatas in teſtimonium ſuper eo.

Datum *Auguſte*, Anno Domini MCCCVII, Idus Novembris. *13 Nov.*

XXXV.

Quibus pactis & conditionibus Comes de Waldeck *dimiſſus fuerit e cuſtodia.*

An. 1308.

[*p. 636. n. 2.*]

In Godes Namen Amen.

Wir Heinrich von Godes gnaden Greve zu Waldeckin dun kunt und vorihehin uffenbar an dyſem geinwortigen Brieve allen den, die en ſehen odir horin leſin, daz wir mit unſerme Erſamen Vadirre und Herrin Biſſchof Pedirre, Ertzebiſſchove des Heyligen Stules zu Mentze,

des Heyligen Riches obir Dutschlant Ertzekentzlere, gentzliche und garwe versunit sin, und unsre Frunt die mit uns begriffen waren, umme unser Gevencnisse, also hernach geschrebin stet.

Daz wir unserme vorgenanten Herrin von Mentze und syme Styfte ledig hain geset den Kellerberg daz Huß, und Battenburg Huß und Stad, vor zwey Dusint Marg. Das Huß zu dem Werdere vor Dusint Marg, alse sie der Ersame Herre Bisschof **Gerhard**, deme Got gnade, sie sazte unserme Vadirre, dem Got gnedig sie. *

* Otto *vocabatur, obiitque morte violenta; utpote (sub an. 1305.) a Nobilibus* Strive & Adeleps *in vinculis hostiliter suffocatus.* Cod. Dipl. *Tom. I.* p. 989.

Ouch bekennen wir uns, daz unser Ersame Vadir und Herre Bisschof **Pedir** uns gnade hat getan, unde gebit uns Seszehin hundirt marg, drie Hallere vor den phenning, daz wir Yme beholfen sollen sin getruweliche, an (ohne) argeliste, Yme und syme Stifte wedir allirmenlichen, an daz Riche, das scheiden wir uz, und unsern Herrin von Kolne der itzunt ist, und unsern Vadir Lantgraven **Heynrichen** von Hessen, und unsern Swagir **Ebirharten** von Bruberg.

An den seszehen hundirt marcken so setzit uns unser vorgenante Herre von Mentze daz Huß zu deme Werdere vor Dusint Marg uns und unsern Erben mit al deme Rechte als Bisschof Gerhard der vorgenante iz (es) unserme Vadir sazte, und alse sine Brieve sprechin; Also, wanne unser Herre von Mentze odir sin Nachkomeling odir der Stift von Mentze, uns odir unsern Erbin Dusint Marg gebint; so sol wir en (ihnen) dazselbe Huß entwedir antworten an allirleye hindirsal. Die seshundirt marg die da obir sin, die sal man verborgen Ebirharte unserme Swagere von Bruberg von unsirwegen

zu

zu geldene von Sente Walpurge tage der nu kommit, odir eyn Jar.

Vnd swanne die seshundirt Marg vorburgit sin, so han wir globit, und Ebirhart von Bruberg unser Swager, und der Edil Man Greve **Johan** von Spanheim mit uns, in truwen wedir zu antwortene den Kellirberg, und Battenburg Burg und Stad, mit allem deme Rechte daz iz uns sazte Bisschoff Gerhard unserme Vaddire, an allirleye wedirrede und hindirsal.

Wir sprechin ouch, daz wir umme unser Gevenenisse getan han eyn rechte Oirveyde, vor uns, unde vor alle unser Frunt; und han die gesworn zu den Heyligen, zu haldene gentzliche, an allirley argelist. *ratione captivitatis Comes dat urphedam.*

Daz disse Rede stede und veste blibe, des han wir gebedin unsern Herren den Koning, daß he sin Ingesigel hait gehenckit an desin geinwortigen Brief. Da ouch wir unser Ingesigel han an gehenckit durch vestinunge und stedekeyt der vorgeschrebin Rede.

Vnd wir **Albrecht** von Godes gnaden Romisscher Koning, eyn Merere des Riches, durch Bede des Ediln Mannes Greven Heinriches von Waldeckin han unser Ingesigel gehenckit an desin Brief durch ein Orkunde der vorgeschrebin Rede.

Disse Rede ist geschehin zu Franckenvord. Dabie waren die Ediln Lude, Grave **Johan** von Spanheym der da heizit von Starckenberg. Greve **Gorige** von Veldenze. Her **Gorige** der Rugreve. Her **Philips** von Falkenstein. Der von Westirburg, und **Ebirhart** von Bruberg, und Her **Heinrich** von Ittere; Vnd anders Pfaffen und Rittere gnug, und vele gudir Lude.

 Dirre

Dirre Brief ist gegebin zu Franckenvord, du man zalte von Cristus geburte Dusint Jar, Dru hundirt Jar in dem Achten iar - an Sente Benedicten Abint in der Vasten. *20 Martii.*

Wir vorgenante Greve **Heinrich** von Waldecke sprechin unde globen als da vore . . ; Were, daz unser vorgesprochen Vadir Lantgreve **Heinrich** von Hessen mit unserm Herrin von Menze, odir von Colne, odir Eberhart von Bruberg orlongen * wolden, odir deme Stifte Schaden dun wolden; so sollen wir stille sitzen, und sollen Yme nicht helfin, heymeliche odir offenbar. Wir sprechin ouch, die wyle daz unser Brudirre von uns ungeteylit sin, unde ongescheyden, so sollen Sie in derselben Holfe und globidde sin, alse wir.

* *id est* kriegen.

Dieser Brief der ist gegebin an der stat, an den iaren, und an deme dage, alse da vore geschrebin stet an deme Brieve, da durre Brief ist anegehenckit.

✠ ✠ ✠

In ordine huc spectarent Chartæ binæ Ar. Petri, *sub dato* 1308. II Kal. Aug. *res cœnobii Reiffensteinensis* a) *quoad ecclesiam* Kyrodensem, b) *Nosocomium in* Eschwege *concernentes;*

[Cit. p. 636. n. 4 & 5.]

Quoniam vero nimis vulgares sunt, potius omittuntur.

✠ ✠ ✠

XXXVI.

„*Venditio bonorum in* Kirchguns *ab Armigero* „de Milchling.

An. 1308.

ex Autogr. NOVERINT universi presentium litterarum perceptores, quod ego CONRADUS Armiger, dictus *Milchelinc,*

cbelinc, communicata manu *Irmengardis* mee legitime conthoralis, & de consensu & voluntate *Albeydis* & *Elizabeth* sororum mearum vendidi, dedi, vendo & do vere proprietatis titulo in his scriptis, HENRICO dicto *Schurweder*, civi *Wetflar.* & suis heredibus, bona nostra, sita in *Kirchgunse*, que excolit IRMENGARDIS ibidem, nunc solventia tria maldra *puri* siliginis, duo maldra avene, mensure Wetfl., duos anseres, totidem pullos autumpnales, & pullum carnisprivialem, possidenda iure proprietario in perpetuum & habenda, pro XX marcis, & quatuor marcis denariorum numerate pecunie, nobis tradite penitus & pagate.

In cuius vendicionis testimonium & robur dedimus prefato *Henrico* presens scriptum, Sigillorum Civium de *Gyzcen* & de *Wetflaria*, nostris precibus munimine fideliter communitum. Huius venditionis Testes sunt

ECHARDVS dictus *Sclune.* * } Milites.
IOHANNES de *Kincenbach.* }

Item LVDEWICVS. ECHARDVS. } Scabini *de* Gyzcen.
REYNERVS de *Linden.* }
LVDEWICVS filius *Ludewici.* }

Item RVLO *Reye.* } Scabini *de* Wetflaria.
IOHANNES *Beyer.* }

& alii quam plures fide digni.

* Schlaun

Datum Anno Domini M. CCC. VIII. Feria quarta proxima post festum Annunciacionis bte Virginis. *27 Martii.*

XXXVII.

XXXVII.

MARQVARDI & GERHARDI, *Comitum* SOLMENSIVUM.

An. 1308.

ex Autogr. RES gefte ex facili in oblivionem cadunt, fi non voce fide dignorum teftium, vel litterarum ftabili fuffragio fulciantur. Noverint igitur univerfi prefentium litterarum perceptores, quod nos MARQVARDVS & GERHARDVS. fratres, Comites *de Solmiffe* - - vendimus & damus vere proprietatis titulo in his fcriptis, *Gerbardo* dicto *Hunt*, HILDEGVNDI fue uxori, Civibus *Wetflar*. . & eorum heredibus, duo maldra *puri* filiginis - - annue penfionis, que habuimus in bonis omnibus proprietariis, fitis in villa de *Laufdorf*, que poffidet & excolit *Syfridus* ibidem, d? *in der Wyfen*, tollenda, & habenda & percipienda cum omni iure & dominio nobis in eisdem competente, pro X. marcis denar. numerate pecunie, nobis tradite penitus & pagate.

Addictum eft eciam, quod idem *Syfridus*, vel quicunque predictorum bonorum fuerit poffeffor vel cultor, debet huiusmodi penfionem folvere, ac usque *Wetflariam*, fub eius periculis & expenfis, circa feftum bti *Michahelis* non obftante eventu quolibet prefentare.

In premifforum teftimonium, noftra huic fcripto appofuimus Sigilla *. Et apponi cum inftancia petivimus - - figillum civitatis *Wetflar*. . Huius facti teftes funt HEYNEMANNVS *Gerberti*, IOHANNES *Beyer*, HARTRADVS de *Herlisbeim* Scabini *Wetfl*. & alii fide digni. Datum Anno Domini
23 Iun. MCCCVIII, in vigilia bti *Iobannis* Baptifte.

* *Que, in forma parva, leonem* Solmenfem *exhibent.*
a) S. MARQVARDI COMITIS D. SVLMS.
b) S. GERHARDI DE SVLMS.

XXXVIII.

XXXVIII.

„*Littera* H. & L. de Hanſtein, *quod proprietas* „*Caſtri* H. *eſt Eccleſie* Mogunt[e] Et *quod ipſi ſunt* „*perpetui Caſtrenſes & Officiati eiusdem.*

An. 1308.

NOS HEINRICVS ſenior & LVPOLDVS fratres *de Hanſtein* recognoſcimus, & tenore preſentium profitemur; quod in Monte Reverendi in X° Patris ac Dni noſtri, PETRI Archiepiſcopi Maguntini, - - -, dicto *Hanſtein*, edificando, talis inter eundem - - - Dn. noſtrum ex una, & nos ex parte altera, ordinatio intervenit. Nam edificabimus Caſtrum ibidem, primo de lignis, & poſtmodum de lapidibus, noſtris propriis laboribus & expenſis. Quo edificato nihil iuris habebimus in ipſo, niſi quod perpetui Officiati erimus ipſius caſtri & Caſtrenſes, & heredes noſtri maſculi, capaces feodorum legitimi: Et caſtrum ipſum debet eſſe aperta Munitio ipſius Dni noſtri Archiepiſcopi & Eccleſie *Mag.* ſicut alie ſue proprie munitiones, utpote *Ruſteberg* & alia ſua caſtra; qui nos in noſtris neceſſitatibus ſicut alios ſuos Caſtrenſes defenſare tenentur, iuſticia mediante; & nos Ipſis in quibuslibet aſtare tenemur, & ſervire fideliter toto poſſe.

Cuſtodes quoque Turrium, cum edificate fuerint, ac Portenarii, & Vigiles caſtri, Ipſi Dno noſtro - - - perpetuis temporibus *Huldam* facient in eisdem, aut Officiatis ſuis de *Ruſtenberg* - - vice & nomine ipſorum; ac etiam nobis - -, tanquam Officiatis & Caſtrenſibus hereditariis iurabunt; quorum ad nos, nomine quo ſupra, inſtitutio & deſtitutio, de ſcitu eorundem Dni Archiepiſcopi & Eccl. Mag. pertinebit. Et quandocunque, ac quocienscunque eidem Dno noſtro - - - aliquis - - Cuſtodum, Portariorum, ſeu vigilum diſplicuerint, modo quovis aut cauſa, eundem . . mox deſtituemus, & alium - - inſtituemus, ad ipſorum requiſitionem, Litteras vel mandatum.

Dominus etiam noſter pred? aſſignabit nobis Redditus X. marcarum puri argenti, cum quibus ad conſervandum Caſtrum, cuſtodes, vigiles & portenarios eiusdem procuremus. - - Et ſi ſine heredibus maſculis capacibus feodorum, ut predicitur, deceſſerimus, Caſtrum ipſum ad . . D. N. Ar. & Eccleſiam Magunt. cum predictis redditibus revertetur.

Promittimus quoque pro nobis & heredibus noſtris eidem D. N. fide data & iuramento preſtito corporali, predicta omnia & ſingula inviolabiliter obſervare. Et ad maiorem cautelam Teſtes & fideiuſſores . . conſtituimus in ſolidum infraſcriptos. Si vero - - aliquid premiſſorum non adimpleverimus, ſponte & liberaliter eligimus, penis ſubiacere ſubſcriptis: Nam ius, commodum & utilitatem, que nobis competent in dicto caſtro, perdemus; et bona noſtra, propria & feodalia, que ab eadem habemus Eccleſia, tranſibunt omnino in ius & proprietatem ipſius - -; nosque violatores fidei erimus, & periuri.

——— ———

Teſtes autem & fideiuſſores de quibus predicitur ſunt hi. Videlicet FRIDERICVS & DITHARDVS de *Kosdorf.* BERTOLDVS de *Adelephſin.* HEYDENRICVS dictus *Strutz* de *Gladebeche.* HILDEBRANDVS de *Hardinberg.* WERNHERVS de *Weſterburg.* WERNHERVS de *Schweinsburg*, Milites. HENRICVS de *Schweinsburg* frater eiusdem *Wernheri.* IOHANNES de *Hardinberg*, & DITMARVS de *Adelephſin* Armigeri.

In quorum omnium evidentiam, robur & firmitatem, Sigillum Honorabilis viri, Dni LVPOLDI Prepoſiti *Northunenſis*, * pro me *Lupoldo* de *Hanſtein* predicto, cum ſigillo proprio caream, - - - meique *Henrici* de *Hanſtein* .. ſigillum, ac ſigilla Militum & Armigerorum, teſtium & fideiuſſorum predictorum, preſentibus ſunt appenſa. Datum *Fritzlar*, Anno Domini MCCCVIII. quarto nonas Octobris. *4. oct.*

* *& is Hanſteinius fuit.*

Mentio-

✲ ✲ ✲

Mentionem charta præsens facit de castro Rusteberg, *eo scilicet, quod Caput est* Eichsfeldiæ; *Et a quo huius Terræ Præfecti, sive* Moguntini *Provisores, appellari primario consueverunt. Dedimus horum Præfectorum seriem in* Cod. Dipl. *primo. Ast quoniam sub dubio relinquere oportuit, num peculiaris etiam extiterit Gens, familiave, nomine gentilitio* de Rusteberg *vocata;* * *Ego autem interea temporis, Codices R*mi *Capituli Metropolitani* † *revolvendi, opportunitatem fuerim nactus; in occursum venit (qui vice prima oculos effugerat) syllabus familiarum, seu Nobilium, dicti loci* Castrensium hæreditariorum: *Quem proin subiungo, ad patefaciendum, extitisse familiam:* de Rusteberg: *non vulgo (veluti a domicilio) sed* nativa stirpe *talem. Ita siquidem liber Copialis V.* pag. . . * p. 970. fin. † p. 539.

„Nota, quod reperi in Registro, infrascriptas parentelas esse Ca- „strenses in *Rusteberg*. Comites *de Eberstein* ††, & eos, qui no- „minantur *de Hardinberg:* De *Hanenstein*, de *Winssingerode*, „de „Rusteberg, de *Vslaria*, de *Bultzingesleben*, de *Stockhusen*, „de *Budensheim*, de *Reynoltshusen*, de *Rengelderode*, de *Geislede*, „& *de Swen*. †† C. D. I. p. 550.

XXXIX.

Ivdicivm *solenne, agitatum inter* Petrvm *& Nobiles* de Kindshausen, *super Castro Rhingaviæ* Scharfenstein *invicem contendentes: Præside* Hermanno Schelm *Vicedomino* Aschaffenburgense, *Assessoribus vero multis, Ecclesiæ Mogunt. Vasallis ac Ministerialibus.*

An. 1308.

[*p.637. n. 11.*]

In nomine Domini Amen. Inter Reverendum Patrem & Dominum, Dn. Petrvm Sce Maguntine Sedis Archiepiscopum, Sacri Imperii per Germaniam Archicancella- *ex Autogr.*

cellarium ex una, & LODEWICUM & HENRICUM fratres Milites dictos *de Kyndeshusin* ex parte altera, Questione suborta super Castro *Scarpinstein*, quod idem D. Archiepiscopus ad se & Ecclesiam Maguntinam pleno proprietatis titulo pertinere asseruit; petens, eosdem Milites detentores ipsius Castri violentos removeri, & ipsum castrum cum iuribus districtu & pertinenciis suis restitui sibi & Ecclesie Maguntine; Eisdem Militibus asserentibus econtra, predictum castrum ad se spectare iure feodi, seque de eodem legitime investitos esse per Dn. GERHARDUM, quondam Archiep. Maguntinum, sicut veros Vasallos & feodatarios Ecclesie Maguntine.

Nobis itaque HERMANNO dicto *Schelme*, Milite, Vicedomino *Aschaffenburgensi*, de mandato Dni PETRI Archiepiscopi Maguntini presidentibus in Iudicio in villa *Eltevil*, que est de proprio fundo Ecclesie Maguntine, in termino ad quem ipse D. *Petrus* Archiepiscopus predictus eosdem Milites mandaverat in Iudicium evocari, prefatus *Ludovicus* in nos, tamquam in Iudicem consensit; & pro *Henrico* fratre suo, absente contumaciter, de rato sufficienter caverat de iudicato solvendo, eôquod iudicate rei pareret.

Terminis igitur & dilacionibus datis; receptis, auditis & intellectis & equa lance discussis Partium & Cause iuribus, allegacionibus, racionibus, probacionibus & meritis; & concluso in causa; processimus ad Sententiam diffinitivam proferendam; deliberacione diligenti consilioque maturo & concordi Honorabilium Virorum, SYFRIDI de *Eppinstein*, ERINBERTI, *Ryncoie* Vicedomini, THEODERICI de *Randecke*, HEYLMANNI Burggravii in *Starckenberg*, CONRADI de *Bleyniche*, GERHARDI de *Ravingesberg*, ARNOLDI *Rufi*, CONRADI de *Rudinsheim*, WERNERI de *Wintraue*, GOTFRIDI de *Wallaue*, IACOBI de *Appinheim*, SYFRIDI de *Lindaue* & GISONIS de *Wilebach* Militum, & plurium aliorum Ministerialium & fidelium Ecclesie Maguntine.

Et

Et quia invenimus, intencionem predicti Dni Archiepiscopi plene fundatam & probatam esse; servata iudiciarii ordinis gravitate debita & consueta, sentencialiter pronunciavimus & declaravimus, Castrum predictum ad sanctam Maguntinam Ecclesiam pleno iure pertinere, & prenominatis fratribus prorsus nichil iuris competere in eodem. Condempnantes Eosdem ad deoccupandum & restituendum Castrum predictum liberaliter, cum omnibus & singulis iuribus, districtu, & pertinenciis suis, Dno PETRO Archiepiscopo & Ecclesie Maguntine supradictis.

Verum quia prefatus *Ludovicus* caucionem ydoneam de restituendo & deoccupando castrum predictum, ut predicitur non poterat exhibere & offerre; ipsum in custodia mandavimus detineri, donec secundum consilium prenominatorum Militum caucionem eandem offerret.

Lata est hec Sentencia in Consistorio ville predicte, Anno Domini MCCCVIII secundo Idus Decembris, presentibus Militibus predictis, & eam approbantibus concorditer & expresse. In quorum evidenciam & robur nostra & Militum prefatorum Sigilla presentibus sunt appensa. *12 Xbr.*

Nos quoque Milites prenotati, Ministeriales & fideles Ecclesie Maguntine, predictam Sententiam unanimiter approbavimus, & laudamus, utpote de nostro concordi promulgatam consilio. Consignantes presentem cartulam nostrorum robore sigillorum in ampliorem certitudinem premissorum. Datum Loco, Anno & die predictis.

XL.

HENRICI *Regis gratia* Eberhardus *de* Randeck *obtinet feudum castrense apud* Oppenheim.

An. 1309.

NOS HEINRICUS *Dei gracia Romanorum Rex semper Augustus.* Ad universorum noticiam volumus *ex Autogr.*

 per-

pervenire, quod Strenui viri EBERHARDI de *Randeke* fidelis nostri dilecti considerantes fidelitatis constanciam, qua semper adhesit Imperio incorruptam; Ipsum nobis & eidem Imperio apud *Oppenheim* conquisivimus in Castrensem; Sibi pro eo de primis Sturis, per Xpianos vel Iudeos ibidem nobis solvendis, ducentas libras *Hall.* deputantes. Sic, quod pecuniam huiusmodi, in empcionem prediorum convertat, vel tantum de bonis propriis Imperio situ aptis demonstret, a nobis & prefato Imperio pro castrensi feodo possidendis. Est eciam condictum, quod idem *Eberhardus* more aliorum Castrensium *quolibet anno per quartam partem anni* in ipso Castro residenciam faciet personalem; & nos sibi in dicto castro *Oppenheim* ad faciendum vel construendum edificium sive domum pro sua habitacione & mansione ibidem, aream deputabimus congruentem. Harum testimonio Litterarum.

Dat. *Spyre* Idus Marcii. Anno Domini *Mill. Trecent° Nono.* Regni vero nostri anno primo.

XLI.

„*Littera* LUDOWICI *Comitis* de Rienecke, *quod* „*ipse Castrum* Grunbach *& aliquas Villas tenet* „*in feudum ab Ecclesia* Maguntina.„

An. 1309.

NOS LUDOWICUS Comes *de* RIENECKE iunior, & ANNA collateralis nostra legitima. Inspectoribus presentium recognoscimus publice universis, quod nos pari voto & unanimi consensu duas partes nostras Castri *Grunbach* tripartiti, sive in partes tres divisi, Villas, iurisdictiones, iura, Iudicia, redditus & proventus universos & singulos, quocunque nomine censeantur, nobis in eodem castro pro parte nostra attinentes, que omnia & singula iuste proprietatis titulo hactenus possedisse, & in usus nostros convertisse dinoscimur,

in

in manus Reverendi Patris & Domini noſtri, PETRI, Dei gratia Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopi preſentibus noſtris Litteris reſignamus. Renuntiantes ad hoc ſimpliciter & preciſe omni iuri quod nobis in caſtro & bonis iam dictis ratione proprietatis ad preſens competit, aut poſſet competere in futurum.

Et dictum Caſtrum - - - nos *Ludowicus* Comes - - a dicto Domino noſtro Archiepiſcopo - - - in feodum - - - recepimus, in concambium, permutationem & recompenſam Ville *Werpach*, & bonorum in ipſa villa ſitorum, ab eodem Dno noſtro Maguntino feodalium; que de ipſius conſenſu & licentia ſpeciali Honorabilibus viris . . Decano & Capitulo *Aſchaffenburgenſi* vendidimus, proprietatis titulo perpetuis temporibus poſſidenda.

Et in preſcriptorum teſtimonium nos LVDOWICVS Comes & ANNA Coniuges predicti Sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Datum Anno Domini MCCCIX, in die bti *Kaliſti* Martiris, in quem cadunt XVI Kal. Maii. *16 April.*

XLII.

R. HENRICI *obligatio, de ſolvenda* A. PETRO *Summa pecuniæ, tam pro ſumptibus in nupera Coronatione factis, quam prærepta Decima Iudaica.*

An. 1309.

NOS HENRICVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Recognoſcimus, tenore preſencium publice profitentes, quod Venerabili PETRO, Archiepiſcopo Maguntino, Archicancellario & Principi noſtro cariſſimo, tenemur & obligati ſumus in quatuor milibus, exceptis quinquaginta libr. *Hallenſium*, pro expenſis quas fecit ob ſollempnitatem electionis & coronationis noſtre; nec non in quingentis, LXXX

LXXX & quinque libris *Hall.* racione Decime ſibi debite de perceptis & exactis per nos a Iudeis *Franckenford*, *Oppinheim*, *Bopardia*, *Weſalia*, *Wormacia*, & per *Alſaciam:* Quas Summas pecuniarum promittimus Ipſi exſolvere bona fide, quando & ubi per eundem Principem noſtrum, vel alium ex parte ſui fuerimus requiſiti.

Datum *Conſtancie*, Anno Domini *Mill. Trecenteſimo Nono*, V Kal. Iunii.

28 Maii.

XLIII.

EIVSDEM, *ſuper Decima Iudæorum.*

An. 1309.

NOS HENRICVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Ad univerſorum noticiam cupimus pervenire; Quod, conſiderantes, quod particularis ſolucio non minima habet incommoda, cum Venerabili PETRO Archiepiſcopo Maguntino, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, Principi & Conſiliario noſtro cariſſimo, ſuper Decima pecunie quam a Iudeis noſtris per Alamaniam pro tempore exigere & recipere nos continget, de bona ſua voluntate concordavimus in hunc modum; videlicet, quod eidem pro huiusmodi decima racione officii Archicancellarie ab eo petita, ſexcentas libras Hallenſium, in Moneta noſtra in *Hallis* percipiendas in feſto bti *Michahelis*, quam diu nobis vel ſibi placuerit, annis ſingulis deputavimus. Monetariis noſtris ibidem p. t. exiſtentibus, preſentibus firmiter iniungentes, quatenus prefatum Archiepiſcopum, vel eius certum nuncium iuxta tenorem huius ſcripti de pecunia expediant memorata. Salvo in premiſſis omnibus noſtro & Imperii iure, & Eccleſie Maguntine. Harum teſtimonio litterarum, noſtre Maieſtatis Sigilli robore ſignatarum.

Datum in *Vlma*, Anno Domini *Milleſimo Trecenteſimo nono.* VI Idus Iunii. Regni vero noſtri anno primo.

8 Iun.

XLIV.

XLIV.

„LITTERA *Consensus Dnor. Eccl.* Magunt. *super* „*villa* Werpach.„

An. 1309.

Nos OTTO * Decanus, totumque Capitulum Ecclesie *Maguntine*. Tenore presentium recognoscimus, publice profitentes; quod nos provida deliberatione prehabita, propter rectas & legitimas ac iuste moventes causas consentimus expresse, & ad hoc nostrum benivolum consensum inpertimur liberaliter & assensum, quod Nobilis vir, Dns LUDEWICUS Comes de *Rynecke* villam *Werpach* cum eius pertinenciis universis, quam a nobis & Ecclesia Magunt. tenet in feodum, alienare seu vendere possit Honorabil9 viris Decano & Capitulo - - *Aschaffinb.*, per ipsos proprietatis titulo perpetuo possidendam; eo quod predictus *Ludewicus* duas partes Castri *Grumbach* Herbip. dioc., quas, distinctas a tercia parte quam Dns VLRICUS de *Hanauwe* tenet, & proprietatis titulo possidebat; cum iurisdictionibus, iuribus, iudiciis, proventibus, districtibus & honoribus universis ad pred. duas partes castri spectantibus, de consensu & voluntate Nobilis Matrone, Dne ANNE coniugis sue, in manus Reverendi in XPO Patris & Domini nostri, Dni PETRI Archiepiscopi E. M. libere resignavit, & ab eodem - - - in feodum recepit, iure feodali per ipsum Dn. *Ludewicum* & heredes suos legitimos, si quos habuerit, possidendas; prout idem D. N. *Petrus* - - Litteras consensus sui, prefatis Decano & Capitulo eccl. *Asch.* tradidit, & in eisdem litteris vidimus plenius contineri.

* de Rückesheim.

Et in evidens testimonium huiusmodi nostri Consensus, presentes Litteras tradimus, Sigillo nostre Ecclesie - - munimine roboratas. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCCIX. VII Idus Septembris, id est in vigilia Nativitatis bte *Marie* Virginis. 7 Sept.

XLV.

HENRICI *Regis diploma*, *per quod Parthenonem* Schmerlebach *eximit a quibuscunque Tributis*, *ſignanter de Curia* Eynengeſeſs, *uti & præſtatione Curruum.*

An. 1309.

ex Autogr.

NOS HEINRICUS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus*. Ad univerſorum Sacri Romani Imperii fidelium notitiam volumus pervenire; quod, cum pia & religioſa loca noſtris deſideremus temporibus creſcere in temporalibus & augeri, ut temporalium ſubſidio, in eisdem ſpiritualia nutriantur; ad ſupplicem inſtantiam Honorabilis ac Religioſi viri, HEINRICI Abbatis *Villarienſis*, * Aule noſtre Cancellarii, † Honorabilibus ac Religioſis perſonis, Abbatiſſe & Conventui ſanctimonialium in *Smerlenbach* hanc Gratiam de liberalitate Regia duximus faciendam, quod de poſſeſſionibus ac bonis ſuis quibuslibet, mobilibus vel immobilibus ubicunque locorum poſitis, & ſpecialiter de Curia ſua in *Eynengeſezze*, in pede Montis parrochie in *Grunda* ſita, nullas exactiones ſive Sturas nobis, vel quibuscumque perſonis aliis ſolvere teneantur; ſed pocius, ob favorem quem ad eas gerimus, ab omni ſervitutis genere, nec non preſtatione Curruum, qui tempore congregationis Exercituum per Dive memorie Imperatores & Reges Rom. noſtros Predeceſſores vel eorum Advocatos requiri ſolebant, vel in antea requiri poſſunt, ſint libere, inmunes penitus, & exempte, niſi per noſtras requirantur Litteras ſpeciales.

* *Villers Villere* Abbatia Ord. Ciſterc. in Brabantia inter urbes *Nivelle* & *Gembloure*.

Propter quod univerſis Advocatis noſtris provincialibus, & aliis quibuscumque, nec non ſpecialiter Nobili viro EBERHARDO de *Bruberg*, damus ſtrictius in mandatis, ne dictas Sanctimoniales, quas propter celebis vite ſue candorem in noſtram & ſacri Imperii ſpecialem protectionem ſuſcipimus, contra premiſſa, gratie noſtre tenorem impediant, aggravent, mole-

moleſtent aliquatenus, vel perturbent; ſicut indignationem Regiam voluerint evitare.

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras ſcribi, & noſtre Maieſtatis Sigillo iuſſimus communiri. Datum in *Frankenfurt* III Kal. Octobris. Anno Domini *M CCC nono*. Regni vero noſtri anno *primo*. *29 Sept.*

† Qui eo magis notandus, cum nec *Mallinkrotius*, nec *Wenckerus* eius mentionem faciat. Fuit patria *Metenſis*, & paulo poſt Epiſcopus *Tridentinus* electus eſt.

XLVI.

MILITES de LINDAV *ſolvuntur excommunicatione, quam incurrerant propter Spolium 40 carratarum Vini* Hunici *cenſualis Eccleſiæ* S. PETRI.

An. 1310.

IVDICES *Sanċte* Maguntine *Sedis*. Recognoſcimus per preſentes, quod SIFRIDVS Miles, & HEINRICVS Armiger ſuus fratruelis, dicti *de Lindaue*, excommunicati a nobis ad inſtantiam Decani & Capituli Eccleſie *S. Petri* Magunt. per formam Statutorum Concilii contra Spoliatores Clericorum editi; eo quod ipſos Decanum & Capitulum XL carratis vini *Hunici* cenſualis, de bonis in inferiori *Waltaffen* ſitis, ſingulis annis Cenſus nomine ipſorum eccleſie provenientes temere ſpoliarant; conſtituti in noſtra preſentia promiſerunt, loco iuramenti fide preſtita corporali, ipſos Decanum & Capitulum in perceptione dicti cenſus ammodo non impedire, per ſe vel per alios, verbo vel opere, ſeu alio quovis modo; & eos velle reſtituere in Iudicio loci, poſſeſſioni cenſus antedicti, nec non ſatisfacere de ablatis, cum poſſent, & ad pinguiorem fortunam devenirent, niſi dictum cenſum ipſos excommunicatos contingat per ius & coram Iudice competenti evincere ab eisdem. Vnde nos dictum SIFRIDVM & HEINRICVM a dictis excommunicationis ſentenciis abſolvimus in his ſcriptis, partis adverſe conſenſu voluntario accedente.

16 Iun. Actum & datum Anno Domini MCCCX. XVI Kal. Iulii.

Quam ferax tunc temporis hæcce Lindaviorum *familia fuerit, declarat extractus Chartæ subiunctæ:*

Nos GERLACUS Comes *de Nassowe* recognoscimus, quod inter - - - Capitulum - - S. *Petri* - - ex una, & quondam Strenuum Militem SIFRIDUM de *Lindowe;* HENRICUM, WERNHERUM, SIFRIDUM & FRANCONEM fratres, Filios quondam dicti *Sifridi:* & HENRICUM Militem *de Lindowe* patruelem ipsorum - - - ex parte altera, super - - perpetuo Censu decem carratarum vini censualis in villa *Waltaffen,* - - - discordia verteretur;

[*Et quæ de præstita Capitulo satisfactione ex bonis feudalibus in* Wisbaden *subduntur.*]

nos nomine tutorio seu curatorio WALRAMI fratris nostri Karissimi, & nomine proprio, huic - - traditioni - - consensum nostrum liberum presentibus adhibemus. — — Datum - - MCCCXVI, XII Kl. Decembris.

XLVII.

PHILIPPI de Falckenstein, *quod Præposito & Fratribus in* Ilbenstadt *vendiderit Sylvam.*

An. 1310.

ex Autogr. NOS PHILIPPUS de VALCKENSTEIN, Dominus *in Minzenberg,* dictus *Iunior,* Imperialis Aule *Camerarius,* nec non VDELHILDIS* collateralis nostra legitima recognoscimus per presentes publice profitendo, Quod nos, communicatis manibus, deliberatis animis, cum consensu PHILIPPI, etiam Domini *in Minzenberg,* nostri Consanguinei dilecti, Viris Religiosis . . Preposito & Conventui Ecclesie in *Elbenstad* Ord. Premonstr. Mag. dyoc. silvam nostram propriam,

* *in sigillo* OTLINDIS.

priam, dictam *den Vorsch*, * apud villam *Benstad* sitam, vendidimus iusto vendicionis titulo, iure proprietario perpetuo possidendam. Renunciantes simpliciter & expresse omni iuri nostro quod hactenus in dicta silva sive nemore habuimus, pro nobis ad presens, & pro nostris heredibus in futurum: Exclusis eciam omnibus subtilitatibus & invencionibus, iuris canonici vel civilis, per nos vel nostros heredes inventis & inveniendis, que nobis contra dictam nostram vendicionem possunt vel poterunt suffragari, per nos legitime factam; & dictis . . Preposito & Conventui - - - possent aliqualiter derogare. * *Forst.*

Pro hac vendicionis dicte silve warandia & certitudine facienda debita & consueta, sepedictis . . Preposito - - - in *Elbenstad* hos nostros constituimus fideiussores; videlicet VOLRADVM Sculcetum in *Franckenvort*, WIGANDVM de *Buches* Burcgravium in *Fredeberg*, TILONEM de *Beldersheim*, CRAFTONEM Sculcetum nostrum in *Minzenberg*, Milites; Qui, si in dicta warandia & certitudine facienda fuerimus negligentes, fideiussionis debitum, moniti a dicto Preposito & Conventu, in *Assenheim* exolvere tenebuntur, tam diu, quousque dicta warandia seu certitudo - - - per nos fuerit legitime consummata.

In omnium premissorum debitam firmitatem, presentem Litteram nostris Sigillis, & *Philippi* eciam Dni *in Minzenberg* nostri Consanguinei predicti tradimus consignatam.

Et nos PHILIPPVS Dominus predictus recognoscimus, in ommium premissorum stabile firmamentum, nostrum sigillum ad preces nostrorum Consanguineorum predictorum presentibus appendisse. Datum & actum Anno Domini MCCCX, in die bte virginis *Margarete*. *13 Iulii.*

XLVIII.

XLVIII.

„LITTERA *excommunicationis ſuper* Gozoldum *&* „Hermannum *fratres* de Selbolt.„

Anno 1310.

IVDICES Sce *Maguntine* Sedis. In *Selbolt*, in *Geylnhuſen*, in *Frideberg*, in *Franckinfurt*, in *Budingen*, in *Ortenberg*, in *Nyde* eccleſiarum Plebanis, vel eorum vices gerentibus: nec non Plebanis per Dioceſin Maguntinam conſtitutis, ad quos preſentes Littere pervenerint ſalutem in Domino.

Cum nos iam dudum GOZOLDVM & HERMANNVM fratres *de Selbolt* pro re iudicata ad inſtanciam - - Decani & Capituli eccleſie *Aſchaffinb.*. excommunicaverimus, & excommunicatos mandavimus ſingulis ſingulis diebus Dominicis, accenſis candelis & pulſatis campanis publice nunciari; ac omnibus - - Xpi fidelibus inhibuimus, ne eisdem in huiusmodi excommunicationis ſentencia durantibus communicarent verbo vel opere quoquo modo; Iidem tamen Rei ſpretis noſtris ſentenciis & Proceſſibus, in eisdem perſeverant, animis miſerabiliter induratis, in ſue ſalutis diſpendium, & ſcandalum plurimorum;

Quare vobis & cuilibet veſtrum ſub pena ſuſpenſionis & excommun., quam in vos - - ferimus in his ſcriptis, trium tamen dierum monicione premiſſa, ſi noſtrum in hac parte mandatum neglexeritis adimplere; diſtricte precipiendo mandamus; quatenus prediĉtos *Gozoldum & Hermannum* excommunicatos, cum omnibus eisdem temere communicantibus, ſingulis diebus Dominicis accenſis candelis & pulſatis campanis, & ab omnibus arcius evitandos, infra Miſſarum ſollempnia in ambonibus - - coram veſtris parrochianis publice nuncietis. Ceſſantes nichilominus, & ceſſare facientes in veſtris opidis, villis atque locis, ad que d. *Gozoldus & Hermannus*

nus seu alter eorum venerint vel venerit; & post recessum ipsorum - - per duos dies, ab officiis penitus Divinorum. Que divinorum officia, propter temerariam communionem diu eisdem Reis factam suspendimus in his scriptis; & ea suspensa; per vos - - precipimus publice nunciari & inviolabiliter observari. Reddentes Litteras sub pena predicta sigillatas, aliis exhibendas.

Datum sub nostro Sigillo. Anno Domini MCCCX, XI Kal. Septembris. *22 Aug.*

XLIX.

„*Quatenus* HENRICVS *Rom. Rex thelonium in* „Erenfels *Archiep. Mog*: *obligavit pro sumptibus* „*factis per ipsum in Coronatione Regis* ALBER-„TI, *& in Coronat*: *Regis* Bohemie.„

An. 1310.

NOS HEINRICVS, *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Publice recognoscimus in his scriptis, & ad universorum notitiam cupimus pervenire, quod Nos, tam debito rationis admoti, quam Regia liberalitate perusi, Venerabili PETRO Archiepiscopo Maguntino, Principi & Secretario nostro Karissimo, & Ecclesie Maguntine, propter fidelia, utilia & devota servicia, que nobis & Imperio prestitit, proficiscendo versus *Bohemiam* cum Illustri IOHANNE Comite *Lutzellenburgensi* filio nostro Kariss°, sub magnis laboribus, periculis & expensis; Thelonium in *Erenfels* super Renum, quod nunc tenet a nobis, assignandum, deputandum & obligandum duximus, & presentibus obligamus. Ita videlicet, quod percepta Summa pecunie, in qua sibi Dns ALBERTVS quondam Romanorum Rex predecessor noster tenebatur, & pro qua nunc dictum percipit thelonium, ex tunc inantea - - percipere, tenere & habere debeat, donec sibi,

ſibi, vel ſuis ſucceſſoribus aut Eccleſie Maguntine de expenſis & dampnis, que, procedendo verſus Bohemiam, & ſtando ibidem pertulerit, quorum quantitatem ſue conſcientie duximus relinquendam, plenarie ſatisfiat.

Preterea predicto Archiepiſcopo indulgemus, & plenam preſentibus concedimus facultatem, quod, ſi voluerit, predictum thelonium ulterius tenere & percipere valeat, quousque ſibi de quinque milibus librarum *Hallenſ.* quas eundo *Aquisgranum* ad ſollempnia Coronationis noſtre expendit, fuerit plenarie ſatisfactum.

26 Aug. Datum *Spire* Anno Domini MCCCX, VII Kal. Septembris. Regni vero noſtri anno Secundo.

L.

„LITTERA Iohannis *de* Limpurg *venditionis proprietatis & iuris quod habuit in Caſtro* „Frauenſtein.„

An. 1310.

NOS IOHANNES Dominus *de* LIMPURG, & VDA collateralis ipſius. : Tenore preſentium recognoſcimus & conſtare volumus univerſis; Quod quidquid proprietatis & iuris in Caſtro *Frauwenſtein* nos . . habuimus & habemus, id totum cum omnibus pertinenciis Reverendo in Xpo Patri, Dno PETRO Archiepiſcopo Maguntino - - pro ducentis marcis denar. *Colon.* , - - quas ab ipſo recepimus integre, pleno iure - - vendidimus; & ad manus eius - - libera & ſpontanea voluntate - - - preſentibus reſignamus.

Inſuper decem marcarum redditus quos in villa *Meynsfeld* habemus, ad manus predicti Dni noſtri Archiepiſcopi - - libere reſignamus, & eas in feudum ab ipſo recepimus; & ſui Caſtrenſes hereditarii in pred. caſtro remanebimus pro eisdem.

In

In cuius rei testimonium presentes litteras damus, Sigillorum nostrorum munimine roboratas. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCCX, IIII? Idus Septembris. *10 Sept.*

LI.

MARCHIO Misniæ, vi cum HENRICO *Rege Romanorum initæ conventionis, reddendum spondet castrum* Guttern.

An. 1311.

NOS FRIDERICVS *Dei gratia Thuringie Lantgravius, Misnensis & Orientalis Marchio, Dominusque Terre Plisnensis*; & FRIDERICVS eiusdem *Friderici* filius: Promittimus bona fide, ad hoc nos tenore presencium firmiter astringendo; Quod, sicut inter alios composicionis & concordie articulos, inter Serenissimum Dominum nostrum, Dn. HEINRICVM Romanorum Regem Illustrem, & nos initos, hinc inde condictum existit, Reverendo Patri Dno PETRO Archiepiscopo Maguntino Castrum suum *Guttirn* cum omnibus suis pertinenciis, ac omnia bona sua ad Ecclesiam Maguntinam spectancia, per nos aut nostros coadiutores detenta vel occupata, restituemus absoluta & libera, & restitui procurabimus indilate; nec ipsum Archiepiscopum in bonis, hominibus, aut iuribus, suis & Ecclesie sue turbabimus, aut aliquid gravaminis inferemus. Et si, quod absit, per nos aut nostros coadiutores aliquid in contrarium fuerit attemptatum, illud infra duorum mensium spacium, postquam requisiti fuerimus, emendabimus & retractari procurabimus; alioquin volumus, & in nos voluntarie eligimus, ac nos ex certa sciencia subicimus huic Pene, quod composicionis forma, ordinacionis & unionis concordia, per prefatum Dn. Archiepiscopum & Nobilem virum BERTOLDVM, Comitem *de Henninberg* nomine Domini nostri HEINRICI Romanorum Regis predicti super Lantgraviatu *Thuringie* & Marchionatu *Misnensi* & uni- *ex Autographo.*

I versis

versis eorum pertinenciis facta, perinde ac si nunquam aliqua intervenisset concordia, ex tunc sit nulla, rupta, irrita, violata, & ipso iure penitus dissoluta; prefatus quoque Dominus noster Romanorum Rex, iure sibi & Imperio super Lantgraviatu & Marchionatu predictis competenti, fruatur & gaudeat sicut prius.

In cuius rei testimonium presentem Litteram nostris Sigillis signatam iussimus roborari. Datum *Aldinburg* Anno Domini MCCCXI, VII Kal. Februarii. *26 Ian.*

LII.

Rex Bohemiæ *a* Moguntino *coronatus.*

An. 1311.

[*p.638. n.4.*]

Nos Iohannes *Dei gratia Bohemie & Polonie Rex, sacri Imperii citra Montes Vicarius Generalis, ac Lucemburgensis Comes.* Tenore presencium recognoscimus & fatemur, Reverendum in Xpo Patrem, Dn. Petrum, Archiepiscopum Moguntinum ad instanciam & preces nostras ac nostrorum Baronum nos in Regem *Bohemie*, prout ad eum hoc spectabat, & spectavit de iure & consuetudine, coronasse, ac imposuisse nostro Capiti regale dicti Regni diadema; & nobis alia Insignia regalia ad coronacionem ipsam spectantia impendisse. Pro quo sibi Mille marcas argenti, quas a nobis recepit, dedimus, sicut & provide dande erant, tam de consuetudine quam de iure.

In cuius rei testimonium presentes Litteras fieri, & Sigillo nostro iussimus communiri. Datum *Prage* V. Idus Augusti, Anno Domini MCCCXI, Regni nostri anno primo. *9 Aug.*

LIII.

LIII.

LITTERÆ *reverſales Comitis* Vlrici *de* Helfenſtein.

An. 1311.

[*p. 635. ante §. II.*]

Reverendo in XPO Patri Domino ſuo Dno PETRO Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, VLRICVS Dei gratia Comes *de Helfenſtein*, ſuum fidelem cum reverentia debita ad omnia genera famulatum.

Tenore preſentium publice recognoſcimus, profitentes, quod a Dominatione veſtra & ſacroſancta Eccleſia Maguntina villam dictam *Machtolsheim* cum iure patronatus eccleſie eiusdem ville, ac XVI libris *Hallenſium* annuis penſionibus ibidem; nec non villam dictam *Gingen* cum XL libris *Hall.* redditibus, & pertinenciis ſuis ibidem, feodali titulo poſſideamus.

In quorum evidentiam ampliorem Sigillo noſtro conſignavimus preſens Scriptum. Datum *Maguntie* Anno Domini MCCCXI, ſecundo Idus Septembris. *12 Sept.*

LIV.

An. 1311.

PETRVS *Dei gratia S. Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Strenuis viris ERWINO & GISELBERTO, dictis *Colven* fratribus Militibus, fidelibus ſuis dilectis Gratiam ſuam & omne bonum.

Cum vos dimidietatem iurisdictionis in *Steynfurt*, in recompenſam bonorum in *Seltirſe*,* a nobis & Eccleſia *Maguntina* in feodo dependentium, per vos venditorum, titulo proprietatis ſuſceperitis, a nobis & dicta Eccl. Mag. feodaliter poſſiden-

ſidendam; Nos ad preces veſtras venditionem dictorum bonorum in *Seltirſe* factam ratificamus preſentium teſtimonio litte-
27. Sept. rarum. Datum Anno Domini MCCCXI, V. Kal. Octobris.

* *Alias* OTTO *Landgravius*, *Terre* Haſſiæ *Dns*, *Curiam in villa* Seltirſe „prope Oppidum noſtrum *Gyſſen* - - -, quam Stenuus Miles, dictus *Halber*, noſter Caſtrenſis, & *Helwigis* ſua legitima conthoralis, - - - „Monaſterio *Arnsburg* contulerunt „ *libertat.* *An*, 1316, die *Vincentii.*

LV.

„*Littera* BERTHOLDI de Henneberg, *continens*, „*quod ipſe villam* Widerſpach *tenet in feudum Ca-* „*ſtrenſe*, *in* Mulburg *deſerviendum.*„

An. 1311.

NOS BERTHOLDUS *Dei gratia Comes de* HENNEBERG. Omnibus preſentes litteras intuentibus cupimus fore notum; Quod, cum Venerabilis Dominus noſter, Dns PETRUS, Archiepiſcopus Maguntinus quatuordecim marcarum redditus (quos hucusque loco Caſtrenſis feodi a dicto Domino noſtro ſuisque Predeceſſoribus tenuiſſe dinoſcimur, ipſosque de Moneta ipſius in Civitate *Erfordenſi* percepiſſe; ratione quorum ſumus Caſtrenſis Ipſius, & Ecclesie ſue Maguntine, in Caſtro *Mulburg*) pro C & XL marcis argenti a nobis emerit, que pecunia nobis integraliter eſt ſoluta; Eidem Domino noſtro, ſuo, & Ecclesie Maguntine nomine, Villam noſtram *Widerſpach*, cum omnibus iuribus & attinentiis ſuis, ſitam in proprio Opidi noſtri *Sluſungen*, quod volgariter vocatur **in dem Eigen zu Sluſungen**; quam villam proprietatis poſſidemus titulo; in recompenſam feodi, ut premittitur *veridici*, damus, & preſentibus reſignamus; eandemque villam *Widerſpach* a predicto Domino noſtro & ab Eccleſia ſua Maguntina pro Caſtrenſi feodo recepimus. Cupientes ipſam cum noſtris heredibus iure feodali a dicto Domino noſtro & ſuis Succeſſoribus obtinere, rationeque eius, Caſtrenſis in *Mul-*

Mulburg, ficut prius, permanere; & fepedicte Ecclefie Magunt. tanquam Caftrenfis ipfius, fervire in omnibus ut tenemur.

Sepedictoque Domino noftro ac Ecclefie fue Mag. nos prefentibus obligamus, ut, fi in predicta villa, quo minus proprietatem feu directum ipfius dominium obtineat, aliquod quocunque modo impedimentum, quod abfit, fuftinuerit; quod hoc amputabimus & tollemus; vel Tantum in aliis bonis noftris propriis, quantum de villa *Widerspach* valere dinofcitur, Eidem dabimus, & affignabimus fub modis & conditionibus fupradictis.

In cuius rei teftimonium Sigillum noftrum appofuimus huic Scripto. Datum *Brune* Anno Domini MCCCXI. XIIII Kal. Decembris. *18 Nov.*

LVI.

Præceptum, de Comitatu Nuringes *reftituendo.* *An.* 1312.

HEINRICVS *Dei gratia Romanorum Rex femper Auguftus.* Vniverfis Sacri Romani Imperii fidelibus prefentes litteras infpecturis graciam fuam & omne bonum.

Accedens ad noftre Maieftatis prefenciam Vir nobilis PHILIPPVS fenior *de Falckenftein*, nobis humiliter fupplicavit, quatenus Comitatum de *Nuringes*, quem Vir nobilis EBERHARDVS de *Bruberg* Advocatus *Wetereibie*, noftro & Imperii nomine cepit occupare, fibi de benignitate Regia reftituere dignaremur.

Attendentes igitur obfequia devota, que idem *Philippus* nobis exhibere promifit, dictum Comitatum cum pertinenciis fuis fibi reftituimus; Ipfumque retinere volumus Comitatum eundem, ficut hactenus poffedit & tenuit antequam per ipfum *Eberhardum* de *Bruberg* noftro nomine fuerat occupatus. Mandantes Advocato *Wetereibie* qui pro tempore fuerit, & aliis

quibuscunque, ne predicto PHILIPPO vel posteris suis, contra huiusmodi restitucionem nostram, in eodem Comitatu vel pertinenciis suis, impedimentum aliquod prebeant vel gravamen.

In cuius rei testimonium presentes litteras Maiestatis nostre sigillo iussimus communiri. Datum *Ianue* XI Kal. Februarii. Anno Domini MCCCXII, Regni vero nostri anno Quarto. *22. Ian.*

LVII.

Syngrapha Comitum Solmensium.

An. 1312.

ex Autogr. NOS HERMANNVS de *Solmisse*, ac IOHANNES noster Consangwineus, Comes ibidem, recognoscimus nos teneri Discreto viro, CVNRADO *de Dalbeym* Castrensi nostro in *Bruninvels*, suisque heredibus in quatuor marcis denar. *Colon.* tribus *Hallens.* pro denario quolibet numeratis; pro quibus sibi assignavimus - - - unum maldrum siliginis annui redditus - - - de Decimis in *Albadisbusin*; * de qua inquam decima nobis annuatim unum maldrum silig. cum dimidio porriguntur, tollendum & habendum tam diu, donec ipsis predicte IIII marce persolvantur.

* Alboldshausen.

In cuius rei testimonium Sigilla nostra presentibus Litteris sunt appensa. Datum Anno Dni M. CCC. XII. In Dominica *Quasi modo geniti*. *2 Apr.*

LVIII.

„LITTERA *de Advocaciis* Rinterfelt Werpach *&c.*

An. 1312.

NOS DECANVS totumque Capitulum Ecclesie *Aschaffinburgensis* recognoscimus & notum facimus presen-

ſentium inſpectoribus univerſis; Quod nos Nobili viro, Dno LVDEWICO Comiti *de Rienecke*, conſideratis attencius & penſatis promocionum ſuarum beneficiis & favore, noſtre Eccleſie & perſonis iam exhibitis & inpenſis, & ſicut ſperamus inpoſterum inpendendis; voluntarie, non coacti, ſed ad petitionem ſuam inſtantem, fecimus & facimus favorem & amiciciam ſpecialem, quod ipſe & ſui liberi tantummodo, ſi quos habuerit Domino concedente, & non alter, villam *Werpach* & homines attinentes, nec non Advocacias villarum *Rinderfelt*, *Boppenhuſen* & *Wittegehuſen*, cum ſuis pertinenciis univerſis ab ipſo nobis & Eccleſie noſtre comparatis ſub proprietatis titulo poſſidendas, reemere poſſint, communiter, non diviſim, infra X annos a data preſentium numerandos, pro eadem Summa pecunie, pro qua eas apud ipſum comparavimus, que in Litteris ſuper eo confectis plenius eſt expreſſa. Ita tamen, quod infra feſtum *Martini* & *Kathedram* S. *Petri* proxime ſubſequentem & non aliter, quolibet anno, omni dolo & fraude prorſus excluſis reemptio iſta fiat.

In recompenſam etiam huiusmodi amicicie ſibi facte, idem Comes pro ſe & ſuis liberis, nos & Eccleſiam noſtram in dictis villis cum hominibus & bonis eisdem attinentibus, ſi eum cum Domino noſtro Archiepiſcopo Maguntino qui p. t. fuerit, vel cum aliis Nobilibus quibuscunque diſcordare contingeret, tamquam ſua bona propria, defendere promiſit fideliter, & tueri. Nobis ad hoc in eisdem villis, vel bonis & hominibus nullo unquam tempore iniurias aliquas vel moleſtias inferendo. Si autem iſta reemptio infra decennium non fieret ut eſt dictum, predicta villa *Werpach*, & Advocacie cum hominibus & bonis attinentibus apud nos - - - perpetuis temporibus permanebunt.

In cuius rei teſtimonium, noſtrum, & predicti Comitis, in ſignum ſui conſenſus, & ut ea que predicta ſunt, fideliter ſtudeat adimplere, Sigilla preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini M CCC XII, Idus Maii. *15 Maii.*

LIX.

LIX.

CONCORDIA *inter* PETRUM Ar. *&* *Comitem* de Katzenelenbogen: *dato eidem Comiti Castro* Zwingenberg *in feudum oblatum.*

An. 1312.

[*p.639. n.4.*]

NOS PETRUS *Dei gratia S. Maguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Notum facimus universis presentes litteras inspecturis, quod super Controversiis omnibus, que inter nos, & Ecclesie nostre nomine ex una, & Nobilem virum WILHELMUM, Comitem *de Katzenelenbogen* parte ex altera, maxime super dampnis que idem Comes apud Dn. GERHARDUM quondam . . Archiepiscopum, predecessorem nostrum immediatum sustinuisse se asseruit; & quibusdam aliis causis quomodocunque emergentibus usque ad hec tempora vertebantur inter nos & dictum Comitem; IOHANNE de *Spanheim*, GEORGIO *Veldentie*, Comitibus, & aliis pluribus fide dignis mediantibus talis Composicio amicabilis intercessit; videlicet, quod ante omnia nos renunciamus omnibus dampnis, nobis & nostris illatis per eundem Comitem *Wilhelmum* & suos in hac parte adiutores. Hoc adiecto, quod Castrum *Twingenberg*, quod idem Comes cum omnibus suis pertinenciis que proprietatis titulo obtinebat, in nostris libere resignaverit manibus, eidem in feudum castrense cum eisdem pertinenciis concessimus & transferimus per presentes, a nobis & nostris successoribus perpetuo obtinendum. Ita quod dictum feudum castrense iure propriarum rerum in hac causa censeatur; ut ad quoscunque heredes suos, acsi esset proprium, transferatur.

His adicimus, ut, si inter nos vel quemcunque Archiepiscopum successorem nostrum qui p. t. fuerit ac Ecclesiam nostram Maguntinam, & dictum Comitem aliquam quod absit

ſit diſſenſionem inpoſterum ſuboriri contingeret; tunc in ipſo Caſtro, vel in pertinenciis ſuis prediſtis que a nobis obtinet, cum de eodem nobis nocere non debeat, nulla omnino dampna inferentur eidem; & ſi contrarium evenerit, de hoc infra unius menſis ſpacium, cum conſtiterit, plenarie ſatisfiet.

Fatemur eciam, quod eidem Comiti *Wilhelmo* ad reedificacionem diſti caſtri *Trvingenberg*, contra quoscunque in reedificacione huiusmodi impedire volentes, excepto Imperio, auxilia preſtabimus & conſilia, dolo & fraude excluſis. Si vero per Imperium vel Officiatos Imperii in diſta reedificacione prefatus Comes impedimentum pateretur, ex tunc ipſum ad hoc promovebimus conſiliis oportunis, ut ſuper huiusmodi impedimento iuſticiam conſequatur. Et ſi, quod reedificare diſtum Caſtrum contra Imperium in Iudicio obtineret, ad hoc ſibi noſtra conſilia fideliter impendemus. Si vero Imperium, quod reedificare non poſſet, in Iudicio obtineret, ex tunc ipſi Comiti in hoc caſu non erimus obligati.

Et ut premiſſa omnia & ſingula inviolabiliter obſerventur, ea de conſilio & conſenſu Decani & Capituli Eccleſie noſtre Maguntine duximus facienda. Nos vero OTTO * Decanus - - - - Datum *Maguntie* Anno Domini MCCCXII, V Idus Iunii. *9 Iun.*

* *familia de Rüdesheim.*

LX.

De *Curia* Templariorum *in* Topfſtet, *contradita Ordini* Ioannitico.

An. 1312.

Nos *Frater* Helfericus, Prior Sacre Domus S. *Iohannis* Ieroſol . . per Alamaniam, publice recognoſcimus per preſentes, quod bona fide promiſimus, & preſentibus promittimus, quod Curiam in *Topfſlete*, cum omni-

K bus

bus aliis bonis in terra *Thuringie* conſtitutis, que ad quondam Ordinem Domus *milicie Templi* pertinebant, noſtro Ordini per Summum Pontificem in ſacro Concilio, ſicut communiter refertur, applicata & tradita; Venerabili Dno PETRO Archiepiſcopo Moguntino, qui eadem bona per nos requiſitus nobis aſſignavit, ſi predictus Dominus ſummus Pontifex aliud de ipſis bonis ordinandum duxerit, reſtituemus plene & libere; omni exceptione, dolo & fraude excluſis. Dantes eidem in huius promiſſionis noſtre evidenciam preſentem Litteram noſtri Sigilli munimine roboratam.

2 Aug. Datum in Domo noſtra *Moſpach*, Anno Domini MCCCXII, Quarto nonas Auguſti.

LXI.

„ *Littera ſuper empcione Bonorum in* Eſchebach, „Sulburg, Wilbach, Maſſenheim, Wicker „ & Huſen.„

An. 1312.

ex Autogr. Nos POPPO Comes *de Eberſtein* & GVTA uxor eius legittima, nec non ELIZABET relicta quondam Nobilis viri GOTFRIDI de *Hohenloch*. Recognoſcimus per preſentes, & conſtare volumus univerſis, Quod nos omnia bona noſtra, ſita in villis ſubſcriptis, ſcilicet *Eſchebach* ſuperiori, *Eſchebach* inferiori, *Sulburg*, *Wilbach*, *Wicker*, *Maſſenheim*, & *Huſen*, apud villam *Oberoldeshuſen* & in terminis earundem; ſive conſiſtant in Decimis, manſis, poſſeſſionibus, agris, nemoribus, rubetis, terris cultis & incultis, vineis, paſcuis, pratis, cenſibus, pullis & anſeribus; penſionibus & obvencionibus, quocumque nomine cenſeantur; que omnia ad nos, exceptis Decimis, quas ab infraſcripto Dno noſtro Archiepiſcopo & ab Eccleſia ſua in feodo habuimus, proprietatis tytulo pertinuiſſe noſcuntur; vendidimus Venerabili in Xpo Patri, Dno noſtro Dno PETRO Archiepiſcopo *Moguntino*,

tino, pro *Septingentis quinquaginta quatuor* libris Hallenſ., XIII ſolidis & IIII *Hallenſ.* numerate nobis pecunie, integraliter & complete tenenda, habenda & poſſidenda per eum, alium vel alios, cui vel quibus ipſe Dns nr. Ar. eadem bona, in vita vel in morte, danda, donanda duxerit vel leganda, proprietatis tytulo, omni iure & utilitate, ſicut nos ipſa bona dinoſcimur habuiſſe hactenus, & poſſediſſe. Transferentes in eum ut premittitur plenum ius & dominium bonorum eorundem. Et promittimus bona fide pro nobis & noſtris heredibus, de quorum conſenſu hanc vendicionem fecimus, ac ſucceſſoribus univerſis, quod contra vendicionem huiusmodi ſeu Contractum, per nos vel per alios nunquam aliqua occaſione, clam vel palam, verbo vel opere, auxilio vel conſilio, aut aliquo ingenio ſive Legis beneficio, ullo unquam tempore veniemus. Renunciantes omni excepcioni, doli mali, non numerate pecunie, beneficio reſtit. in integrum, & omni alii Iuris auxilio, conſuetudinarii, canonici, & civilis, quod nobis contra predictum contractum prodeſſe, & prefato D. n. Arº. Mog., illi vel illis in quem vel in quos ipſe predicta bona quocumque modo [cum ſua propria, & non Eccleſie ſue Moguntine pecunia comparaverit] decreverit transferenda, impoſterum, vel ad preſens. Promittimus eciam bona fide, quod pred. bonorum renunciacionem in Iudiciis in quibus ſita ſunt, quando de hoc requiſiti fuerimus, libere & publice faciemus. Teſtes huius rei, ad hoc vocati, ſunt hi.

Crafto de *Beldersheim.*
Hermannus dictus *Schelme.*
Gotfridus d. *Durink.*
Iohannes de *Rydern.*
Iohannes Marſcalcus de *Lorch.*
Wolframus dictus *Zenichen* Vicedominus in *Aſchaffenburg*, &
Cunradus d. *Rude.* Milites.
& quam plures alii fide digni.

 In

In quorum omnium teſtimonium & perpetuam firmitatem nos Poppo Comes *de Eberſtein*, Gvta uxor eius - - , nec non Elizabet Relicta quondam Nobilis viri *Gotfridi* de *Hohenloch* prefati, Sigilla noſtra * duximus preſentibus appendenda. Actum & datum *Aſſch.*. Anno Domini M. CCC. XII.
1 Aug. in Craſtino beati *Petri* Apoſtoli ad vincula.

* a) *Siſtit roſam in magno ſcuto.*

b) S. Gytte Comitisse de Eberstein.

Manu dextra tenet clypeum Mariti, leva Hohenloicum *cum binis leopardis.*

c) S. Elisabete de Hohenloch nate de Wertheim.

Hic cernitur nativum ſcutum a dextro figura latere. Nec recordor, Sigilla fœminea (de ſtirpe Comitum) unquam vidiſſe, quæ comparanda forent his duobus. Tam plane egregiam repræſentant formam.

LXII.

„Littera *Donationis & aſſignationis Caſtri &* „ *Montis* Tagisberg. *[Daxberg]*

An. 1312.

Sciant cuncti ad quos pervenerit preſens ſcriptum; Quod nos Gerhardvs & Giso de *Iaza*, fratres, per viam rectitudinis incedere cupientes, Caſtrum & montem noſtrum *Tagesberg*, cum ſuis pertinenciis, attinenciis, obventionibus & iuribus univerſis, Venerabili in Xpo Patri, Domino noſtro Dno Petro Archiepiſcopo - - & Eccleſie ſue Maguntine, titulo proprietatis perpetue donavimus, aſſignavimus, - - - preſentibus & donamus, ad honorem DEI, Sci *Martini* ac Sanctorum omnium, libera ac ſpontanea voluntate.

Idemque Dns noſter Ar. M. tam pio quam paterno circa nos ductus affectu, prefatum Caſtrum & montem - - -, nobis ab ipſo recipientibus, & noſtris heredibus utriusque ſexus liberaliter contulit titulo feodali; propter quod nos - - - ipſi

Dno

Dno Archiep. successoribus eius, & Ecclesie Mag. promisimus & iuravimus - - in his scriptis - - - perpetuum & fidele servicium nos facturos ratione feodi supradicti, quandocunque - - fuerit hoc necesse, vel desuper fuerimus requisiti; Quod & ipsi nostri heredes post nos facere tenebuntur. - - -

Hoc acto & cauto expresse sub iuramento pretacto, quod prefatum Castrum, etsi fuerit alteratum vel quantumcunque melioratum, . . Dno Archiep. Mag. - - - perpetue debet esse apertum, quod *Offen bus* vulgariter appellatur, in adiutorium contra omnes eius adversarios, - - - exceptis dumtaxat sacro Imperio, Nobilibus viris, VLRICO de *Bikenbach* & GOTFRIDO patruo eius, ERKENGERO de *Frankenstein*, & ipsorum liberis; CONRADO Pincerna, & EBERHARDO Milite, dicto *Ruckelin.*

Est etiam actum, quod si forte inter iam dictum Dn. nostrum Ar. - - - & Nobilem virum VLRICVM de *Hagenauwe* discordiam contigerit suboriri; ego prefatus GYSO, qui eidem Dno *Vlrico* de *Hanauwe* deservio, & teneor deservire, pro parte mea Castri iam dicti sedebo in pace, neutri partium contra alteram serviendo. Ego vero GERHARDVS & heredes mei pro parte alia ipsi Dno Archiep. & eius Ecclesie tenebimur, ut premittitur, nichilominus deservire.

Insuper est adiectum & actum expresse, ut, si alter ex nobis partem suam vendere voluerit ex quacunque causa, illam prius alteri ex nobis . . tenebitur exhibere: Quam si ille non emerit, [*infra 3. menses*] ex tunc idem venditor partem ipsam prefatis Dnis *Vlrico* & *Gotfrido* de *Bikenbach*, & *Erkengero* de *Frankenstein* ac ipsorum heredibus poterit exhibere venalem; quam si - - - non emerint, - - - - tunc eandem partem Castri vendendam, prefato D. N. Ar. - - - poterit, immo debet - - exhibere, pro precio competenti per Amicos utriusque partis taxando. Quam si - - - - non emerit infra quartam anni partem, eam ex tunc vendere poterit, sic, ut res

ipſa cum onere ſuo tranſeat, cui placet. Quod vero de partibus eiusdem caſtri vendendis predictum eſt, idem intelligi volumus de toto caſtro, tam in exhibitione ipſius, quam in aliis modis predictis, ſi ipſum totum caſtrum vendere communiter nos contingat.

Preterea hoc eſt actum & dictum, quod ſi ex parte Imperii, vel Civitatis *Oppenheim*, pro eo quod idem Caſtrum edificavimus, & a . . D. N. Ar. in feodum recepimus, nos contigerit forſitan incuſari; idem D. Ar. - - - reſpondebit pro nobis, & nos ab incuſatione huiusmodi liberabit; nos quoque defenſabit & tuebitur, ſicut alios ſuos Caſtrenſes & Eccleſie Maguntine. Et hec omnia fecimus noſtrarum Vxorum de conſenſu.

Nos quoque LVKARDIS, uxor *Gerhardi*, & HEDWIGIS, uxor *Gyſonis* predictorum fratrum, habentes cum conſenſu . . Dni Archiep. noſtra Dotalia in bonis attinentibus monti & Caſtro predictis, quelibet ad trecentas libras *Hallenſium;* utiliora & meliora proſpicientes cum prefatis noſtris Maritis in hoc facto, his omnibus aſſenſimus, - - dantes fidem manualem loco iuramenti, quod nunquam - - contra hec, vel eorum aliqua veniemus, per nos, aut alios, clam vel palam.

Nos GERHARDVS & GYSO - - Sigilla noſtra apposuimus huic ſcripto; Et predictorum Dnor. *Vlrici* & *Gotfridi* de *Bikenbach* - - - - ſigilla, nos una cum predictis noſtris uxoribus apponi rogavimus. Datum & actum *Aſchaffenburg*,
4 Aug. Anno Domini MCCCXII. II Nonas Auguſti.

LXIII.

LXIII.

„LITTERA *recognitionis eorum de* Morle, *de* Trey-„ſe, *de* Cleen, & *de* Beldersheim, *Bonorum,* „*que tenent in feudum ab* Eccl. Moguntina.„

Anno 1312.

NOS CRAFTO de *Beldersheim* ſenior, KUNO dictus *Colbendenſel* de *Beldersheim*, WERNHERUS de *Cleen*, EBERWINUS & GISELBERTUS, fratres, dicti *Leones*, WERNHERUS de *Treyſa*, & CONRADUS de *Morle* Milites: Scire cupimus univerſos ac ſingulos publice & aperte litteras per preſentes; Nos a Reverendo in XPO Patre ac Dno, D. PETRO, Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopo, & ab ipſa Mag. Eccleſia, diviſim ac diſtrictim, iure & titulo feodali poſſidere, & tenere Bona & redditus ſubnotatos; proteſtantes quoque, ipſi Dno Archiepiſcopo - - ex conceſſione Reddituum eorundem, homagio nos aſtrictos.

Ego quidem CRAFTO Miles *de Beldersheim* ſenior predictus profiteor me poſſidere - - - redditus trium marcarum *Colon.* denar. in bonis meis ſitis in terminis ville *Wolversheim* a predicto Archiepiſcopo & Eccleſia Mag. Et ego KUNO d' *Colbendenſel* de *Beldersheim* Miles iure feodali teneo - - - VIII marcarum redditus de duobus manſis in villa *Beldersheim*. Ego vero WERNHERUS de *Cleen* Miles - - - teneo tres marcas - -, perſolvendas de VI iugeribus vinearum ſitis in villa *Bergen*. Nos quoque EBERWINUS & GISELBERTUS Milites fratres dicti *Leones* profitemur mediam partem iurisdictionis & Iudicii in villa *Steyn-vort*, & piſcaturam, a villa *Steyn-vort* usque ad molendinum, ſitum apud *Wyſſenheim* - - . Ego autem WERNHERUS de *Treyſa* ac collateralis mea legitima poſſidemus & tenemus titulo feodali - - - IIII marcarum redditus in bonis noſtris apud opidum *Aſſenheim* ſitis, qui redditus - - ad heredes noſtros utriusque ſexus proximiores & legi-

legitimos pertransibunt. Ego insuper CONRADUS de *Morle* Miles protestor, me tenere - - - redditus IIII octalium siliginis - - in villa *Damdale*, tollendos ad tempora vite - - -, post obitum meum vero ad - - - Ecclesiam Magunt. libere retransibunt.

In horum igitur omnium recognitionem, permanentiam stabilem, & perpetui roboris firmitatem damus has Litteras, Sigillo viri validi & famosi, *Craftonis* de *Beldersheim* senioris, militis prescripti, quod ad preces nostras - - appensum est, fideliter communitas.

Et ego CRAFTO de *Beldersheim* prenotatus, quia premissis omnibus interfui, & concessiones ac collationes eorundem feodorum ordinavi; meo nomine, & ad rogatum Militum pretactorum, me recognosco Sigillum meum proprium presentibus appendisse. Datum Anno Domini MCCCXII,
23 Aug. X Kal. Septembris.

LXIV.

„*Littera super empcione bonorum in* Eschebach, Sul-„burg, Wilbach, Wickere, Massenheim „*&* Husen.„

An. 1312.

ex Autogr. NOS VLRICVS Dominus *de Bickenbach*. Recognoscimus per presentes, & constare cupimus presencium inspectoribus universis, quod nos, de dilecte nobis ELIZABETH coniugis nostre legittime, voluntate pariter & consensu, omnia Bona nostra, quesita & inquirenda, sita in villis subscriptis, scilicet *Eschebach* superiori & inferiori, *Wilbach*, *Wicker*, & *Husen* apud villam *Oberoldeshusen*, & in terminis earundem; sive consistant in Decimis, mansis, possessionibus, areis, nemoribus, rubetis - - - -; vendidimus Venerabili in Xpo Patri, Dno PETRO Archiep°. Magunt. & sue Ecclesie

ſie . . pro Trecentis quadraginta ſex libris, novem Solidis & octo Hallenſibus numerate nobis pecunie, integraliter & ſolute, tenenda habenda & poſſidenda omni iure & utilitate, ſicut ea a Nobili viro CONRADO Comite *de Vehingen* iuniore coram predictarum villarum Scultetis, Iudicibus & Scabinis ſentencialiter eviciſſe, & ſine omni contradictione dinoſcimur hactenus poſſediſſe pacifice & quiete. Promittentes bona fide - - - -, quod contra vendicionem huiusmodi ſeu Contractum - - - - - ullo unquam tempore veniemus; ſed ſibi per Annum & diem a data preſencium iuxta conſwetudinem Terre warandiam debitam faciemus; ſuper ipſa warandia Fideiuſſoribus ſubſcriptis, videlicet Nobilibus viris, GOTFRIDO de *Bickenbach*, ERKINGERO de *Frankinſtein*, GISONE de *Iaſabe*, nec non HEINRICO de *Reckershuſen* Milite, per nos cum ſtipulacione ſollempni ſibi & ſue Eccleſie prenotate in ſolidum conſtitutis; quos ab huiusmodi fideiuſſione promittimus abſolute liberos & indempnes. Renunciamus inſuper excepcioni non numerate nobis pecunie, non ſolute, & iuri, quo ſubvenitur ultra dimidium iuſti precii deceptis; Conſwetudini & Statuto, & omni iuris auxilio, canonici vel civilis, quod nobis prodeſſe, & prefato Dno Arch.. Maguṇt. aut ſue Eccleſie poſſet obeſſe, inpoſterum vel ad preſens.

In cuius rei teſtimonium, & evidenciam omnium preſcriptorum, noſtrum, & prefate *Elizabeth* * collateralis noſtre, in ſignum ſui conſenſus, Sigilla, voluntate ſpontanea & ex certa ſciencia preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini M.CCCXII. V. Kal. Octobris. 27 Sept.

* *Manu dextra tenet Inſignia* Bickenb. *Siniſtra ſcuto nativo carente.*

L LXV.

LXV.

CURIA *in* Gerhardshausen *est feudum Ecclesiæ* Rigensis.

An. 1312.

ex Autographo. Nos Sculteti, Scabini & Consules in *Marpurg* & in *Wettere* recognoscimus in hys scriptis, quod constitutus in presentia nostra ARNOLDUS dictus *de Wira*, recognovit publice, se Curiam suam in *Gerhardeshusen* cum omnibus suis pertinentiis, quam a Venerabili Domino, Dno IOHANNE *Rigensis* Ecclesie Archiepiscopo & ab Ecclesia sua *Rigensi* tenebat in feodo, Venerabili in Xpo Patri ac Domino, D. PETRO Archiepiscopo Moguntino pro trium librarum *Marpurgensium* redditibus, a predicto Dno Archiep. Mogunt. in castrense feodum in castro suo *Elnbog* ad vite sue tempora obtinendis, & etiam per ipsum in dicto castro deserviendis fideliter, vendidisse. De qua curia predictus *Arnoldus* de *Wira* ad ordinacionem predicti Domini Dni *Petri* Archiepiscopi supradicti NYCOLAUM de *Treveri*, Portarium, & FRITZCONEM, Veneratorem eiusdem Dni Archiep. Mogunt. infeodavit; retento sibi & apud se eiusdem curie feodo, quod volgariter *Mannlen* nuncupatur. Litteras quoque predicti Dni *Iohannis* Archiepiscopi *Rigensis* & Capituli Ecclesie sue, quas idem *Arnoldus* desuper habuit, sepedicto Dno Archiep. Mogunt. in resignationis evidentiam assignavit. Petens a nobis, ut nostra Sigilla in premissorum perpetuam firmitatem & notitiam appenderemus huic scripto. Que ad rogatum sepedicti *Arnoldi* presentibus apposuimus.

28 Sept. Datum in *Marpurg*, Anno Domini MCCC *duodecimo*, Quarto Kal. Octobris.

Sigillum Marburgense *præsentat Equitem cataphractum, brachio sinistro clypeum sustinentem, in quo conspicitur Leo Hassiacus.*

Wetteranum: *Eundem clypeum, inter duas figuras coronatas. Quaque respectum procul dubio habent ad* Regalem (olim), *huius loci* Abbaciam *Canonicarum Regularium.*

LXVI.

LXVI.

RVPERTVS, *Vicarius* in Berſtadt, *addicit totam ſuam ſubſtantiam* Haynenſi *monaſterio.*

An. 1312.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Anno incarnationis eiusdem MCCCXII, in craſtino bti *Martini* Epiſcopi, Ego RVPERTVS presbiter, Vicarius in eccleſia *Berſtat*, in ſana mentis valeſcentia conſtitutus, motus ferventi dilectione ac ſalutari devotione quas ad monaſterium *Henebes* Ord. Ciſt. diu geſſi, ſperans me in beata reſurectione partem cum Religioſis viris ibidem DEO famulantibus habiturum, apud ipſos ſepeliri deſiderans; omnia bona mea, omnes res meas mobiles & immobiles quocunque titulo ad me pertinentes, vel ſi quas inpoſterum habiturus ſum; donationem antiquam innovando ſeu declarando, Donatione irrevocabili dono, & aſſigno & trado, Venerabili viro Dno Abbati & ſacro Conventui predicti monaſterii in *Henebes;* tradens & transferens omnem proprietatem & omne dominium rerum mearum, vice & nomine predicti . . Conventus, in manus Religioſorum virorum, videlicet Dni ALBERTI, Grangiarii in *Vtphe*, & Dni SIFRIDI Magiſtri granarii - - monaſterii memorati. Volens expreſſe, ut de omnibus rebus, hactenus, vel inantea ex quacunque cauſa ad me pertinentibus, diſponendi, ordinandi, & a quibuscunque mea debita ſeu penſiones petendi & exigendi, idem D. Abbas & Conventus ipſius, vel Syndicus ſeu procurator ab ipſis conſtitutus, tanquam in rebus pleniſſime propriis, liberam habeant poteſtatem.

Volo autem, ut Altare quod in parochiali eccleſia *Berſtat* ad honorem DEI dotavi, cum ſua dote ac redditibus integrum perſeveret. Volo etiam, ut Capella & altare, quod in Clauſtro *Henebes* predicto dotavi, & elemoſina quam ad portam ibidem ordinavi, cum ſuis conditionibus perpetuo perſeverent.

Preterea mando & volo, ut Honorabilibus viris, Dominis meis dilectis, Decano & Capitulo *Moguntino*, XXX marce denariorum michi debitorum persolvantur a Magistro & Fratribus Domus S. *Antonii* in *Grunenberg*. Et deinceps, quam diu vixero, in festo S. *Martini* hyemalis solvent idem Magister & Fratres, predictis . . Decano & Capitulo XV marcas, ad comparandum aliquos redditus pro quibus salus anime mee fiet. Cum vero obiero, ad prestationem predictarum marcarum iidem Fratres minime tenebuntur.

Testes huius mee donationis, legati, ordinationis & traditionis sunt, Honorabiles viri:

BERTOLDUS Archipresbiter Capituli in *Sodele*. HEINRICUS de *Geilnhusen* Capellanus S. *Marie Magdalene* in *Frideberg*. RASPO Viceplebanus in *Hobungen*, & THIDERICUS Presbiter, socius ipsius. WERNHERUS & SIFRIDUS Capellani in *Berstat*. GUNTRAMUS de *Buches*, & RUDOLFUS Scabinus in *Berstat*; ad hoc vocati specialiter & rogati.

Ut autem omnia premissa perpetuo rata permaneant & inconvulsa, presentes Litteras sigillis - - *Bertoldi* Archipresbiteri predicti, - - Civium in *Frideberg*, - - *Heinrici* de *Geilnhusen*, & *Rasponis* - - , una cum meo proprio sigillo, petivi cum instantia fideliter sigillari. Acta sunt hec in Curia - - ecclesie in *Berstat*, Anno & die predictis.

LXVII.

„LITTERA *recognitionis* Gerhardi *de* Talheim *super Curia sua in* Wescheheim, - - - *que tenet* „*ab Ecclesia* Moguntina.„

An. 1312.

NOVERINT universi litterarum presentium inspectores, quod ego GERHARDUS de *Talheim*, dictus *de*

de Zollenstein, Armiger, Curiam meam sitam in villa *Weschebeim*, quinque iugera vinearum, cum annua pensione XIII maldrorum siliginis ibidem solvenda, que ad me proprietatis titulo pertinere noscuntur, in recompensam & restaurum partis Decimarum vini in villis *Ellente*, in *Cymmern*, & in *Duthensheim*, quas decimas a Nobili viro ALBERTO de *Durne* Comite hactenus, & per consequens ab Ecclesia *Maguntina*, ad quam universa dicti Comitis feoda sunt conversa, iure feodali habui, & quas nunc vendidi ecclesie *Mosbacensi* Herbip. dioc., sacrosancte Ecclesie Maguntine, & Venerabili Patri, PETRO, eiusdem Eccl. Archiepiscopo libere trado, tradidi & donavi; Ius & proprietatem cum pleno dominio in eandem Ecclesiam & ipsius Pontifices transferendo: Suscipiens predicta bona de manibus Reverendi Patris predicti Dni PETRI nunc Archiepiscopi - - pro me & meis heredibus, eo nomine & iure feodali, quo supradictas partes Decimarum me in dictis locis contingentes, a retroactis temporibus possidebam.

In cuius rei testimonium presentibus appensum est Sigillum meum. Datum *Aschaffenburg* Anno Domini MCCCXII, V. Kal. Ianuarii. *28 Dec.*

LXVIII.

Recognitio, in perpetuum præstandæ Aldenburgensi *parthenoni pensionis, de Molendino hæreditario* Bisenberg.

An. 1313.

CVM ea que geruntur in tempore, simul labantur cum tempore, necesse est, ut voce testium aut suffragio scripture fulciantur. Hinc est, quod ego HENRICVS de *Heistnerberg* cum meis heredibus universis notum facio, quod Redditus V. maldrorum siliginis . . & duas aucas * & duos pullos, & unum pullum carniprivialem, in festo Sci *Mi-* *ex Autogr.*

* *anseres.*

chaelis: Item VII solidos *Colon.* in festo S. *Martini* solvere teneor annis singulis, Religiosis personis, Priori, Magistre & Conventui Ecclesie in *Aldinburg* - - - de Molendino in *Byssinberg*, quod ab eccl. iam dicta michi & meis heredibus recepi iure hereditario pro d. pensione in perpetuum possidendum. Quam pensionem infra septa d. Ecclesie sub meis periculis & expensis presentabo. Hoc eciam adiecto, quod ego HENRICVS . . una cum meis filiis, videlicet WIGANDO, HENRICO, & REYBOLDO, pensionem unius maldri siliginis . . ex curia mea in *Heystnerberg*, & bonis meis omnibus circumiacentibus, que solvunt XXX den. *Col.*, pred. ecclesie obligo, sub pignore quod vulgariter *Vnderpant* nuncupatur. Ita quod d. Ecclesia in ipsis bonis recursum habeat, quousque per me aut meos heredes de dicta pensione ipsi fuerit satisfactum.

Est eciam expressum, quod, cum Domino vocante viam universe carnis ingressus fuero, unus heredum meorum, & non plures, Molendinum iam dictum recipiet ab ipsa ecclesia, & pro iure quod vulgo *Duriste bobit* * appellatur, unum solidum . . presentabit. Ita quod, qui pro tempore heres meus successive fuerit, dicte Ecclesie sub pena pignoris antedicti pensionem subscriptam pacifice & quiete assignabit, tempore, modo & ordine suprascripto.

* Deurest Haupt.

Ne autem inposterum super huiusmodi, calumpnia de facili possit oriri, presentem Cedulam Sigillo Nobilis viri IOHANNIS Comitis *de Solmisse*, dicti *de Spanheim*, petivimus & rogavimus cum instancia communiri. Et nos *Ioh.* Com. *in Solmisse* ad preces pred. *Henrici* & suorum heredum, sigillum nostrum presentibus duximus apponendum in robur & testimonium omnium premissorum. Datum Anno Domini M.CCC.XIII. In die Cinerum.

LXIX.

LXIX.

Arrosii de Breuberg & Giselæ de Falckenstein *Coniugum, de soluta sibi a* Ph. *de* F. *iuniore pecunia, sibi* Giselæ *promissa in Dotem, cum iungeretur Comiti* Solmensi Reymboldo.

An. 1313.

Huius Chartæ particulam, utpote solius genealogiæ respectu habito, dedi olim Dno Ioannis; *qui eam, utut in paucis duntaxat lineis consistentem, inseruit* Spicilegio *suo* p. 398. *Digna ut suppleatur, exhibeaturque in extenso.*

Nos Arrosivs Dominus *de* Brvberg, & Domina Gisela, Coniuges legitimi: Tenore presencium recognoscimus, publice profitendo, quod Nobilis vir Philippvs de *Falckenstein*, Dominus in *Minzenberg* iunior, mei *Gisele* frater, de pecunia michi *Gisele* predicte ad Nobilem virum, quondam Reymboldvm Comitem *de Solmse* Dotis nomine promissa, super cuius pecunie parte inter nos dissensio & impeticio fuerat aliqualis, complete & integre nos pagavit, & plenissime solvit. Et propter hoc renunciavimus & renunciamus libere & expresse super omnia bona patrimonialia, proprietaria, hereditaria, ac eciam mobilia quecunque, que dictus *Philippus* possidet hactenus, & possedit. Ita quod nobis, & nostris liberis a nobis genitis & inposterum generandis, ac eciam liberis a predicto *Reymboldo* & mecum *Gisela* genitis, contra pred. *Philippum* & suos heredes, pro dictis bonis patrimonialibus, quocunque nomine censeantur, nulla Actio vel impeticio unquam competit, vel competere debebit.

In omnium premissorum debitam firmitatem, presentem Litteram sub Sigillo nostro, & Nobilium Virorum, videlicet Conradi Comitis *Irsuti*, & Eberhardi Domini *de Bruberg* nostri Consanguinei, sigillis ad preces nostras huic littere

tere

tere appenſis, qui huic Tractatui intererant cum pluribus aliis fide dignis, tradimus communitam.

Et nos CONRADUS & EBERHARDUS predicti recognoſcimus, ad preces *Arroſii* & *Giſele* predictorum Coniugum noſtra Sigilla una cum ſigillis eorum, preſentibus appendiſſe in teſtimonium premiſſorum. Datum Anno Dni MCCCXIII. Kal. Maii.

LXX.

TRACTATUS *cum Capitulo* Aſchaffenb.. *de redigenda villa* Obernburg *in Fortalitium.*

An. 1313.

ex Autographo.

NOS PETRUS *Dei gratia Sancte Maguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoſcimus publice per preſentes, & ad univerſorum quos noſſe oportunum fuerit noticiam volumus pervenire; Quod cum Honorabilibus viris . . Decano & Capitulo Ecclefie *Aſchaffinburgenſis*, Devotis noſtris dilectis, ad quos Villa *Obrinburg* cum omnibus ſuis attinenciis & iuribus, proprietatis titulo ſpectare dinoſcitur; in qua nos Opidum, fortalicium ſeu municionem ad honorem & commodum, Noſtrum & Eccleſie noſtre *Maguntine*, eorum ad hoc accedente conſenſu & permiſſione conſtruere intendimus, noſtris, ſine omni ipſorum detrimento, dampno & periculo, ſumptibus, laboribus & expenſis; infraſcriptam ordinationem inivimus & fecimus, ſub condicionibus que ſequuntur.

Videlicet, quod omnes redditus & proventus, ac omnia iura Ville predicte, tam in proprietatibus quam in Advocacia, cum ex ea Opidum per nos factum fuerit, ſive in *Optimalibus*, Cenſibus, Decimis maioribus & minoribus, aut aliis quibuſcunque conſiſtant, quocunque nomine cenſeantur, predictis Decano & Capitulo *Aſchaffinb.* . ceſſante impedimento & obſtaculo quolibet, remanebunt quiete & libere ſicut prius.

Advo-

Advocacia vero ville prediĉte, per diĉtos Decanum & Capitulum apud Nobiles viros GOTFRIDVM & CONRADVM filium fratris ſui *de Bickenbach* iuſto & licito empcionis titulo comparata, * quia in nos, Ipſi, retentis & reſervatis ſibi eiusdem Advocacie redditibus & proventibus univerſis cum ex diĉta villa Opidum municionem ſeu fortalicium fieri contigerit, transtulerunt voluntate ſpontanea; apud nos, Succeſſores noſtros & Eccleſiam *Maguntinam* ſub paĉtis ſubſcriptis tantummodo remanebit: Sic, quod de Emendis, quas pro perpetratis exceſſibus in prefato opido derivari contigerit, Advocatus per nos aut ſucceſſores noſtros ponendus nichil penitus niſi partem terciam recipiet & habebit; reſiduas vero duas partes Sculterus prediĉtorum Decani & Capituli, quem ipſi pro tempore deputaverint, obtinebit. * *Scilicet An.* 1300 Cod. Dipl. I. p. 922. *Add.* T. II. p. 297.

Idem quoque Sculterus remittendi ipſas Emendas, non obſtante contradiĉtione Advocati prediĉti ſeu cuiuslibet alterius, dummodo in loco ubi preſideri conſuevit Iudicio, & durante Iudicio in quo Emende huiusmodi derivantur, hoc fecerit, habebit plenam & liberam facultatem. Nec antediĉtus Advocatus de aliquo, quod preiudiciale aut dampnoſum Decano & Capitulo ſepediĉtis in hominibus & bonis ſuis exiſteret, ſe intromittet; & terminos, fines ſive limites commiſſi ſibi Officii ut premittitur, aliquatenus non excedet; Immo in introitu ſui officii promittet, fide eis preſtita corporali loco & nomine iuramenti, quod ipſos, tamquam nos, in ſuis iuribus fideliter confovebit.

Hoc eciam ſpecialiter eſt appromiſſum & adieĉtum, quod Sculterus & Colonus iam diĉtorum Decani & Capituli a contribucione Precariarum, exaĉtionum ſive talliarum, vigiliis ſeu cuſtodiis faciendis de noĉte vel de die; preſtacionibus ſeu conceſſionibus Curruum, aut *Saumariorum*, & omnium ſerviciorum quocunque vocabulo nominentur; Iurium & conſuetudinum pro tempore currencium; vel ſi quas impoſterum oriri contigerit, debent eſſe liberi & immunes, & totaliter abſoluti. Ad que omnia & ſingula, bona fide firmiter & inviolabi-

labiliter obſervanda, nos Succeſſores noſtros, & Eccleſiam *Maguntinam* tenore preſencium obligamus.

In quorum omnium teſtimonium evidens, & rei perpetuam firmitatem Sigillum noſtrum, una cum ſigillo Decani & Capituli noſtri *Maguntini*, & cum ſigillo prefatorum Decani & Capituli *Aſchaffinburgenſis* preſentibus eſt appenſum.

* de Rüdesheim. Et nos OTTHO * Decanus, & Capitulum Eccleſie Maguntine predicte; Nos quoque Decanus & Capitulum Eccleſie Aſchaffinburgenſis prefate, in noſtri Conſenſus & translacionis evidenciam Sigilla noſtra appoſuimus huic ſcripto.
23 Maii. Actum & datum Anno Domini MCCCXIII, X. Kal. Iunii.

LXXI.

Tres Villæ Schefflenz *ſunt feud.* Mog.

An. 1313.

NOVERINT univerſi quos noſſe fuerit oportunum, quod ego CONRADVS de WINSPERG ſenior, & ego ENGELHARDVS de *Winſperg*, filius quondam CONRADI de *Winſperg* ſenioris, recepimus in numerata pecunia a Venerabili in XPO Patre ac Dno noſtro, D. PETRO Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopo ducentas libras *Hallenſ.* quas reſpicere debet, & Eccleſia Mag., ſuper omnia bona noſtra ſita in tribus villis, dictis *Sce-velentze;* que bona tenemus - - a prefato D. N. Ar. . . eo iure, quod vulgariter *Burgleben* dicitur & vocatur.

In cuius rei teſtimonium Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini MCCCXIII. Tercia feria
26 Maii. proxima poſt *Vrbani* Pape.

LXXII.

LXXII.

„ LITTERA *Comitis* de Vehingen, *conſenſus ad em-*
„ptionem bonorum in Sulburg - - - *adhibiti.*

An. 1313.

NOS CONRADVS Comes *de* VEHINGEN iunior, & ELIZABETH uxor ſua legitima recognoſcimus in his ſcriptis; Quod venditionem bonorum in villis *Sulburg*, in *Maſſenheim*, & in aliis villis ubi Nobilis vir VLRICVS de *Bickenbach* nullam de bonis noſtris fecit deductionem in Iudicium; que bona Nobilis vir BOPPO Comes *de Ebirſtein*, GVDA uxor ſua legitima, & Dna ELYZABETH, relicta quondam Nobilis viri GOTFRIDI de *Hohenloch* Venerabili Dno PETRO Archiepiſcopo Maguntino legitime vendiderunt, & Litteras ſuas eidem deſuper tradiderunt; quorum bonorum, ſpecialiter in villis *Sulburg* & in *Maſſenheim* predictis tertia pars ad nos pertinebat, noſtrum conſenſum adhibuimus liberum, & preſentibus adhibemus. Dantes ſuper eo has - - Litteras, noſtris Sigillis communitas.

Datum in *Aſchaffenburg*, Anno Domini MCCCXIII, VI Idus Iunii. *8. Iun.*

LXXIII.

Mandatum Electoris PETRI *ad Præpoſitos* - -, *de monendo Scabinos & Caſtrenſes Oppidi* Fritzlar, *ut debitas numerent mille marcas ad uſum inſtantis itineris verſus* Lombardiam; *ſimulque ligamenta, quibus ſe obſtrinxerunt* OTTONI *Landgravio, protinus diſſolvant.*

An. 1313.

PETRVS *Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius,* *ex Autogr.*

rius, Dilectis in XPO in *Aneberg* & *Berich* cenobiorum Prepositis salutem in Domino. Mandamus vobis in virtute sancte obedientie, & sub pena suspensionis, quam in quemlibet vestrum, trium tamen dierum spatio premonitione trina premissa, proferimus in his scriptis, si non feceritis hoc mandatum, quatenus ad Opidum nostrum *Fritzlar* personaliter accedentes, Scabinos & Burgenses nostros ibidem publice moneatis, quos & nos presentibus admonemus, ut nobis de Mille marcis argenti, quas tenentur nobis dare iure dominii nostri in subsidium *itineris & laboris, in quibus iam sumus, proficiscentes in servitium necessarium sacri Imperii versus* LUMBARDIAM, * satisfaciant, vel ad minus certificent nos de ipsis ante diem Sci *Mychaelis* proxime affuturam; Et ligamenta, quibus se Illustri Principi, Dno OTTONI Lantgravio, Terre *Hassie* Domino, pro serviciis quibuscunque & solutione pecunie annua quomodolibet absque nostro scitu, sive pacto sive litteris astrinxerunt, dissolvant; alioquin ipsos Scabinos & maiores eiusdem opidi, quos ex nunc ut ex tunc premisso temporis spatio, videlicet XV dierum premonitione trina, in DEI nomine excommunicamus in his scriptis, excommunicatos & ab omnibus arcius evitandos ex tunc publice nuntietis. Quam excommunicationem, si ex tunc per quindenam animis sustinuerint induratis, opidum *Fritzlariense* cum suis attinentibus edificiis extra muros, premisso iam dicti temporis spatio quindene, videlicet premonitione trina, supponimus ecclesiastico Interdicto, eorum contumacia exigente. Clericos etiam, videlicet Canonicos & Vicarios, ac alios Cappellanos *Fritzlariensis* ecclesie, & cappellarum ibidem sollicite moneatis, quos & nos presentibus admonemus in virtute sancte obedientie & sub pena suspensionis, ut de opido *Fritzlar* ante diem predictum sub obtentu salutis proprie mox discedant. In his exequendis alter alterum non respiciat vel exspectet. Reddentes Litteras sigillatas.

* *interveniens mors* Henrici Imp. *meditatum* hoc *iter utique pervertit.*

31 *Aug.* Datum *Aschaffenburg* Anno Domini MCCCXIII. II Kal. Septembris.

LXXIV.

LXXIV.

PACTVM *reciprocum muneris Camerariatus Imp. inter* Falckensteinios, *& qua ratione alteruter illud debeat exercere.*

Anno 1313.

NOS PHILIPPVS de FALCKENSTEIN senior, Dominus in *Mintzenberg*. Recognoscimus in his scriptis, quod Nobilis vir PHILIPPVS de *Falckenstein* Dns in *Mintzenberg*, ob singularem amicitiam nos & nostros heredes, ad officium Imperialis Camere constituit legitimos coheredes sub hac forma; Quandocunque ambo presentes fuerimus in Curia Domini Imperatoris vel Regis, tunc ipse solus debet esse Camerarius, & nos non. Si autem nos presentes fuerimus in curia Dni Imperatoris vel Regis preter ipsum, tunc debemus esse Camerarius, & officium exercere. Et si ambo, sive unus nostrum presentes fuerimus in curia predicta, semper omnes & singulas obventiones & utilitates a dicto officio derivantes equaliter dividemus. Volumus etiam, ut heredes dicti patruelis nostri in dignitate dicti officii preferantur nostris heredibus, sicut ipse nobis, ut predicitur; & quod utilitates dicti officii capiantur equaliter, ut de nobis superius est expressum. Dantes has nostras litteras in testimonium super eo.

Actum Anno Domini MCCCXIII, tertio Idus Septembris. *11 Sept.*

LXXV.

LITTERA *venditionis Domus, & quomodo ædificandum sit.*

An. 1313.

NOVERINT universi, quod nos ANSHELMVS Presbiter, GERDRVDIS & ELIZABETH Begine, pue- *ex Autogr.*

ri quondam ANTONIE, consensu mutuo & unanimi voluntate vendidimus & vendimus iusto proprietatis tytulo in his scriptis, SOPHIE de *Herbern*, relicte quondam GILBERTI in *Curia*, civi *Wetflariensi* & suis heredibus universis, novam Domum nostram, & curiam sibi adiacentem, domui nostre quam inhabitamus, & domui, dicti - - *Nopeleris* intermedias, sitas ex opposito domus & curie quondam CONRADI de *Catzenfurt* Scabini, possidendas & habendas imperpetuum cum omni iure nobis in eisdem competente, pro XXX & VIII marcis denar. nobis traditis penitus & pagatis.

Sciendum est etiam, quod, cum ipsa *Sophia*, aut sui successores in dicta Curia edificare voluerint, possunt & debent licite; ita quod inter ipsum edificium construendum & ipsam domum, XIII pedum spacium permaneat inoccupatum; ac eciam ipsum edificium, versus horreum IOHANNIS *Beyer* Scabini, stillicidium habeat, & versus domum nostram quam inhabitamus, stillicidium, quod eciam ad domum dinoscitur pertinere; & possunt dicta edificia ad quamcunque voluerint altitudinem edificari.

ITEM si voluerit edificium, quod *ein Schuppechen* dicitur, construere; in dicto XIII pedum spacio potest; ita quod inferior pars Tecti eiusdem, usque ad *Statuam* constructam in edificio, quod *Oberbant* dicitur, se extendat, & posterior pars ipsius Tecti versus domum - - *Nopeleris* predicti, & domum dicti - - *bit der Bussen*, altitudinis cuius voluerit sit constructum. Preterea Canale, quod prout nunc est, ad domum nostram, & domum venditam communiter pertinebit; Et si necessitas edificandi incubuerit, debet ab ambarum domorum possessoribus reedificari.

In premissorum testimonium & robur Sigillum Civitatis *Wetflariensis*, nostris hinc & inde precibus, presentibus est appensum. Huius facti Testes sunt HEYNEMANNVS *Gerberti*, GERLACVS *Madirsele*, Scabini Civitatis pred. & alii fide digni. Datum Anno Domini MCCCXIII, in die bti *Nicolai* Episcopi & Confessoris. *6 Decembr.*

LXXVI.

LXXVI.

Decima in Habichenheim.

An. 1314.

NOVERINT universi, quod ego HENRICVS Miles *de Calsmunt*, filius quondam PHILIPPI, concessi, & concedo in his scriptis FRIDERICO, filio *Henrici* dci *Bonnen*, IRMENGARDI uxori sue civibus *Wetflar.*. eorumque heredibus utriusque sexus, tam filiis quam filiabus, sedecimam partem Decime, ville *Habichenheim*, cum omnibus iuribus & pertinenciis ad eandem spectantibus, possidendam a me & meis successoribus iure feodali inperpetuum, & habendam. In cuius rei testimonium & robur tradidi sibi presentes litteras, Sigillo proprio una cum sigillis Castrensium in *Kalsmunt* & Civitatis *Wetflar.*. meis precibus fideliter sigillatas. Huius facti Testes sunt GOTFRIDVS frater meus, Miles. WINTERVS de *Crustele*. GERHARDVS *Vbilwurm*. Castrenses in *Kalsmunt*. Item HERMANNVS *Selege*, GERLACVS *Madirsele* Scabini *Wetfl.*. & alii fide digni. *Autogr.*

Datum Anno Domini M CCC XIIII. In crastino *Annunciacionis* bte MARIE *Virginis* gloriose. *26 Mart.*

LXXVII.

Decimam Mersrodensem *Comes* Ziegenhainius *in feudum concedit.*

An. 1314.

NOS IOHANNES Comes *de* CYGENHAIN presentibus publice protestamur, quod Discreto viro NICOLAO dicto *Schower* opidano in *Alsfeld* & suis heredibus, tam filiabus quam filiis, Decimam in *Mersrode* a nobis feudaliter procedentem, contulimus & presentibus conferimus, iure feudali *ex Autogr.*

dali perpetuo poſſidendam. Huic collacioni preſentes fuerunt IOHANNES *Rydeſil*, ECKARDVS de *Linden*, HELWICVS de *Rukershuſen*, EKARDVS *Kuppeln*, GERLACVS de *Lumensfeld*, LVDEWICVS de *Heymbach* Milites. ECKARDVS de *Rukershuſen*, HERMANNVS *Kuppeln*, HERMANNVS de *Rukershuſen*, GERLACVS de *Walen*, PHILIPPVS & LVDEWICVS dicti *Waltfogele* Armigeri. WERNHERVS *Vriling*, CONRADVS *Clamator* & EKARDVS *Bruwer* Opidani in *Alsfelt*, & alii quam plures fide digni.

In cuius rei teſtimonium preſens ſcriptum dedimus noſtri Sigilli munimine roboratum. Datum Anno Dni MCCCXIIII, m. Iun. feria quarta ante diem bti Viti Martiris.

LXXVIII.

„*Quod Dns* Philippus *de* Falckenſtein *conſenciat* „*ſuper conſtitucione Altaris* Kunonis *mil.* de „Beldersheim. „

An. 1314.

ex Autogr. NOS PHILIPPVS Dominus *in Mynzenberg* ſenior publice recognoſcimus per preſentes, quod ad peticionem CVNONIS dicti *Kolbendenſel* Militis, noſtri Caſtrenſis ac fidelis, admittimus & ratum habemus, ut in eccleſia *Beldersheim* noſtri diſtrictus, Altare S. *Nicolai* ac Sce *Katherine* dotet Redditibus competentibus Sacerdoti celebranti in eodem altari, pro ſe & ſuis parentibus, & omnibus quibus aliquam iniuriam intulit, quos nequit diſcernere. Videlicet XXXII octalia ſiliginis - - in bonis ſuis propriis in *Gunſe*; & ut idem *Cono* in preſenti Sacerdotem ydoneum inſtituat ad officiandum dictum altare & recipiendum redditus memoratos ſine omni preiudicio & dampno Rectoris eccleſie memorate.

Cum autem quacunque de cauſa d. Altare vacare contigerit, Rector eiusdem eccleſie per nos vel noſtros heredes inſtitu-

ftitutus idem altare conferat Sacerdoti ydoneo, - - & ipsum instituat ad officiandum altare prenotatum, & recipiendum redditus prenominatos, cum additione, si qua addita fuerit. - - - Sin autem Rector - - secus fecerit in institucione sacerdotis predicti; Abbas Monasterii in *Arnspurch* illa vice sacerdotem - - instituat, - - - Dyocesani, Archidiaconi, & Archipresbiteri tamen in omnibus iure salvo.

Facta est ista Dotatio, mediante EDELINDE uxore dicti *Cunonis* legitima, & consenciente. Presentibus REINHARDO Plebano in *Mynzenberg*, HEINRICO dicto *Gotzbulde* Vicario eiusdem ecclesie. IOHANNE de *Beldersheim*. CRAFTONE *Groppe*. CONRADO & RYCHARDO fratribus *de Musschenheim*, Militibus. CONRADO fratre suo, Armigero, & pluribus aliis fide dignis.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus duximus appendendum. Datum Anno Domini M. CCC. XIIII. Kl. Augusti. *1 Aug.*

LXXIX.

LVDOVICI Bavariæ *Ducis, in Regem Romanorum iamiam eligendi, Articuli secreti, quibus* sese *obstrinxit* Moguntino *Archiepiscopo.*

An. 1314.

NOS LVDEWICVS *Dei gratia Comes Palatinus Reni, Dux Bavarie.* Recognoscimus, quod DEVM, Iustitiam, equitatem, nec non fidelem diligentiam & devotionis purissime constantiam, quam Venerabilis Pater & Dominus, Dns PETRVS Sce *Moguntine* Sedis Archiepiscopus, Sacri Romani Imperii per Germaniam Archicancellarius, circa nos & nostri exaltationem habet & habuit cum effectu, nostre considerationis oculis preponentes; Promisimus, & promittimus fideliter, immo sponte ac liberaliter nos per fidem no-

ſtram, & iuramentum noſtrum quod deſuper preſtitimus corporaliter tactis Sacroſanctis, obligamus; Quod ſi forte, Divina providentia diſponente ad faſtigium ſive culmen Regie Maieſtatis Regni Romanorum provehi nos contingat, ea que inferius ſunt contenta, propter cauſas iuſtas, veras & notorias que in ipſis eſſe noſcuntur, conſervabimus, manutenebimus, & ad plenum effectum DEO propicio perducemus: Et Cartulam huius digne promiſſionis ac obligationis noſtre, mox, ſine alicuius more diſpendio, faciemus Typario ſeu ſigillo Regalis excellentie ad robur validius conſignari.

In primis — — — — [*Que, cum res ordinarias contineant, omittuntur.*] ITEM Cauſas Eccleſiaſticas nullo modo alibi, quam coram ſuis (*Archiepiſcopi*) Iudicibus permittemus tractari ſeu decidi. Etiam thelonium in *Lanſtein*, quod propter certas veras & iuſtas cauſas inſtitutum dinoſcitur, & traditum Eccleſie *Maguntine* per dive mem. Reges Romanorum, confirmatione Sedis Apoſtolice ad hoc poſtmodum ſubſecuta, * laudamus, & ex certa ſcientia ex ſuperhabundanti confirmabimus, & innovabimus eidem.

* n. XXXII.

ITEM Opidum *Seligenſtad* & Comitatum *Bachgowe*, propter veritatem opinioni cedentem compertam, & iuſticiam expeditam, clare dicimus, & publice declarabimus ad prefatam Eccl. Magunt. ſine dubio pertinere.

ITEM ſpecialem prerogativam quam habet - - ſuper Miniſteriales & Caſtrenſes Eccl. Magunt. - -

ITEM - - - *Archicancellariatum concernens*

{ *Sunt conſueta & ex Privilegiis generalibus iam ſatis nota.* }

ITEM ſine difficultate qualibet dimittemus ſibi Thelonium apud caſtrum - - *Erenfels*, donec de ipſo, a tempore Electionis noſtre recipiat (*Petrus*) integraliter & complete, quidquid adhuc de reſiduo ſibi deficit, quod ſue eſtimationi relinquimus in his, que dive mem. Dns HENRICUS Romanorum Imperator in prima creatione ſua in Rom. Regem, tam pro his que quondam ALBERTUS Rex Romanorum, quam pro his,

his, que ipsemet D. Imperator sibi tenebatur in eodem thelonio, sibi deputaverat; & quousque receperit tria Milia marcarum, quas, prout nobis constat, expendit in servicio Imperii cum ad predictum Dn. Imperatorem arripuisset iter, ad partes Vltramontanas veniendi; Et, quousque perceperit Expensas, quas in servicio dicti Dni Imperatoris & Imperii fecit, procedendo in *Bohemiam*. In cuius pecunie perceptione, usque ad perfectam & completam eius solutionem, prefatum Dn. Archiepiscopum sue conscientie relinquimus.

Insuper ipsi Dno PETRO Archiepiscopo pred° efficax & fidele adiutorium faciemus contra Nobilem virum RVDOLFVM, Comitem de *Monte forti*, dictum *de Sargans*, & suos Complices; *qui eum per iniuriam captivavit, exactionavit & dampnificavit ad octo milia marcarum argenti;* Et laborabimus cum effectu, ut Emenda, & satisfactio debita, de Comite prefato suisque Complicibus sibi fiat. ITEM - - - -

Ceterum promittimus, & nos specialiter obligamus & firmiter, quod omnes Questiones seu controversias, si que propter factum Electionis seu promotionis nostre sunt iam, vel in futurum fuerint sibi mote a quocunque, cuiuscunque status aut conditionis existat, sub nostris laboribus & expensis eum & Ecclesiam suam - - defendemus, & huiusmodi questiones & controversias ad finem & exitum perducemus pro ipso. ITEM - - - - - -

ITEM Nobili Viro EBERHARDO de *Bruberg* procurabimus restitutionem Castri *Erpach*, quod perdidit in servicio Ecclesie Mag. Et iusticiam sibi procurabimus & faciemus super Opido *Mosbach;* & iure suo quod habere debet in Moneta in *Hallis*, secundum continentiam Litterarum - - quas habet super eo.

ITEM Dno OTTONI Lantgravio, Terre *Hassie* Domino, seu eius heredibus non conferemus Feoda, que per mortem IOHANNIS, quondam fratris eiusdem *Ottonis* vacaverunt Imperio, sed ipsa petemus, & ad ius Imperii sicut tene-

 mur

mur revocabimus; Et nos - - Dn. Archiepiſcopum, quando per eum requiſiti fuerimus, & Succeſſores ſuos fideliter iuvabimus, & iuvare promittimus noſtris laboribus & expenſis, ad petendum, obtinendum & adipiſcendum feoda, que per mortem eiusdem *Iohannis* vacaverunt ſimiliter *Eccleſie Maguntine;* & ipſe D. Archiepiſcopus, ad conſequenda huiusmodi feoda ſimiliter nos iuvabit ſuo poſſe.

ITEM promittimus, ſi Terram *Thuringie* acquiſiverimus, quod univerſa Feoda que Lantgravii Thuringie ab Eccl. Magunt. - - - tenuerunt, - - & ſpecialiter Opidum *Gota*, cum ſuis attinenciis ipſi Dno Archiepiſcopo aſſignabimus, dabimus, trademus & relinquemus. - - -

ITEM promittimus, quod prefato D. Archiepiſcopo, ſi in Regem Romanorum eligemur, committemus vices noſtras, dando ſibi poteſtatem porrigendi *Primarias preces noſtras* vice & nomine noſtro in ſingulis Eccleſiis, Maiori, & aliis - - Collegiatis & Conventualibus, Civitatis & dioceſis *Maguntine*, pro perſonis inibi recipiendis, ſicut hoc hactenus laudabiliter eſt conſuetum, prout ſibi videbitur expedire. - - -

Et in omnium & ſingulorum certitudinem firmiorem Sigillo noſtro preſens ſcriptum fecimus conſignari. Datum in
12 Sept. *Lorch*, Anno Domini MCCC *Quartodecimo*, pridie Idus Septembris.

LXXX.

EIVSDEM,

„*In qua ſub certo modo promittit, Opidum* antiquum „WINHEYM *Eccleſie* Maguntine *ſe daturum.*„

An. 1314.

NOS LVDEWICVS *Dei gratia Comes Palatinus Reni*, *Dux Bavarie* recognoſcimus; Quod DEVM, Iuſtitiam, equitatem, nec non fidelem diligentiam, & devotio-

tionis purissime constantiam, quam Venerabilis Pater & Dns, D. PETRVS Sce Maguntine Sedis Archiepiscopus, S. Rom. Imp. per Germaniam Archicancellarius circa nos & nostram exaltationem habet & habuit cum effectu, nostre consideratio-nis oculis preponentes; Promisimus, & promittimus fideliter, immo sponte ac liberaliter nos per fidem nostram & iuramentum nostrum, quod una cum Fideiussoribus nostris infrascriptis, tactis Sacrosanctis corporaliter desuper prestitimus, obligamus; Quod, si forte Divina providentia disponente ad fastigium sive culmen Regie Maiestatis Regni Romanorum provehi nos contingat, Venerabili Dno *Petro* Archiepiscopo predicto, & Ecclesie Maguntine dabimus & appropriabimus Castrum & Opidum, ac antiquum opidum *Winheim*, cum villis *Laudenbach* & medietate ville *Hemmesbach*, que ad fratrem nostrum & nos pertinent, cum omnibus iuribus & pertinenciis eorundem. Si vero medio tempore castrum & opidum *Winheim* fortassis redimerentur, ex tunc pred' Dns Archiepiscopus quinque milia librarum *Hallensium*, pro quibus primo obligata fuerunt, nobis reddet quando ea sibi appropriaverimus, vel de decem milibus marcarum quas sibi dabimus, eas nobis defalcabit.

ITEM promittimus, quod Castrum *Richenstein* dabimus & presentabimus prefato Dno Archiepiscopo & Ecclesie Maguntine. Super villis vero *Drechtingeshusen* & *Heimbach*, superiori & inferiori, nos deponemus violentiam, que in eisdem facta est ab eodem tempore, postquam castrum *Richenstein* ex parte fratris nostri & nostra edificatum est. Manutenendo Dn. Archiepiscopum in possessione earum, prout tunc eas habuit. Et de cetero huiusmodi violentiam non permittemus fieri; eis in eo statu & iure, in quo fuerunt prius, permansuris.

ITEM pro Expensis & laboribus, quos Dns Archiep. ad sollempnia & necessaria Electionis nostre fecit, & faciet, sibi dabimus - - decem milia marcarum argenti puri, pro quibus sibi obligavimus Castrum *Linden'vels*, cum bonis acceptis de

Abbacia in *Lors*, que ibidem iam deserviunt, & cum aliis suis pertinenciis universis.

Consiliariis quoque . . Dni Archiepiscopi dabimus mille marcas argenti puri, quas in *Aschaffenburg* pagabimus nomine eorundem Consiliariorum, WOLFRAMO * Vicedomino *Aschaffenb*. . & CONRADO dicto *Rude* Officiato in *Wildenberg*; & in festo Pasche proximo persolvemus.

* de Praunheim.

Et promittimus per fidem & iuramentum nostrum, quod predicta omnia adimplebimus infra tres menses continuos postquam *Aquis* coronati fuerimus, vel, postquam cum Dno RUDOLFO fratre nostro fuerimus concordati, ad quod, omni dolo & fraude exclusis, laborabimus cum effectu, ita ut, quodcunque ex predictis, sive Coronatio nostra, sive Concordia cum fratre nostro prius contigerit, ad predicta omnia adimplenda teneamur. Alioquin, si medio tempore nec *Aquis* coronari, nec cum fratre nostro concordari nos contingeret, in proxima Dominica qua cantatur *Invocavit*, Dno Archiepiscopo de predictis decem milibus marcarum quas ei dabimus, quatuor milia marcarum argenti in numerata pecunia persolvemus, & in pred° opido suo *Aschaffenburg* pagabimus. Et ex tunc nichilominus, quam primum *Aquis* coronati fuerimus, vel cum fratre nostro concordati, infra tres menses residua de predictis omnibus promittimus fideliter adimplere. Nec in execucione eorum pro excusatione debemus pretendere, si forte cum fratre nostro prefato aliqua fecimus Pacta, vel iuramenta, de bonis nostris vel hereditate nostra non dividendis.

ITEM adicimus * & promittimus, si aliquem de infrascriptis fideiussoribus contingat decedere priusquam - - Dno Archiepiscopo omnia sibi per nos promissa integraliter fuerint adimpleta, quod infra mensem, a tempore decessionis computandum, alium eque bonum & ydoneum - - substituemus, & substituere tenebimur, ad omnia facienda que primus fideiussor facere debuisset. - -

* *pro* adiic. *quippe hac & similia verba nunquam cum* ii.

Et

Et ut premissa omnia sint eidem Dno Archiepiscopo magis tuta, & firmius observentur, infrascriptos sibi fideiussores & obsides desuper constituimus. Videlicet Nobiles viros, CONRADVM de *Hohenloch*, ANDREAM de *Brunecke*. Lantgravium *de Lukinberg.** CONRADVM de *Schlusselberg*. BERTHOLDVM de *Nysen*. FRIDERICVM Comitem *de Trubindingen*. LVDOVICVM & HERMANNVM Duces *de Tecke*. HERMANNVM Scolasticum *Spirensem*, & ALBERTVM fratrem suum. GEBHARDVM de *Brunecke*. BERTHOLDVM Comitem *de Greisbach*. ENGELHARDVM de *Winsberg*. EBIRHARDVM de *Bruberg*. WILHELMVM de *Franckenstein*. WILHELMVM Marschalcum *de Biberach*. ALBERTVM dictum *Iudeman*. GOTFRIDVM de *Wolffstein*. CONRADVM *Pincernam* de *Richenecke*. Marschalcum *de Bocksberg*. HENRICVM de *Erenvels*. WIGELONEM Vicedominum. BERTHOLDVM *Stratzer*. HENRICVM de *Swartzenburg* & BENNWARDVM de *Stralenberg*; Eo modo, quod postquam predicta Dominica *Invocavit*, si in solutione quatuor milium marcarum argenti, vel mille marcarum quas Consiliariis promisimus, defecerimus; & similiter post coronationem nostram, vel post concordiam cum fratre nostro initam ut premittitur post tres menses, si residua omnia vel aliquid ex eis de his que promissa sunt non adimpleverimus; predicti nostri fideiussores - - opidum *Aschaffenburg* intrabunt, tam diu ibidem obstagium & fideiussionis debitum personaliter prestituri, donec premissa omnia & singula fuerint integraliter adimpleta.

* Leuchtenberg.

Nos quoque CONRADVS de *Hohenloch* - - - - [*& reliqui omnes hic iterum recensiti*] recognoscimus & fatemur, quod predictam fideiussionem pro Illustri Domino LVDOWICO Comite Palatino Reni Duce Bawarie predicto, apud Venerabilem Dn. PETRVM Archiepiscopum . . eo modo sicut predictum est, in solidum faciemus, & ad predicta, & infrascripta omnia nos obligavimus; Et promisimus ac promittimus per fidem nostram, & iuramentum nostrum quod tactis Sacrosanctis corporaliter desuper prestitimus, predictum obstagium & fideiussionis debitum,

bitum, prescripto modo in personis propriis fideliter adimplere. Hoc adiecto, si . . Dns Archiepiscopus de predicta - - - prestatione nos, vel aliquem ex nobis ad tempus aliquod fortassis induciaverit, dando licentiam - - - Oppidum *Aschaffenburg* exeundi, quod illi qui sic induciati fuerint, post lapsum indulti eis temporis, - - - redire teneantur.

Et nos LUDEWICUS C. P. R. Dux Bawarie, nos etiam Fideiussores antedicti, renuntiamus omnino exceptioni doli mali - - - - - -. In quorum, & premissorum omnium robur & certitudinem firmiorem, Sigillis omnium nostrum presens Scriptum consignavimus, & fecimus consignari. Datum in *Lorch*,
12 Sept. Anno Domini MCCC *Quartodecimo*, pridie Idus Septembris.

LXXXI.

„CONFIRMATIO *Privilegiorum a Rege* LUDOVICO.„

An. 1314.

[*p.* 641. *n.* 3.]

ex Autographo. LUDEWICUS *Dei gratia Romanorum* REX *semper Augustus.* Universis Sacri Imperii fidelibus tam presentibus quam futuris presentes audituris Litteras, aut visuris, Gratiam suam & omne bonum.

Decet nostre celsitudinem Maiestatis, ut nos, Divorum clarissime recordationis Imperatorum & Regum Romanorum predecessorum nostrorum sequentes vestigia, cunctarum Ecclesiarum, & potius Ecclesie *Maguntine*, per quam & nos, in persona Venerabilis PETRI, Archiepiscopi Maguntini Principis nostri Karissimi ad Regale fastigium promoti, magni Culmen honoris accepimus, cuncta Privilegia sub nostre felicitatis evo modis omnibus conserventur illesa.

Cuncta itaque privilegia, monimenta, documenta, seu etiam instrumenta Libertatum ecclesiasticarum & mundanarum; etiam super non trahendis Archiepiscopis, Episcopis, Prelatis, Colle-

Collegiis, Cenobiis, Clericis, & Perſonis eccleſiaſticis univerſis Civitatis & dyoceſis Maguntine quomodolibet ad Iudicium ſeculare; ſuper Dignitate & honore Archicancellarie: ſuper Comitatu *Bachachovie* *: ſuper Opido *Seligenſtat*: ſuper Miniſterialibus Fidelibus, Caſtrenſibus, Hominibus ſupradicte Eccleſie Maguntine annexis, cuiuſcumque vel qualiſcumque debito vel officio ſervitutis vel ſervicii ad noſtre Serenitatis ſeu alterius Iudicis noſtri examen ſuper Cauſis aliquibus antea non trahendis, quam Archiepiſcopus Maguntinus qui pro tempore fuerit, requiſitus de ipſis, in reddendo iuſtitiam negligens fuerit vel remiſſus; Nec non generaliter & univerſaliter omnia quarumcumque Gratiarum, largitionum, donationum, libertatum, terrarum, poſſeſſionum, iurisdictionum, beneficiorum, indultorum, iurium & honorum privilegia ſeu munimenta, que Archiepiſcopis, Epiſcopis, Prelatis, Eccleſiis ſeu Monaſteriis & perſonis eccleſiaſticis Civitatis & dyoceſis Maguntine a Divis noſtris predeceſſoribus Imperatoribus & Romanorum Regibus, & nominatim a pie record. . quondam Rege ADOLFO predeceſſore noſtro hactenus ſunt conceſſa, rata tenentes & grata, quaſi tradita de noſtris manibus, ex certa ſcientia confirmamus; Regiaque liberalitate peruſi, preſentibus innovamus. Nolentes ea in aliqua parte ſui, cuiusquam improbitate convelli, ſeu novitate mutari; ſed illeſa pocius & intacta perpetuis temporibus cuſtodiri.

* Bachgau.

Nulli ergo hominum liceat hanc noſtre Confirmationis paginam, innovationis ſeu traditionis ſcripturam infringere, vel eidem auſu quolibet contraire; Si quis autem hoc facere yel quomodolibet attemptare preſumpſerit, noſtre indignationis acrimoniam ſe noverit incurriſſe, pena gravi pro culpa huiusmodi feriendus.

In cuius rei teſtimonium preſentes litteras Maieſtatis noſtre typario tradidimus communitas. Datum *Colonie* quarto Nonas Decembris. Anno Domini *Milleſimo Trecenteſimo quartodecimo*. Regni vero noſtri anno primo.

a Dec.

O LXXXII.

LXXXII.

EIVSDEM,

in specie quoad Archicancellariatum.

An. 1314.

[*p.641. n.3.*]

LVDEVICVS *D. G. Romanorum Rex semper Augustus.* Animadversione digna recolentes, quanta efficacia & fidei puritate nobis astiterit Venerabilis PETRVS Archiepiscopus Maguntinus, Princeps & Secretarius noster carissimus, ad Regale nos fastigium specialiter promovendo, & promotos in ipso firmando; ut Ipsum, & contemplatione sui Ecclesiam eius non solum in eorum libertatibus, iuribus & honoribus foveamus, sed & alias preveniamus uberioribus gratia & favore, dignum censemus, & conveniens arbitramur.

Recognoscentes, prefatum Principem & quemlibet eius in Archiepiscopatu predicte Ecclesie successorem, esse & fore debere Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium; Et fideliter promittentes, ad hoc presentibus litteris obligati, quod eundem Archiepiscopum & successores eius in iuribus, honoribus, dignitatibus & libertatibus, que ratione Archicancellarie predicte debent habere, videlicet in accipienda semper nobiscum decima parte de bonis, petitionibus, & exactionibus Iudeorum, preficiendo Cancellarium loco sui, ponendo Prothonotarium & Notarios Aule nostre perpetuis temporibus, quociens sibi visum fuerit expedire; aliisque suis utilitatibus, sive sint in nostra Curia, sive extra curiam iidem Archiepiscopi constituti, manutenebimus, defendemus, & tuebimur, ut presentes, eorum etiam absentia non obstante. Dantes eis has Litteras nostras consignatas nostre typario Maiestatis in testimonium super eo.

Datum

Datum *Colonie* quarto Nonas Decembris. Anno Domini *Millesimo Trecentesimo quartodecimo*. Regni vero nostri anno primo. *2 Dec.*

EIVSDEM *Privilegium de non Evocando:* 1314. *XIII Kal. Xbr.* Moguntiæ *datum:*

[p. 641. n. 3.]

Habetur apud Lunig *Spicil. Eccl.* P. 1. *Contin.* p. 47.

LXXXIII.

„LITTERA *promissionis, quod* REX *Archiepiscopum* Mogunt. *promittit reddere indempnem de omni pecunia quam ipse Ar. promisit Servitoribus Ipsius* Ludowici *Regis.*„

An. 1314.

LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus* recognoscimus, Quod, cum adhuc essemus in minoribus constituti, Venerabili PETRO Archiepiscopo Maguntino, Principi & Secretario nostro carissimo conferebamus, dando eidem plenam potestatem conquirendi nobis ad servicium nostrum, super adipiscendo Romanorum Regno Episcopos, Principes, Abbates, Comites, Nobiles, Milites, & alios Armigeros nobilis & militaris condicionis quoscumque, qui sibi ad serviendum nobis expedire viderentur; nec non tractandi super huiusmodi eorum serviciis nobis impendendis, & paciscendo cum eisdem; promittentes per fidem nostram, prestitam desuper loco iuramenti, quod gratum & ratum haberemus, quidquid in premissis tractaret; & integraliter adimpleremus quidquid pro nobis promitteret Archiepiscopus antedictus; & exsolveremus Summas pecunie quas pro nobis promitteret eisdem, in terminis quos ad hoc duceret deputandos; Et promisimus per Litteras tunc desuper traditas, si in Regem Romanorum eligeremur, Sigillo Maiestatis Regie innovare;

 Volen-

Volentes igitur promiſſum noſtrum huiusmodi inviolabiliter obſervare & fideliter adimplere, ipſumque Archiepiſcopum ſervare indempnem; ſupradicta omnia & ſingula preſentibus ex certa ſcientia approbamus & innovamus: Promittentes, pecunias quas memoratus Archiepiſcopus, Epiſcopis, Principibus, Abbatibus, Comitibus, Nobilibus, Militibus & aliis Armigeris nobilis & militaris conditionis quibuscunque, pro ſerviciis nobis impenſis vel inpoſterum impendendis pro nobis promiſit, in terminis ſub modo & condicionibus per ipſum ad hoc deputatis nos ſine difficultate qualibet ſoluturos. Et de hoc Litteras noſtras Regias, ſi quas forte ipſe Archiepiſcopus dandas pro nobis promiſit, dabimus indilate, quandocunque per Eum ſuper eo fuerimus requiſiti.

In cuius rei teſtimonium preſentes litteras, Maieſtatis noſtre typario tradimus communitas. Datum *Colonie* IIII Nonas Decembris. Anno MCCC *Quartodecimo.* Regni vero anno primo. 2 *Dec.*

LXXXIV.

„*Quod* Archiep' Mogunt. *fructus quos recepit in* „Lindenfels, *tempore quo idem Caſtrum Ec-* „*cleſiæ fuit obligatum, non tenetur com-* „*putare in ſortem.*„

An. 1314.

LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Recognoſcimus, quod in Tractatibus, inter nos & Venerabilem PETRVM Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopum, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarium, Principem & Secretarium noſtrum Kariſſimum habitis, actum eſt & tractatum, quod in obligatione Caſtri noſtri *Lindenfels*, cum bonis acceptis de Abbacia in *Lors*, que iam actualiter ibidem deſerviunt, & aliis ſuis pertinenciis; quam eidem Archiepiſcopo, ſicut in aliis noſtris Litteris promiſimus, facere tenemur, fru-

fructus in fortem non debent computari: Quos fructus ipsi Archiepiscopo & Ecclesie Maguntine ex nunc damus liberaliter, & donamus.

In cuius rei testimonium presentes litteras, Maiestatis nostre typario tradimus communitas. Datum *Colonie* Anno Domini M CCC *Quartodecimo*, IIII Nonas Decembris. Regni vero nostri anno Primo. a Dec.

LXXXV.

EIVSDEM,

„*continens Privilegium, quod* Ar. Mog. *emere possit* „*L. marcarum Redditus de bonis, depen-* „*dentibus ab Imperio.*

An. 1314.

Nos LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Ad universorum notitiam volumus pervenire; quod attendentes tam grata, quam utilia servitia, que Venerabilis PETRVS Archiepiscopus Magunt. Princeps & Secretarius noster Karissimus nobis & Imperio prestitit sub gravibus laboribus & expensis; Sibi ex liberalitate Regia indulgendum duximus, & presentibus indulgemus; Quod Redditus feodales quingentarum marcarum argenti, vel minoris, in Castris Opidis villis vel aliis rebus, qui a nobis & Imperio tenentur in feodum, emere seu comparare licite valeat, ubicunque, vel apud quoscunque ipsos Redditus venales poterit invenire. Ita tamen, quod ipse & Successores sui, a nobis & Imperio in feodum seu iure feodali recipiant & teneant redditus supradictos.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Maguntie* XIII Kal. Ianuarii. Anno Domini M CCC *Quartodecimo*, Regni vero nostri anno Primo. 20 Dec.

LXXXVI.

EIVSDEM,

Privilegium Thelonii in Mildenberg.

An. 1314.

NOS LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Ad universorum noticiam volumus pervenire, quod indempnitati & commodo subditorum nobis populorum, ut tenemur providere volentes, Venerabili PETRO Archiepiscopo Maguntino, Principi & Secretario nostro Karissimo, & suis in Ecclesia Mag. successoribus duximus indulgendum & presentibus indulgemus, ut Thelonium in *Mildinberg*, per quod *Negotiatores, Mercatores & alii homines transeuntes ibidem, a Predonum insultibus defensantur;* sicut olim tempore vacationis Imperii propter commodum transeuntium augmentatum fuit, & usque ad hec tempora per Archiepiscopos *Magunt.* receptum, inantea perpetuis temporibus percipere valeant libere & licenter.

In cuius rei testimonium presentes litteras, Maiestatis nostre typario tradimus communitas. Datum *Maguntie* XIII
20 Dec. Kal. Ianuarii. Anno Domini MCCC *Quartodecimo*, Regni vero nostri anno Primo.

LXXXVII.

Reversales Comitis de Nyfen *super feudo oblato.*

An. 1314.

NOS BERTHOLDVS Comes *de* NYFEN recognoscimus, quod nos propriam villam nostram *Heglenhof* Venerabili in XPO Patri & Dno, D. PETRO Archiepiscopo Maguntino resignavimus, & ab eodem - - recepimus, tenendam & habendam feodali titulo, per nos & heredes nostros in

in perpetuum a dicto Dno Archiep. & Ecclesia sua Maguntina.

In cuius rei testimonium presentes litteras Sigilli nostri munimine tradimus communitas. Datum *Maguntie*, Anno Domini MCCC *Quartodecimo*, XI Kal. Ianuarii. *22 Dec.*

LXXXVIII.

„*Littera obligationis opidorum*, Oppenheim & O„dernheim: *castrorum* Oppenheim & Swabs„berg: *villarum* Ingelnheim & „Nerstein.„

An. 1315.

Nos LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Recognoscimus publice & fatemur, quod Venerabili PETRO Archiepiscopo Maguntino, Principi & Secretario nostro Karissimo, & Ecclesie sue obligavimus opidum & castrum *Oppenheim*, opidum *Odernheim*, castrum *Swabesberg*, Villas utramque *Ingelnheim*, & villam *Nerstein* cum omnibus eorundem - - - iuribus, iurisdictionibus meri sive mixti imperii, districtibus, honoribus, fructibus - - & pertinenciis universis, - - - pro Decem milibus librarum *Hallensium*, & viginti libris *Hall.* legalium & bonorum, quas nobis in parata pecunia mutuavit - -, & in nostram & sacri Imperii utilitatem convertimus evidentem. Hoc acto expresse, quod Sculteti, Officiati & Castrenses dictorum castrorum, & omnes Incole opidorum & villarum predictarum, dicto Archiepiscopo, Successoribus suis & Ecclesie Maguntine, de parendo & obediendo in omnibus, quam diu huiusmodi duraverit obligatio, tamquam Nobis, & de amministrandis omnibus Redditibus, utilitatibus & obventionibus dictorum opidorum, - - - sicut Divis Predecessoribus nostris, Imperatoribus & Romanorum Regibus ministrari consueverunt, corporale iuramentum prestabunt.

Et

Et quia pred' Archiepiſcopus - - predictas pecunias non de bonis Ecclesie Maguntine, ſed de proprio peculio erogavit; actum eſt, & expreſſum, quod liberum ſibi eſſe debeat, transferre, in quemcunque - - velit de parentela ſua, vel ad Pia loca pro ſalute anime ſue poſt obitum ſuum, Ius quod habet ex obligatione huiusmodi, in caſtris, opidis & villis memoratis. Si vero in nullum alium transtulerit, ex tunc ſucceſſores ſui - - - & Eccleſia Maguntina ſibi debent ſuccedere in eodem. Ita tamen, quod ad ſubeundum onera, que eisdem - - - - dictus Archiepiſcopus iniunxerit ratione pred. . bonorum, omnimode teneantur.

ITEM eſt actum, quod pred. Opida - - non poſſint nec debeant redimi, niſi prius - - Archiepiſcopo - - - dederimus - - plenam poſſeſſionem Caſtri *Lindenfels* - - - prout hoc in aliis Litteris noſtris * - - - deſuper duximus promittendum. Fructus quoque, utilitates & obventiones predictorum Opidorum - - - in ſortem debent minime computari; eos etenim ex nunc damus & donamus liberaliter pred. Archiepiſcopo & Eccleſie Maguntine, vel eis in quos predcor. Opidorum - - - - obligationem ſeu ypothecam duxerit transferendam. - - -

* n. LXXXIV.

In cuius rei teſtimonium & firmitatem pleniorem has Litteras dedimus, ſignatas noſtre typario Maieſtatis. Datum *Wormatie* XVII Kal. Februarii. Anno Domini MCCC *Quintodecimo.* Regni vero noſtri anno Primo.

16 Ian.

LXXXIX.

CONFOEDERATIO *inter quosdam Nobiles & Ar.* PETRUM, *adverſus Landgravium* Haſſiæ OTTONEM.

An. 1315.

ex Autogr.

NOS WERNHERUS de *Weſterburg*, REYNHERUS de *Talwich*, HERMANNUS de *Holtzhuſen*, Milites: WERN-

WERNHERUS de *Rumerode* Canonicus Ecclesie *Fritzlariensis*, nomine dicti *Lewenstein* nepotis mei & pro ipso: HEINRICUS de *Sweinsperg* Canonicus *Fritzlariensis* nomine HERMANNI fratris mei & pro ipso; quorum, videlicet *Lewenstein* & HERMANNI de *Sweinsperg*, nos predicti *Wernherus* de *Rumerode* & *Heinricus* de *Sweinsperg* tutelam sive curam gerimus; & WERNHERUS de *Westerburg*, Natus predicti *Wernheri* de *Westerburg*, Armiger.

In his scriptis publice recognoscimus & fatemur, Quod, quia Venerabilis Pater & Dominus noster, D. PETRUS, Sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, in Controversiis quas Illustris Dns OTTO Lantgravius, Terre *Hassie* Dominus nobis movet; ad propulsandas iniurias, & iustitiam consequendam nobis assistet consiliis & auxiliis; Sibi promisimus, & promittimus fide data, & corporali desuper prestito iuramento, vice versa assistere, sub nostris propriis expensis, lucris & dampnis, cum quadraginta Dextrariis & Viris armatis, quos sine diminucione pro cottidiana persecutione iuris sui tenebimus. Et ad hoc in solidum nos obligamus contra eundem Dn. Lantgravium & suos, super omnibus controversiis, questionibus sive causis, sibi & Ecclesie sue competentibus; & nullas cum eodem Dno Lantgravio & suis faciemus Treugas, concordiam sive pacem, sine prefati Domini nostri Archiepiscopi consilio & assensu expresso.

Hoc acto expresse, si forte dictum Dn. nostrum Archiepiscopum vel homines suos, & nos aut nostros adiutores vel amicos contingat aliqua lucra, in captivacionibus hominum sive alio modo quocumque simul percipere; quod illa lucra inter presentes, secundum numerum personarum cuiuslibet, in viriles porciones equaliter dividantur.

Et promittimus fideliter sicut ante, quod ad assistendum d. Dno nostro Archiepiscopo, & nobis, secundum formam prescriptam; contra predictum Dn. Lantgravium attrahemus

& inducemus, quotquot possumus, nostros Dominos, Consanguineos, & Amicos, omni dolo & fraude prorsus exclusis. Est & actum, quod huiusmodi mutua obligacio incipere debeat post mutuam tradicionem dicti Dni nostri Archiepiscopi & nostrarum desuper Litterarum.

In quorum testimonium Sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Et ego WERNHERUS de *Westerburg* Armiger predictus, quia sigillo proprio careo, Sigillis patris mei & *Wernheri* de *Rumerode* predictorum, presentibus sum contentus. Datum *Ameneburg*, Anno Domini MCCCXV, III
3 Febr. Nonas Februarii.

XC.

„DE *bonis in* Boppenhusen.„

An. 1315.

NOS LUDEWICUS Comes senior *de* RIENECKE. Tenore presentium recognoscimus, & cupimus omnibus - - esse notum, quod in nostra presencia constituti, DYROLDUS Miles dictus *Kotzelin*, CONRADUS *Stude* Sculletus noster, & THEODERICUS dictus *Streckauss* Armigeri: Et HARTMUDUS d. Nozel, & H. d. *Sakelin* opidani in *Grunsfelt*; Recognoverunt coram nobis publice, se esse fideiussores obligatos pro - - SYFRIDO nostro Notario, Rectore ecclesie in *Boppenhusen*, ad XII annos, qui incipient currere in *Kathedra Petri* anno Dni MCCCXV, quod si ipse *Syfridus* non solvet - - Decano & Capitulo eccl. *Aschaffenb.* de Curte & bonis suis in *Boppenhusen* ante festum bti *Martini* V. libras *Hall.* & XL maldra tritici boni & electi ad opidum *Wertheim*, illius mensure, vel ad opidum *Aschaffinburg*, eiusdem mensure ad eorum granarium annis singulis, suis laboribus periculo & expensis; Ipsi ex tunc, moniti, infra Quindenam intrabunt opidum *Bischoffsheim* una omnes simul, hospicio commesturi tam diu, donec predicti census & pensio, vel si quid neglectum fuerit, integraliter

liter persolvatur. Et si aliquis eorum volente Domino, quod absit, migraverit medio tempore ab hac luce; si alter illius non subrogabitur infra mensem per prefatum *Syfridum*, vel *Ludewicum* fratrem suum Rectorem ecclesie in *Grunsfelt*, qui ad complecionem predictorum XII annorum si ipse *Syfridus* decesserit ei succedet; Ipsi iterum in predicto opido fideiussorie comedent tam diu, donec fideiussor substituatur loco premortui ita bonus. Et hoc promiserunt data fide manuali fideliter adimplere.

In cuius rei testimonium ad preces *Syfridi* & *Ludewici* Rectorum ecclesiarum predictarum, & predict. fideiussorum confessionem & petitionem, nostrum Sigillum duximus presentibus appendendum. Datum & actum Anno Domini MCCCXV, in die *Valentini*. *14 Febr.*

XCI.

,, *De Curia* G. Lesch *in* Mulenheim.,,

An. 1315.

AD universorum noticiam tenore presencium perducatur, quod ego GERHARDVS dictus *Lesche* Armiger & Castrensis in *Kalsmunt*, communicata manu & consensu mutuo LYSE uxoris mee legitime, vendidi - - - GERLACO dicto *Mardirsele* Scabino *Wetfl*.., HILDEGVNDI uxori sue, & suis heredibus — tria maldra - - siliginis — — annue pensionis - - ex Curia mea sita in *Mulenheim*, quam possident pueri quondam dicti *Diffenbechers*, - - - - sibi in domum suam - - circa festum B. *Bartholomei* Ap. annis singulis, pensionis nomine, meis sumptibus & laboribus presentanda. - - - - *Autogr.*

In quorum omnium testimonium - - , quia sigillo proprio careo, tradidi sibi presentes litteras, Sigillo Strenui Militis CVNONIS, dicti *de Hazzegestein* *, commorantis in *Novo Wilenowe*, una cum sigillis meorum Concastrensium in *Kals-*

* Hastein.

Kalsmunt & Civitatis *Wetfl.* - - - fideliter communitas. - - - -

Actum & datum Anno Domini *M. CCC. Quintodecimo.*
16 Febr. Dominica qua cantatur *Invocavit me.*

XCII.

„ *Separatio ecclesie in* Husen *ab ecclesia in* Lychen. „ *An.* 1315.

ex Autogr. IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Gloriosus DEUS in Sanctis suis, & in Maiestate mirabilis: Eius donum decet Sanctitudo; cuius inperscrutabilis sapientie altitudo nullis inclusa finibus, nullis limitibus comprehensa, nec locorum circumscriptionibus coartata, recti censura iudicii celestia terrenaque disponit; Verbo oris sui firmans Celestia; uberioris misericordie profluvio ac sacramentalis remedii antidoto Terrena; Medetur omnem terram incircumscripte misericordie prompta benivolencia plenam; & peculiariter & singulariter almam Matrem Ecclesiam, Sponsam suam electam ad parturiendam adoptionis sobolem reddens fertilem & fecundam. Tante igitur dignationis habundanciam omni laudum preconio condecet venerari; ac pie matris Ecclesie sinum maternum, & spiritualis regenerationis sacramentalem uterum, adinstar primitive Ecclesie expedit ampliare.

Noscat igitur presens etas, & posteritas successura; Quod nos *Frater* IOHANNES dictus Abbas Monasterii in *Arnsburg* - - , ex mandato & commissione Reverendi in XPO Patris, Dni PETRI Archiepiscopi *Mogunt.* ad augmentum cultus divini & pro commodo subiectorum pastorali cura vigilanter sollicii, de Nobilis viri Dni PHILIPPI senioris, Domini in *Minzenberg*, Patroni; & Nobilis domicelli OTTONIS, pastoris seu Rectoris consensibus, assignata tamen prius dote sufficienti, videlicet curia una & redditibus VIII marcarum den. *Col.* tribus *Hallensibus* pro denario computatis, & iure in pascuis com-

communibus & nemoribus ſicut ceteri villani; Eccleſiam & villam in *Huſen*, que Matrici eccleſie in *Lychen* filialis exiſtit, ab eadem matrice . . de prudentum virorum conſilio diviſimus & diſiunximus: Inſtituendo ibidem ſpecialem Curam & Baptiſterium; ut, que hactenus fuerat filia ſterilis, ſacramentali puerperio fecundata incipiat filios parturire. Preſencium quoque auctoritate litterarum, ipſam fore diſcernimus totaliter imperpetuum ſeparatam.

Ne tamen Filia, ſicut altera *Agar*, ex fecunditate huiusmodi contra Matrem ſeu dominam ſuam . . valeat ſuperbire; volumus & ordinamus, ut predicta matrix eccleſia in *Lychen* non obſtante ſeparatione - -, omnibus & ſingulis Decimis, tam magnis quam parvis; Cenſibus, penſionibus, terris & proventibus, hactenus in villa - - *Huſen* & terminis eius habitis, de cetero pacifice pociatur; & nichilominus in ſignum ſubiectionis antique, Eccleſia in *Huſen* . . tres ſolidos *Hall.* annuatim - - matrici - - in *Lychen*, nomine cenſus ſolvere teneatur.

Annectentes ſtatuimus, quod Plebanus - - in *Huſen* cum ſua plebe, in Rogationibus, Letaniis, Stationibus, ſeu quibuſcunque Proceſſionibus ſollempnibus aliis, in Reliquiis Sanctorum, vel ut vulgariter dicitur Crucibus deportandis, annis ſingulis ad predictam matricem eccleſiam *Lychen* cum ſuis crucibus: & in Dedicatione eiusdem matricis devote veniant, ſuas Cruces cum crucibus eiusdem eccleſie matricis humiliter portaturi; ut eorum iocunda preſencia - -, Matrix eccleſia honoretur.

Inſuper ordinamus, ut Villani ad Synodum ſanctam in *Lychen*, de *Huſen* veniant temporibus oportunis; & adiuvent ad ſarta tecti eccleſie in *Lychen* reparanda pro rata ſua, & alias ſtructuras ibidem; ſi tamen hoc facere hactenus conſueverunt.

Fraternitatem quoque perpetuam inter Vicarium perpetuum - - - in *Lychen*, & Plebanum in *Huſen* - - - volentes nectere federe illibato; ſtatuimus, ut ſecundas Miſſas funerum

rum sollempnium in *Husen*, idem Vicarius oblationes percipiens perpetuo decantabit.

Et ut hec omnia & singula perpetuis temporibus permaneant inconvulsa, presentem Cedulam nostro, & predicti Nobilis viri Dni PHILIPPI de *Minzenberg*, ac Illustris Dne conthoralis sue, Domine MEHTILDIS Comitisse de *Cygenben*, neptis Sancte ELYZABETH, matris predicti Domicelli OTTONIS Rectoris, sigillis decrevimus muniendam.

Datum & actum Anno incarnationis Dominice M.CCC.XV.
4 Mart. Quarto Nonas Marcii. Indictione XII. Epacta XIIII concurrente II. Vacante Sede Apostolica; *Imperio* vero *sub Lite pendente*. Testes: *Magister* HARTMUDUS Grangiarius. CUNRADUS Camerarius. HERMANNUS de *Marpurg*. CUNRADUS de *Gruningen*, Monachi in *Arnsburg*. HARTMANNUS *Goltsac* Notarius. WERNHERUS Plebanus in *Husen*, & alii quam plures fide digni.

XCIII.

„*Littera preceptoria ad* Frankofordenses, *quatenus* „*Episcopo* Mogunt. *de trecentis libris Hall.* „*redditibus respondeant.*

An. 1315.

LUDEWICUS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Prudentibus viris, Sculteto, Consulibus, & Civibus in *Frankford* fidelibus suis dilectis, Gratiam suam & omne bonum.

Cum nos Venerabili PETRO Archiepiscopo Maguntino, Successoribus suis, vel eis quibus ipse hoc deputaverit, assignaverimus trecentas libras *Hall.* redditus, percipiendos annis singulis a Iudeis *Frankfordensibus* Camere nostre Servis, pro conservatione Castrorum & opidorum *Oppenheim*, *Odernheim*

heim & *Swabesberg*, & quorundam aliorum Locorum, que sibi pro certis causis obligavimus, prout in aliis Litteris nostris confectis desuper plenius continetur; * Fidelitatem vestram requirimus, mandantes vobis, & omnino volentes, quatenus prefatos Iudeos [ad hoc, ut predictum Archiepiscopum & Successores suos vel eos quibus Ipse deputaverit, hoc annis singulis expediant sine difficultate de Precaria memorata, donec Pignora prefata redimantur] informetis, & efficaciter teneatis; nec permittatis, eosdem ultra id vexari quomodolibet, vel turbari. Salvis tamen eidem Archiepiscopo - - - aliis obligationibus sibi conpetetentibus ex quacunque causa, seu quovis modo in Iudeos predictos. * n. LXXXVIII

Datum in Castris apud *Spiram*, Anno Domini MCCC *Quintodecimo* Nonas Marcii. Regni vero nostri anno Primo. 7 Mart

XCIV.

„*Littera Commissionis, quod* Ar. M. *Opidi & Castri* „Oppenheim *distractiones requirat.*

An. 1315.

LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Venerabili PETRO Sce Maguntine Sedis Archiepiscopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, Principi & Secretario suo Karissimo, Gratiam suam & omne bonum.

Quia Castrum & opidum *Oppenheim* cum omnibus suis pertinenciis, propter urgentem necessitatem & evidentem utilitatem Nostri, & Imperii tibi duximus obligandum; nolentes quoque, huiusmodi obligationis tempore nos & Imperium in aliquibus iuribus & honoribus dictorum Castri & Opidi negligi quomodolibet & fraudari; Sinceritati tue seriosius iniungimus & mandamus, quatenus omnia Bona, mobilia sive immobilia, & Iura quelibet de predictis castro & opido alienata, distracta, sub-

ſubtracta, vel neglecta quovis modo a retroactis temporibus usque modo, nomine noſtro & vice noſtra repetas, exigas, & requiras, & ad ius noſtrum & Imperii reducas, modis & viis omnibus quibus videris expedire. Tantam in hac parte exhibens diligentiam, ut ex eo de Regali munificentia digne commendari merearis.

18 Mart. Datum *in Caſtris apud Spiram* XV Kal. Aprilis. Anno Domini *MCCC Quintodecimo.* Regni vero noſtri anno Primo.

XCV.

„ *Littera privationis feudorum*, Caſtrenſium *in* Op-
„ penheim, *qui ipſi* LVDOWICO *Regi contra*
„ *Hoſtes Imperii debitum ſervicium non*
„ *impenderunt.*

An. 1315.

LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Venerabili PETRO Archiepiſcopo Maguntino, Principi ſuo dilecto, Gratiam ſuam & omne bonum.

Cum hi, qui nos debitis ſuis ſerviciis non recognoſcunt, graciis & beneficiis que a nobis & Imperio tenent reddunt ſe indignos; Sinceritati tue committimus, volentes, quatenus Caſtrenſes in *Oppenheim*, tam antiquos quam novos, qui nuper nobis apud *Spiram* neglexerunt contra noſtros & Imperii hoſtes obſequi vel ſervire, feodis ſuis caſtrenſibus ibidem, quibus & nos eos privamus in his ſcriptis, auctoritate noſtra Regia privare nullatenus pretermittas.

25 Mart. Datum apud *Wimpinam* Anno Domini MCCC *Quintodecimo.* VIII Kal. Aprilis. Regni vero noſtri anno Primo.

XCVI.

XCVI.

NOBILES de Aschhausen *spondent assistentiam* PETRO, *bellum pro Imperio contra Duces* AVSTRIÆ *moventi.*

An. 1315.

[*p.641. n.6.*]

Nos GOZO, WILHELMVS & HENRICVS, fratres *de Aschusen* Armigeri. Recognoscimus publice in his scriptis, quod Venerabilis in XPO Pater & Dominus, D. PETRVS, sce Maguntine Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, nos & heredes nostros, *utriusque sexus*, in suos Castrenses Successorum suorum & Ecclesie Maguntine conquisivit, & propter hoc nobis dedit CXXX III libras *Hall.* in parato; Ita quod nos eidem Dno Archiepiscopo & Ecclesie Maguntine redditus decem librarum *Hallens.* nostro & aliorum fratrum nostrorum nomine in bonis nostris que habemus in villa *Gunnesbach*, que cum eisdem redditibus oneramus, assignavimus, & presentibus assignamus; Quos redditus ab ipso Dno Archiepiscopo - - - nos & quilibet nostrum recipere & tenere in feodum castrense tenebimur, & fideliter deservire.

Nos insuper GOZO, WILHELMVS & HENRICVS predicti, ipsi Dno Archiepiscopo contra Illustres Dominos Duces *Austrie*, & suos fautores, cum quibus iam habet Guerram pro Imperio, astare promittimus in partibus *Suevie*, *Alsacie*, *Frankonie*, & in nostro confinio, & fideliter assistemus. Si vero extra Terminos predictos ad longinquas partes nostro indigeret servicio & assistencia, in hoc debet nostram benivolenciam prevenire.

Est preterea inter predictum Dnm nostrum Archiepiscopum & nos actum & tractatum; quod Castellum nostrum *Aschusen*, in pred. guerra contra Duces *Austrie* predictos &

Q eorum

eorum fautores, perpetuo, Sibi, Successoribus suis & Ecclesie Maguntine contra quoscunque; Imperio, & Nobili viro BOPPONE Comite *de Eberstein* duntaxat exceptis, in omnibus eorum utilitatibus & necessitatibus in accessibus & egressibus apertum esse debet libere, sine dolo. Et, si predictus Dns noster Archiepiscopus & Ecclesia Maguntina cuiquam de Castro nostro *Aschebusen* predicto, quod eis apertum esse debet in omnibus eorum necessitatibus & utilitatibus ut premittitur, guerram movere vellet, hoc facere tenebuntur suis propriis in expensis. Et super premissis omnibus & singulis fideliter observandis, pro nobis, fratribus & heredibus nostris, corporale prestitimus iuramentum.

In cuius rei testimonium presentes litteras Sigillo mei *Gozonis* predicti, quo nos *Wilhelmus* & *Henricus* frater eius, cum propriis sigillis careamus, contenti sumus & utimur in hac parte, tradimus communitas. Actum & datum *Amorbach*,
30. Martii. Anno Domini M CCC XV. III Kal. Aprilis.

Consimilis tenoris Litteram sub eodem Dato tradidit CONRADVS *dictus* Phal *de* Aschhausen; *Anno vero 1331* CONRADVS senior, *itemque* APELO de Aschhausen. *Et an. 1334* HENRICVS de Aschhausen, *dictus* de Biringen, *in Chartis memorantur.*

XCVII.

„*Littera donationis super Castro* Richenstein.

An. 1315.

LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Dilectis sibi HOLDERLVMERIO & CONRADO *Dyemari* Civibus *Wormat.*. Gratiam suam & omne bonum.

Fidelitatem vestram volumus non latere, quod propter grata obsequia, nobis per Venerabilem PETRVM Archiepiscopum Maguntinum multipliciter exhibita, ac in refusionem expensa-

pensarum gravium quas pro nostra utilitate & promocione sustinuit; Sibi & Ecclesie Maguntine Castrum nostrum in *Richenstein* tradidimus & donavimus, titulo proprietatis - - - perpetuo possidendum.

Quare vobis committimus seriose, ut prefatum Castrum - - postquam a nobis absolutum fuerit, sibi & Ecclesie sue Mag., vel eius Successori si forte, quod absit, antequam a nobis ipsum castrum absolveretur, eum decedere contingeret ab hac luce, cum per ipsius vel successoris sui aut Capituli Maguntini litteras aut certos nuncios requisiti fueritis, tradatis sine contradictione qualibet & assignetis; ipsos in corporalem possessionem eiusdem castri inducendo. Et de hoc statim visis presentibus sibi cautionem sufficientem faciatis, de qua bene valeat contentari.

Datum *Monaci*, Anno Domini *MCCC Quintodecimo* pridie Nonas Maii. Regni vero nostri anno Primo. *6. Maii.*

XCVIII.

CONSENSUS *Nobilium* de Gudenberg *in alienationem curiæ* zum Mühlbaum.

An. 1315.

NOS EBERHARDVS, HENNEKINVS & PHILIPPVS, quondam Nobilis viri Dni Philippi de *Gudenberg* Nati recognoscimus, - - - quod, cum Honesta Matrona ELIZABET, relicta quondam Strenui viri MARQVARDI Militis *de Badinheim*, Curiam dictam de *Mora* sive *zum Mulboume*, ex opposito curie *ad Lapidem* Maguntie sitam, quam a nobis in feodo possedisse dinoscitur, una cum sua filia KATHERINA & RVDOLFO eius marito, THEODERICO dicto *de Heidersheim* Armigero suisque heredibus vendiderint & resignaverint mere proprietatis titulo possidendam; Nos ad predictorum *Elizabet*, atque K. & R. coniugum, suorumque consanguineo-

rum & amicorum precum instanciam nobis factam, eandem curiam prefato *Theoderico* suisque heredibus & posteris proprietamus, & - - propriam facimus a nobis nostrisque successoribus & heredibus perpetuo universis.

n. Maii. In cuius facti testimonium (*&c.*) Datum Anno Domini MCCCXV, Sabbato ante *Cantate*.

XCIX.

Ratificacio arbitramenti super bonis Prepositure Sanctalbanensis *in* Hœchst.

An. 1315.

ex Autogr. Nos Siboldus Dei gratia Abbas, totusque Conventus monasterii Sci *Albani* extra muros Magunt. Scire volumus universos presentium inspectores, & pronunciamus in his scriptis, quod nos ordinationem Cause, que inter Religiosas personas Dn. Abbatem & Conventum monasterii in *Arnsborgh*, Abbatissam & Conventum - - de *Throno* Ord. Cyst. ex parte una, & nos - - ex parte altera, super bonis Prepositure nostre in *Hœsteb*, sitis in terminis ville *Acrustele* vertitur seu hactenus vertebatur, factam seu faciendam per Arbitros, arbitratores seu amicabiles compositores, videlicet *Magistrum* Reinhervm Cantorem & Canonicum ecclesie *Frankinvord.* & Heinricvm de *Bienbach* Plebanum in *Crustele*, ratificamus, & ratam habere volumus & habemus, pro nobis nostrisque successoribus in perpetuum. Sub presentium testimonio litterarum, quas in signum ratihabitionis predicte Sigillis nostris* fecimus communiri. Datum Anno Domini MCCCXV. VII Idus Maii.

* a) S. Siboldi Di gra Abbatis Mon. Sci Albani Mog.

b) Sanctvs Albanvs Martir Xpi.

C.

C.

„*Contractus cum Fratribus* S. Iohannis *de* Wiszele.„

An. 1315.

VNIVERSIS presentes litteras visuris & audituris. Nos *Frater* HELPHRICVS de *Rudenkeim*, Prior sce Domus hospitalis *bti* IOHANNIS *Irlmt.* notum facimus, tenore presencium publice protestando; Quod contractum venditionis agrorum, Domui nostre in *Wissele* pertinencium, iuxta opidum *Frideberg* in campis ville *Furbach* sitorum, a *Fre* GYLBERTO *Binthamer* Commendatore domus eiusdem, pro LXIII marcis *Colon.* denar., pro quolibet denario tres *Hallenses* computando, numeratis traditis & solutis, cum Religiosis - - Dominabus . . Abbatisse & Conventu . . in *Altenburch* - - - de scitu & voluntate nostra initum, ratum gratum perpetuo habentes; ipsum Contractum & eius effectum auctoritate presencium ex certa sciencia duximus confirmandum. Promittentes nichilominus, Conventui predicto, si necesse fuerit, de dictis agris iustam & firmam gwarandiam prestare, secundum consweudinem Terre generalem. *ex Autogr.*

Insuper promittimus - - eisdem in his scriptis, quod si de quinque Quartalibus, que aliqui sub dubio Ecclesie *Moguntine* iure hereditario asserunt pertinere, imposterum impeterentur, verisimiliter iure hereditatis seu proprietatis *gwarandizare* debemus; vel saltem pro quolibet iornali XXX solidos Colon. pro eisdem perceptos, restituere integraliter, cum requisiti fuerimus, sine omni contradictione faciemus.

In cuius rei testimonium, & confirmacionem premissorum, nostri Prioratus sigillum appendimus huic scripto. Datum feria sexta ante festum bti *Barnabe* Apost. proxima. Anno Domini M.CCC.XV. *m. Iun.*

CI.

Obtenta a Magiſtratu facultas per Sententiam, condendi Teſtamentum reciprocum.

An. 1315.

ex Autogr. NOS IVDICES & Scabini Civitatis *Wetflarienſis* notum facimus Litterarum preſencium perceptoribus univerſis, & publice profitemur, quod GVDA & HEDEWIGIS germane, Begine, filie quondam CONRADI dicti *Burenheymers* noſtri concivis, conſtitute in figura Iudicii coram nobis, obtinuerunt per Sentenciam a nobis iuſte latam, quod una aliam, & e converſo, poſſit in omnibus bonis ſuis legitime hereditare. Hereditabant ſe itaque mutuo, & una aliam ſuam faciebat heredem in omnibus bonis ſuis, mobilibus & inmobilibus, quocumque nomine nuncupatis, que habebant, aut quomodolibet acquirere poſſent in futurum, irrevocabiliter inter vivos; ſic ſane, ut poſt obitum unius, omnia bona ſua alteri ſuperſtiti, & nulli alteri remanere deberent, ſolute & libere imperpetuum poſſidendo, & pro ſua voluntate libera cum eisdem bonis omnibus & ſingulis quidquid voluerit faciendo; contradictione ſuorum heredum ſeu ſucceſſorum qualibet non obſtante.

Preterea recognoſcimus, quod HENRICVS *Faber*, filius quondam dicte *Getzen*, ipſarum Sororius, communicata manu *Irmendrudis* uxoris ſue, ipſarumque ſororis, vendidit & dedit, iuſto vendicionis titulo & mere proprietatis, *Gude* & *Hedewigi* ſororibus ſupradictis & ſuis heredibus, totam partem ſuam domus, ſite infra *Wetflariam* inter thuguria, quam dicte ſorores inhabitant, domibus CONRADI dicti *Druſchart* & METHILDIS eius noverce, intermedie, poſſidendam imperpetuum, & habendam pleno iure pro certa Summa pecunie, quam ſibi ab eisdem numeratam aſſeruit penitus, & pagatam.

In

In cuius rei teſtimonium, & robur omnium premiſſorum, Sigillum noſtre Civitatis *Wetſlarienſis*, & ad rogatum Coniugum & ſororum predictarum hinc inde preſentibus appendendum duximus in ſignum veritatis.

Actum preſentibus HEINEMANNO *Gerberti* HERMANNO *Seligen* Scabinis Civitatis predicte, & aliis fide dignis. Datum Anno Domini M.CCC. *Quintodecimo.* Feria ſecunda poſt feſtum btor. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum. *1 Iulii.*

CII.

OFFICIA *Locorum Mogunt. in* Haſſia *committuntur* Rabano *de* Calenberg.

An. 1315.

NOS PETRVS *Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, recognoſcimus, quod nos Strenuo Militi, dicto RABEN de *Calenberg*, Officium noſtrum in *Fritslar*, cum ſuis redditibus, iurisdictionibus & iuribus univerſis, preter Iudeos noſtros ibidem, & villam *Denſpurg*, ac Emendas ultra ſexaginta ſolidos denariorum *Fritslarienſium* ſe extendentes, que nobis debent derivari, commiſimus, & committimus in his ſcriptis. *ex Autographo.*

ITEM Officium noſtrum in *Geyſmaria* cum omnibus ſuis redditibus, villis, terris, poſſeſſionibus, iurisdictionibus, nemoribus, pratis & paſcuis eidem dicto *Raben* ſimiliter commiſimus, preter redditus noſtros in *Geyſmar*, dictos *Gotzbusgelt*, & alios minutos redditus ibidem, ſcilicet *furfura* *, pullos, decimam minutam, optimalia, ſepum, viginti unum maldra eque ſiliginis, ordei, & avene; quos redditus Civibus noſtris ibidem pro certa Summa pecunie duximus obligandos. Et preterea Emendas, que ultra ſexaginta ſolidos ſe extendunt.

* FVRVART: Telonei ſpecies, forte idem quod *ius tranſitus, paſſagium.* DVFR.

ITEM

Item commiſimus ipſi *Raben* Caſtrum noſtrum *Haldeſſen*, cum manſis eidem caſtro attinentibus, & villam noſtram *Kalden*, & alias villas ſeu iurisdictiones quas habuimus circa nemus, quod vocatur *Reynerswalt*. Que Officia, Caſtrum, iurisdictiones, villas & redditus ipſe *Raben*, quam diu eſt noſter Officiatus, habebit, & ipſos redditus recipiet, nec de eisdem nobis tenebitur reddere rationem. Sed homines & terras noſtras, in ipſis officiis, caſtro, villis & iurisdictionibus exiſtentes, eisdem contentus redditibus, defendere tenebitur & tueri, & pro ipſis, quando & quociens neceſſe fuerit, *Placita* obſervare; & aliis Officiatis noſtris in Terra *Haſſie*, & ſpecialiter in *Nuwenburg* & *Iaiſperg*, cum requiſitus fuerit, adeſſe conſiliis & auxiliis, in Placitis & aliis factis Eccleſiam noſtram & noſtros contingentibus, fideliter & conſtanter, ſuis propriis in expenſis. Et nullas nobis conputabit expenſas ſive damna, niſi forte cum aliquo domino Terre guerram, propter quam maiores conſueto modo eum oporteret habere expenſas, haberet de noſtro iuſſu & mandato ſpeciali. In quo caſu, de expenſis & dampnis notoriis duntaxat, nobis rationem faciet, prout rationi & equitati conſonum fuerit. Hoc acto, ſi in huiusmodi Guerra aliquod, ſive in captivis, ſive in aliis rebus lucrum habuerit, quod illud nobis debeat derivari.

Nec ipſe *Raben*, ſi quocunque modo dicta Officia noſtra dimittere voluerit, vel nos ipſum mutare de eisdem; nos, vel Eccleſiam noſtram Moguntinam, aut Succeſſores noſtros qui pro tempore fuerint, pro aliquibus dampnis, debitis vel expenſis inpignorare poterit, aut debebit, per retentionem Munitionum, villarum, ſeu iurisdictionum quas a nobis recepit, ut premittitur, in commiſſo. Sed ipſas munitiones noſtras, cum villis, territoriis, iuribus & iurisdictionibus eorundem, nobis, Eccleſie noſtre Moguntine, vel ſucceſſoribus noſtris liberas repreſentare debet; ſuper expenſis & dampnis, . ſi in aliquibus ex ratione debita tenebimur, nos legitime moniturus.

Libertates quoque, ſi quas Villis predictis circa prefatum nemus *Reinerswalt* exiſtentibus concedere decreverimus in futurum,

durum, vel hactenus sunt concesse, illas idem *Raben* iuxta nostram seu Predecessorum nostrorum ordinationem tenebitur inviolabiles observare. Emendis & iuribus antiquis, que *Gewetde* volgariter dicuntur, sibi salvis; que ei cedere debent quam diu prefuerit nostris Officiis antedictis.

In cuius rei testimonium presentes Litteras fieri, & Sigillo nostro fecimus communiri. Actum & datum *Aschaffinburg*, Anno Domini MCCCXV, VII Idus Augusti. *7 Aug.*

CIII.

RENVNTIATIO *Advocaciarum in* Scheiden & Siboldshausen, *a* Friderico *de* Rostorf.

An. 1315.

NOVERINT universi, quod ego FREDERICVS de *Rostorph*, Miles, saluti anime mee cupiens providere, ad honorem DEI, gloriose Virginis MARIE genitricis eius, & bti MARTINI, Advocacias meas in villis *Scheiden* & *Syboldeshusen*, cum iure patronatus parrochialis ecclesie in *Syboldeshusen*, quas a Venerabili Domino meo Dno PETRO Archiepiscopo & Ecclesia sua Maguntina habui & tenui in feodo, irrevocabiliter dedi, & presentibus do, perfecta donacione inter vivos, ipsi Domino meo Archiepiscopo & Ecclesie sue Maguntine, cum omnibus suis honoribus, iuribus, possessionibus, redditibus & pertinenciis, quocumque iure aut nomine censeantur: Et easdem Advocacias predictis Dno Archiepiscopo & Ecclesie sue Maguntine in presencia Honorabilium virorum - - Iudicum sancte Maguntine Sedis, nec non Dnor. EBIRHARDI * Cantoris Maguntini, SIFFRIDI de *Solmeze* Prepositi *Aschaffinburgensis*, BERTOLDI Decani S. *Petri*, HILDEBRANDI ** Decani, & *Magistri* GOTFRIDI, Scolastici S. *Stephani* Ecclesiarum Magunt.; CONRADI de *Rudensheim* Vicedomini per *Rinkoviam*, IOHANNIS *Marscalci* de *Lorch* Mili-

ex Autographo.

* *de Lapide.*

** *de Mühlhausen.*

Militum, & aliorum plurium fide dignorum, libere resignavi, & in his scriptis resigno, perpetuo possidendas.

Possessionem quoque corporalem Advocaciarum earumdem, nomine dicti Domini mei Archiepiscopi & Ecclesie sue Maguntine infra quindecim dierum spacium secundum morem patrie tradam Strenuo Militi HERMANNO de *Bulzingesleben* Castrensi in *Rusleberg*, ad hoc per dictum Dominum meum Archiepiscopum & Ecclesiam Maguntinam legitime constituto. Ad hec autem accessit consensus & voluntas Consanguineorum meorum, *Hildebrandi* Militis, *Bernhardi* Armigeri, fratrum *de Hartenberg*: *Iohannis* de *Hartenberg* Militis, & *Burchardi* Armigeri fratris sui, dictorum *de Saldra*, quorum Sigilla una cum meo sigillo presentibus sunt appensa.

Et nos HILDEBRANDVS Miles, BERNHARDVS Armiger, fratres *de Hartenberg*: IOHANNES Miles & BVRCHARDVS Armiger fratres *de Hartenberg* dicti *de Saldra* predicti recognoscimus, quod predicte donacioni nostrum consensum liberum apposuimus; & sub appensione Sigillorum nostrorum apponimus per presentes. Renunciantes omni iuri, quod nobis vel alicui nostrum in predictis Advocaciis vel aliqua earum compeciit vel competere potuit. — —

Ad perpetuam itaque huius rei memoriam & inviolabilem firmitatem nos Iudices sce Maguntine Sedis ad rogatum predictorum - - -, Sigillum Sedis nostre, una cum sigillis eorumdem, presentibus Litteris duximus apponenda.
12 Aug. Datum Anno Domini MCCCXV, II Idus Augusti.

Sigillum Hardenb. *ostendit duas, forma antiqua Claves erectas.*

CIV.

CIV.

„*De Anniverſario* PETRI *Epiſcopi* Moguntini, „ *& de Bonis*, *per eundem Eccleſie* Aſchaffenburgenſi *donatis*.„

An. 1315.

PETRVS *Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopus*, *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*. Devotis ſuis, & ſibi in Xpo Dilectis - - Decano & Capitulo Eccleſie *Aſchaffenb.* . ſalutem, ſinceriſſimo cum affectu.

Cum pia elemoſinarum largitio, & devota, non ſolum peccatorum maculas diluat in hac vita, verum etiam veniam & gloriam conferat in futura; Nos, deſiderantes in huiusmodi pie devotionis affectu aliqualiter inveniri, ut orationum veſtrarum, & bonorum operum ſuffragiis, que Domino feceritis inſpirante, participes eſſe poſſimus; &, ut tam in vita, quam poſt mortem apud vos & veſtram eccleſiam noſtri memoriam perpetuo relinquamus; Legamus, tradimus & donamus, donatione inter vivos, vobis, & ſociis veſtri Chori, & per conſequens Eccleſie veſtre, Redditus quinque librarum *Hallenſium*, cum noſtra propria pecunia comparatos a BERTHOLDO de *Walſtat* Milite, qui eos a nobis in feodo tenuit & a noſtra Eccleſia Moguntina; conſenſu expreſſo predicte eccleſie Capituli - - - ad hoc legitime accedente: Ita ut feria quarta proxima poſt Dominicam *Quaſimodo geniti*, vel in prima ebdomada quando fieri poterit oportune, pro noſtra, & Parentum noſtrorum, ac omnium fidelium ſalute vivorum, Miſſam *tonaliter* decantetis; Nobis autem ſublato de medio huius vite, predictarum V. librarum in noſtro anniverſario tres libras Hallenſium, in *Septimo* unam libram, & in die *Triceſimo* unam libram - - inter preſentes Canonicos & Chori ſocios annis ſingulis in perpetuum equaliter dividetis; Miſſa pro ſalute vivorum penitus tunc ceſſante.

In cuius rei teſtimonium vobis damus has Litteras, noſtri magni Sigilli munimine roboratas. Datum Anno Domini MCCCXV, menſe Octobri.

CV.

„Littera *Dni* Wormatienſis *ſuper quodam Orto*.„

An. 1315.

Emmericus D. G. Epiſcopus *Wormatienſis*. Honorabilibus viris Dnis Decano & Capitulo Eccl. *Aſcb.* ſalutem, cum dilectione ſincera. Memineritis, nos grata beneficia a vobis & veſtra eccleſia ſepe recepiſſe; pro quibus grata viciſſitudine cupientes vos & veſtram eccl. favore benigno proſequi, & deſiderio ſpeciali; Vobis - - pro noſtro & parentum noſtrorum animarum remedio & ſalute tradimus Ortum & Vinarium noſtrum, cum Pomerio, ſita circa foſſata Opidi *Aſcb..*, & libera donacione inter vivos donamus, pure ſimpliciter & in totum, cum ſuis pertinenciis univerſis: ita ut deinceps de bonis pred. utamini tamquam veſtris; ac Anniverſarium noſtrum & parentum noſtrorum perpetue annis ſingulis in veſtra eccleſia more ſolito ſollempniter peragatis, cum Miſſis & Vigiliarum ſollempniis decandandum.

In cuius rei teſtimonium Litteras noſtras tradimus, Sigilli noſtri appenſione munitas. Datum *Wormatie* tercia feria
m. Oct. ante *Galli*. Anno Dni MCCCXV.

CVI.

CVI.

Dynastæ de WESTERBVRG *omni contra Moguntinam Sedem Actioni renuntiant; quodque Senior de familia, eiusdem debeat esse Vasallus.*

An. 1315.

Nos AGNES, * relicta quondam Dni HEINRICI, Domini *de Westerburg*, REINHARDVS & IOHANNES, nati eorundem ——, nunc Domini in *Westerburg*; & ALHEIDIS relicta quondam Dni SIFRIDI de *Westerburg* fratris predictorum Dnor. *Reinhardi* & *Iohannis*, Recognoscimus quod nostro & omnium heredum nostrorum nomine, & specialiter nomine heredum quondam SIFRIDI de *Westerburg*, videlicet HEINRICI, REINHARDI ** & MENE, quorum

R 3 tute-

* *Ista* Agnes *pregnata fuit e Dynastis* Limburgensibus *ad* Lahnam *fl. Soror* Imaginæ *Imperatricis, uti sequens commonstrat litterarum particula.*

IMAGINA von Gots gnaden Konigin, eliche Wirtinne etwan Adolfs Romischen Koniges, und Gerlach Greve zu Nassaue unser eldeste Son, bekennen, daß wir mit willen und verhengnus des Edlen Manns, Johansen Herren zu Limpurg unsers Bruders, und der Edlen Frauen „Agnesen von Westerburg unser lieben Swester„ den Edlen ——, Philip und Philip von Salckenstein —— alle unsere Huben, gelegen bey Mingenberg, in der sted das da heiset Hergenhols, han gelichen —— zu Erben recht *(&c.) Data sunt* Weilburgi *an. MCCCV, Veneris ante diem* Thomæ *Ap.*

** *Anno 1331 connubio sibi iunxit* BERTHAM *Falckensteiniam.*
Wir Reinhard Herr zu Westerburg ———, Als unser Swager von Falckenstein, mit Rugraven Henrich und mit Jufrauen Berthen von Falckenstein sin gescheiden *&c.* Auch geloben Wir Reinhard H. zu W. daß die Jufrau Berthe ist gelobt uns zu einer elichen Husfrauen *&c.*

Item:

tutelam vel curam ego *Reinhardus* predictus gero, omni impeticioni, actioni & iuri, si que progenitoribus nostris, nobis aut nostris heredibus compecierunt, vel competunt quoquo modo contra Reverendum in Xpo Patrem & Dominum nostrum, Dn. PETRVM Archiepiscopum *Maguntinum* & Ecclesiam Maguntinam, communiter vel divisim, omni dolo & fraude exclusis pure & libere renunciavimus, & presentibus renunciamus; volentes eidem Dno Archiepiscopo & Ecclesie sue inantea servire, in quibus possumus & valemus.

Et specialiter, quia predictus Dns noster Archiepiscopus nobis centum & quinquaginta marcas denariorum *Coloniensium*, tribus *Hallensibus* pro denario quolibet computatis, dedit & donavit in hunc modum, quod, quicunque inantea senior in nostra progenie fuerit, & dominium in *Westerburg* obtinuerit, suus & Ecclesie Maguntine Vasallus esse debeat; in bonis nostris propriis, que magis bonis dicti Dni nostri Archiepiscopi adiacent, Redditus quindecim marcarum dicti pagamenti eidem Dno Archiepiscopo & Ecclesie sue Maguntine in proximo festo *bti* MARTINI hyemalis resignabimus & resignare promittimus; quos redditus ego REINHARDVS, quam diu dominium in *Westerburg* tenuero, & post me frater meus, vel qui senior in parentela nostra fuerit & dominium in *Westerburg* obtinuerit, a Dno Archiepiscopo - - - & Ecclesia Maguntina recipere tenebimur in feodum, & fideliter de servire.

Promittimus eciam, si super aliquibus impeticionibus, exactionibus vel iuribus, nobis vel heredibus nostris competentibus contra predictum Dn. Archiepiscopum vel Ecclesiam Maguntinam, aliquas Litteras quocunque tempore invenerimus,

Item: Wir Reinhard H. zu W. und Frau Berthe unser eliche Hussfrau &c. 1332. „Nota, So ist ein Brieff, wie min „Herre von Westerburg Frauen Berthen von Falckenstein „sin eliche Frau bewedemet hatte uff Schadecken.„

Ceterum IOANNES de Westerburg *Archidiaconus in Ecclesia* Treverensi S. Lubencii *in* Ditkirchen *occ. ad an.* 1391.

mus, quod illas mox Ipsi - - restituemus, & nichilominus omni commodo huiusmodi litterarum; cuiuscunque tenoris existerent, renunciamus; volentes eas inposterum nobis vel successoribus nostris penitus non valere.

Nos insuper AGNES, REINHARDVS & IOHANNES, & ALHEIDIS supradicti promittimus, nos procuraturos & effecturos, quod *Heinricus Reinhardus* & *Mena* heredes quondam Dni *Sifridi* de *Westerburg* predicti, cum ad etatem provectam pervenerint, omnia supradicta rata tenebunt & de eis firmiter & inviolabiliter observandis similiter litteras suas dabunt.

In quorum omnium testimonium & perpetuam firmitatem nos *Agnes* - - - Sigilla nostra - - - presentibus Litteris duximus apponenda. Datum Anno Domini MCCCXV, X. Kal. Ianuarii. *23 Dec.*

CVII.

INSTRVM. NOTARIALE,

continens promissionem Dni PHILIPPI *iun. de Falckenstein, quod restituere velit Capitulo* Mog. *bona sua in* Hillesheim, *quibus illud spoliaverat, una cum fructibus perceptis.*

An: 1316.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Per presens publicum Instrumentum pateat universis, quod constitutus coram Honorabilibus viris Dominis, EBERHARDO * Cantore, WERNHERO de *Bolandia*, SIFRIDO de *Solmisse*, WERNHERO de *Indagine*, GERHARDO de *Battenburg*, ELMERICO de *Rudensheim*, ac HEINRICO de *Rodenstein* Canonicis Ecclesie Maguntine, nec non Nobili viro Dno *de Eppenstein*, ac in presencia mei Notarii publici infra scripti; Nobilis vir Dns PHILIPPVS iunior *de Falckenstein* recognovit, & publice fuit confessus, quod ipse deberet, & promisit, quod vellet Honorabiles viros Dnos Decanum & Capitulum ecclesie

* *de Lapide.*

Magunt. predicte mittere in possessionem omnium bonorum suorum, sitorum in villa *Hillensheim*, a quibus ipse Dns *Philippus* eosdem - - eiecerat violenter. Promisit eciam dictus Dns *Philippus*, prefatos Decanum & Cap. in dictis bonis contra iusticiam nunquam impedire, nec de bonis eisdem violenter eicere, sed, cum sibi videretur expedire, sepedictos - - vellet impetere super bonis eisdem iusticia mediante.

Recognovit eciam d. Dns *Philippus* & publice fuit confessus, se tenere & obligatum esse - - Capitulo - - in LXXX maldris siliginis magunt. mensure, de dictis bonis perceptis per ipsum, quam annonam solvere & dare promisit - - - expedite infra duo Festa, videlicet Assumpt. & Nativitatis beate Marie Virginis proxime affutura. Pro quibus quidem LXXX maldris - - pred. Dns *Philippus* - - Capitulo Nobilem virum Dnum de *Eppenstein* prefatum, nec non Strenuos - - PHILIPPVM *Rule* & CONRADVM *Forstmeister* Milites, constituit fideiussores, qui huiusmodi fide iussionis debitum in se receperunt, & fide corporali prestita in manus - - Dni Cantoris supradicti promiserunt, si pred. annona per - - Dnm *Philippum* non solveretur expedite termino supradicto, quod quivis eorum fideiussorum per unum servum cum equo fideiussionis debitum exsolvere, & commessaciones facere more bonorum fideiussorum in publico & honesto hospicio in civitate Maguntina, donec pred. LXXX maldra sil. fuerint - - Decano & Capitulo integre persoluta.

Acta sunt hec Anno - - MCCCXVI, Indict. XIV, *die tercia mensis Marcii* infra summam Missam, in Refectorio Ecclesie Mag. coram Dominis supradictis. Presentibus - - Dominis, IOHANNE *de Ryffenberg*, IOHANNE de *Fridberg*, Conrado de *Ansemburg*, * EBERHARDO de *Lapide* & CONRADO de *Ryetberg* † Canonicis; nec non ECKEHARDO *zum Windecken* Vicario ecclesie memorate; CONRADO de *Rudensheim* Vicedomino, & MERBODONE, militibus, nec non HEINRICO - - quondam Notario pred. Dni *Philippi* de *Falckenstein*, ac

* Aschenbruch.

ac aliis quam pluribus fide dignis, pro teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

† *Ex ſtirpe Comitum huius nominis. Sigillo, quod aliis appenſum tabulis vidi, comprobante.*

Et ego HARTRADVS de *Medebeche*, Clericus *Colon.* dioc. publicus - - Notarius, omnibus & ſingulis ſuprafcriptis - - - cum prenominatis Teſtibus preſens fui, ea omnia manu mea ſcripſi, & in hanc publicam formam redegi, meoque Signo conſueto ſignavi rogatus. Raſuram huius vocabuli *Domini* in viceſima prima linea, quam de certa ſciencia manu mea feci, approbo per preſentes.

CVIII.

CONRADVS Hohenloicus, *usque huc de caſtro* Schipff, *Vaſallus Imperii, nunc Subvaſallus Archiep. Mogunt.*

An. 1316.

[*p.642. n.6.*]

Sed in Comitis nomine, dum ibi Ludovicus *audit, nec non in Menſe,* IOANNIS *erravit.*

NOS CVNRADVS Dominus *de Hoenloch* recognoſcimus per preſentes, & ad univerſorum noticiam volumus pervenire, quod Caſtrum *Czips*, quod hucusque ab Imperio in feodum tenuimus, de mandato ſpeciali Sereniſſimi Domini noſtri, Dni LVDOWICI Romanorum Regis ſemper Auguſti, qui de eodem caſtro infeodavit Dnm PETRVM Archiepiſcopum & Eccleſiam Maguntinam, ab eodem Dno *Petro* - - in feodum recepimus; & heredes noſtri ab eo, ſucceſſoribus ſuis & Eccleſia Mag. recipere tenebuntur. Promittentes eidem . . Archiepiſcopo - - eam, quam racione dicti feodi tenemur, fidelitatem & obſequium. Dantes ſuper eo has Litteras noſtro Sigillo communitas. *ex Autogr.*

Datum *Nuremberg* Anno Domini MCCCXVI, VII Idus Marcii. *9 Mart.*

CIX.

„*Littera Dni* de Eppenſtein *ſuper venditione curie* „*ſue, quam pro tunc habuit in opido* „Aſchaffenburg.„

An. 1316.

Nos Syfridus de *Eppinſtein*, & Ysengardis eius collateralis. Recognoſcimus in his ſcriptis & conſtare cupimus - - univerſis, quod nos matura deliberacione prehabita, unanimi conſenſu & communicata manu vendidimus iuſte venditionis tytulo Honorabil' viris, Dno Decano & Capitulo Eccleſie *Aſch.*. Curiam noſtram in Opido *Aſchaffenb.* in vico Clericorum ex oppoſito domus Dni *de Brenden* ſitam, que olim fuit Diſcreti viri, dicti *Renſe*, Vicarii - -, per - - Capitulum - - cum ſuis pertinenciis, perpetuis temporibus poſſidendam, pro XL libris *Hall.* legalium & bonorum; quam pecuniam ab eisdem Dominis . . nobis porrectam & traditam recognoſcimus integraliter & ſolutam. Renunciantes omni exceptioni doli mali, & promittentes firmiter - -, dictos Dominos - - in prelibata Curia per nos vel noſtros heredes, aut per perſonas interpoſitas, publice vel occulte ullo ubiquam tempore nullatenus impedire.

In cuius rei teſtimonium — — Datum Anno . . - *m. Apr.* MCCCXVI, feria quinta ante Dominicam *Quaſimodogeniti.*

CX.

„De *renuntiatione Impetitionis bonorum in* Rodinburnen, *quam habebat Dns* de Bruberg.„

An. 1316.

Nos Ebirhardus Dominus *de Bruberg.* Recognoſcimus publice in his ſcriptis, ad univerſorum tam pre-

presentium quam futurorum notitiam deducentes, quod Curia seu bona in *Rodinburnen* Religiosorum Virorum . . Abbatis & Conventus monasterii in *Arnspurg* - -, infra limites seu terminos Iudicii de *Grunda* sita, ad nulla singularia servicia seu Sturas, sed ad sola Communia servicia, vulgariter dicta *Grevelich*e*s Dinstes*, ad que etiam alii residentes infra limites prefati Iudicii astringuntur, sunt quoquo modo obligata.

Et ne de hoc inposterum possit oriri aliquis erroris scrupulus; ad supplices preces predictorum Religiosorum, quos sincera caritate amplectimur, eosdem sub protectionis nostre munimine recipientes, presentes Litteras eis tradidimus, Sigilli nostri robore communitas. Testes huius rei sunt

ENGILHARDVS de *Frankenstein* Consanguineus noster. FOLRADVS Scultetus in *Frankenfurt*. HARTMANNVS de *Buches*. IOHANNES, filius eiusdem *Folradi*, Milites, fideles nostri. IVNGO de *Limpurg* Scabinus in *Frideberg*, & alii quam plures fide digni.

Datum Anno Domini MCCCXVI, in die *Primi & Feliciani* Martirum beatorum. *9 Iun.*

CXI.

MAGISTER *Hospitalis* S. Ioannis *transigit super omni Causa, quam Ordo* Templariorum *habebat adversus* Elisabetam - - *ratione filiorum suorum, dicti quondam Ordinis Fratrum.*

An. 1316.

[*T. I. p. 78. in Notis ad § IX.*]

Frater HELFRICVS de *Rudickheim* Magister Domorum S. *Iohannis* Iherosolimitani per Alamaniam. Vniversis presencium inspectoribus sive auditoribus notum esse

 volu-

volumus, publice profitentes, quod de omnibus causis, negociis, & factis, rebus atque bonis, mobilibus seu immobilibus, ac iuribus universis, super quibus nobis ac nostro Ordini contra ELYZABETHAM relictam quondam EMELRICI de *Pinguia* civis Maguntini, ac Dn. CONRADUM & alios suos fratres, filios ipsius *Elizabethe*, quondam existentes in Ordine *milicie Templi*, racione dicti ordinis quomodolibet Actio competiit seu competere potuit in futurum, composicio plana & amicabilis intervenit. Cui composicioni *Fratres* HENRICUS de *Hammerstein*, CONRADUS dictus *Ruser* Cellerarius in curia nostre Domus in *Maguntia*, HARTMANNUS de *Worden*, IOHANNES de *Winningen*, & TILEMANNUS, peritus in Iure, interfuerunt presentes *Maguntie* in nostra curia supradicta. Composicioni huiusmodi hoc addentes, quod eidem *Elizabethe* & suis filiis in suis negociis & factis, seu causis quibuslibet, munus promocionis secundum posse nostrum volumus favorabiliter atque effectualiter impertiri. Dantes sibi hanc Litteram sub nostro Sigillo sigillatam in evidenciam omnium premissorum.

13 Iun. Datum & actum Anno Domini MCCCXVI, Idibus Iunii.

CXII.

De Curia in Atspach.

An. 1316.

ex Autogr. EGO CHONEGUNDIS, soror quondam RUDOLFI Armigeri de *Adisbach*, recognosco publice, quod sana prehabita deliberacione vendidi, & vendo iuste vendicionis tytulo per presentes, HEINEMANNO *Gerberti* Scabino *Wetfl.*, HILDEGUNDI uxori sue & eorum heredibus, duo maldra siliginis - - ex Curia mea sita in *Adisbach*, & omnibus bonis meis, ubicunque locorum sitis; agris, pratis, pascuis, nemoribus, & aliis rebus quibuscunque, & quocunque nomine nuncupentur,

tur, sibi in domum suam infra *Wetflariam* circa festum bti *Bartholomei* annis singulis pensionis nomine presentanda; Vna cum alia pensione, quam sibi antea solvere & dare tenebar ex bonis meis supradictis, casu vel eventu quolibet non obstante. Vendidi eciam predictis Coniugibus tytulo iusti proprii, pratum meum situm *in dem Medesprunge* supra viam, possidendum imperpetuum & habendum pro certa Summa pecunie, quam sibi in debitis, que olim cum fratre meo predicto contraxi, penitus defalcavi.

In cuius rei testimonium & robur dedi sibi presentes Litteras, sigillo Civitatis *Wetfl.* meis precibus & instanciis fideliter communitas. Huius facti Testes sunt HERMANNVS *Selige*, GERLACVS *Mardirsele*, IOHANNES *Beyer*, dicte civitatis Scabini & alii fide digni. Datum Anno Domini *MCCC Sextodecimo.*

CXIII.

COMES de Zigenhain *obligat se ad assistendum* PETRO *contra omnes Ecclesiæ suæ Inimicos.*

An. 1316.

[*p. 639. n. 5.*]

NOS IOHANNES Comes *de Cygenhain* recognoscimus per presentes, quod Reverendum Dominum nostrum PETRVM Archiepiscopum Maguntinum, tam contra Dn. OTTONEM Lantgravium, Terre *Hassie* Dominum, quam omnes alios ipsius Dni nostri Archiepiscopi & ecclesie sue Maguntine iniuriatores, & inimicos quoscunque, excepto solum Romano Imperio, totis nostris viribus tenebimur adiuvare, quando & quociens super eo fuerimus requisiti. Et eandem opem Dns noster Archiepiscopus nobis faciet vice versa; deleta exceptione, quam in Litteris, quibus presens cedula est transfixa, de ipso Dno *Ottone* Lantgravio duximus exprimendam.
...

Datum Anno Domini MCCCXVI. Kal. Augusti. 1. Aug.

Transfixi Extractus.

- - - Predictus eciam Comes - - in omnibus nostris & Ecclesie nostre necessitatibus omnes suas Municiones nobis aperiet, ut nobis sicut nostre proprie . . sint aperte. Et erit adiutor noster - - contra quoslibet nostros iniuriatores & inimicos, - - Imperio, & Dno OTTONE Lantgravio Terre *Hassie* Domino duntaxat exceptis. - -

Nos quoque antedictum Comitem, predictis Imperio & Lantgravio similiter exceptis, tamquam Castrensem nostrum - - iuvabimus. Vt autem amicicia inter nos - - contracta inviolabilis perseveret, adiectum est & actum expresse, ut, si quid dissensionis inter Officiatos & subditos nostros hinc inde - - emerserit, hoc per GERHARDVM Decanum ecclesie *Fritzlariensis*, & IOHANNEM dictum *Ritesil* Militem, ad hoc electos - - -, & per WERNHERVM de *Schweinsburg* Militem pro Media persona ad hoc electum si predictos - - - discordare contingeret, decidetur.

Nos quoque *Iohannes* de *Zigenhain* Comes predictus renunciamus omni actioni & impeticioni, si qua nobis ex parte nostri ipsius, vel patris nostri, vel eciam aliorum progenitórum nostrorum contra predictum Dn. nostrum *Petrum* vel Ecclesiam suam Magunt. quocunque modo competebant (*&c.*) MCCCXII. XIV Kal. Oct.

CXIV.

Pia donatio Pincernarum *de* Schweinsburg.

An. 1316.

EGO GVNTRAMVS senior, *Pincerna* de *Sweinsburg* Miles, presentibus publice recognosco, quod de communi consensu & bona voluntate GVNTRAMI, RVPERTI & EBERHARDI Militum filiorum nostrorum ac Vxorum eorundem, nec non omnium heredum meorum, tradidi & assignavi - - Donatione facta inter vivos irrevocabiliter Curiam meam in villa *Quecborn* sitam, cum universis attinenciis suis

in

in terris cultis & incultis, pratis, pascuis, aquis, nemoribus, ac quibuscunque aliis ad ipsam curiam spectantibus, Religiosis viris Dno Abbati & Conventui in *Henebe* Ord. Cist. nomine elemosine pro remedio animarum quondam uxoris mee & omnium heredum meorum predictorum, ab ipsis in perpetuum quiete absque contradictione qualibet - - pacifice possidendam. Cedentes quoque de ipsis bonis in predicta villa & terminis eiusdem sitis; & in possessionem dictorum bonorum prefatum Monasterium misimus corporalem.

In cuius donationis robur & evidens testimonium nos *Guntramus* senior & *Guntramus* iunior predicti Sigilla nostra presentibus duximus appendenda. Et nos *Rupertus* & *Eberhardus* sigillis eorum ad presens sumus contenti. Datum Anno Domini MCCCXVI, *Nicolai* Episcopi & Confessoris. *6 Dec.*

CXV.

Ecclesia B. M. V. *in* Wisbaden, *qualiter officiari debeat a parthenone* Diefental *&c.*

An. 1316.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* NOS GERLACVS Comes *de Nassauwe* notum facimus universis has Litteras audituris & visuris; Quod cum apud nos, & Cives nostros de *Wisebaden* in dubium vocaretur, qualiter Capella *bte* MARIE *Virginis* in *Wisebaden* sita, per Abbatissam & Conventum Monialium in *Dieffendal* officiari deberet, propter quendam articulum insertum Composicioni facte per GEBEHARDVM Decanum Maioris, & DANIELEM Cantorem S. *Stephani* ecclesiarum Mogunt. inter predictas moniales & Fratres de domo Theutonica, super iure Patronatus; Qui quidem Articulus sic incipit: *Volumus eciam, ut Capella in* Wisebaden *sita cum omnibus redditibus ad ipsam pertinentibus;* & sic finitur: *totaliter committatur.*

Et

Et cum idem dubium a viris Discretis per vias Iuris faciliter non posset discuti; tandem Viro religioso & discreto, Abbati *Ebirbacensi* * commisimus discutiendum. Qui divinitus inspiratus tale medium prudenter adinvenit, quod predicte Moniales seped. Capellam tribus diebus, per quemcunque Sacerdotem ipse voluerint, in qualibet septimana facient officiari. Hoc igitur medium tam salubre & pacificum nos nostrique cives grataanter acceptamus, & inter nos & sepedictas moniales volumus inviolabiliter observari.

* *Est ille ordinarius Cœnobii* Disenthalensis *Visitator & Pater.*

In cuius rei testimonium presentes Litteras Sigillo *Serenissime Domine & Regine*, * *Matris nostre carissime*, & nostro - -, nec non sigillo Venerabilis viri Abbatis predicti fecimus communiri. Actum & datum Anno Domini MCCCXVI, in die
13 Dec. bte *Lucie* Virg. & Mart.

* IMAGINA, *ortu Domina* de Limburg: *Hac, violenta Regis* ADOLFI *morte an. 1298. in statum viduitatis conjecta, spiritum supremum quando ediderit, cum Scriptores, quotquot evolvi, silentio (non satis demirando) prætereant* omnes; *Hinc favore huius presentis Chartula saltem iuvat, scire, eandem Augustam adhuc fuisse superstitem an. 1316.*

CXVI.

„ *Venditio vinee - - - - ex parte* G. *de* Wildenberc. „

An. 1317.

ab Autogr. UNIVERSIS presentes litteras visuris & audituris, in perpetuum. Nos GERHARDUS de WILDENBERCH & HEYTENTRUDIS coniuges, commorantes apud *Koningisberch* LEO de *Rumrode* ac Megthildis coniuges, item KATHERINA & CUNEGUNDIS sorores, filie iam dicte *Heydentrudis*, cupimus fore notum, tenore presencium publice protestantes, quod vendidimus, ac iusto - - vendidisse nos tytulo recognoscimus, - - - Religiosis personis Magistre - - de *Aldenburch* - - vineam nostram, sitam inter dictum monasterium &

villam

villam *Dalheim* in monte, prope locum qui *Knebreth* in vulgari appellatur, - - - pro certa pecunie ſumma, nobis - - tradita integraliter, & ſoluta. — — —

Teſtes huius rei ſunt, VLRICVS de *Garbenheim*. CONRADVS & WIGANDVS, filii quondam GVMBERTI militis *de Garbenheim*, Caſtrenſes in *Koningisberch*. IOHANNES *Sculdir*. GERLACVS *Kornreyne*, & CYLIGIS de *Solmiſſe*. - - - In cuius rei teſtimonium Sigilla Nobilium Dominorum noſtrorum, IOHANNIS dicti *de Spanheim*, & MARQVARDI, Comitum *de Solmiſſe* ad noſtras pre - - - ſunt appenſa. Quod nos Comites predicti profitemur eſſe verum.

Actum Anno Domini MCCCXVII, in Octava Paſche.

CXVII.

DE *litteris* Vrfeyde *Ducis* ERNESTI, *Ar.* Moguntino *extradendis.*

An. 1317.

LVDEWICVS *Dei gracia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Recognoſcimus, quod in noſtri preſencia LVDEWICVS, natus Illuſtris OTTONIS Ducis *de Luneburg*, Avunculus noſter, promiſit fide preſtita loco iuramenti pro ERNESTO nato Illuſtris HEINRICI Ducis *de Brunſwig*, quod idem *Erneſtus* litteras de *Vrfeyda* ſua, quam ipſe *Erneſtus* fecit Venerabili PETRO Archiepiſcopo *Maguntino*, dabit & tradet eidem Archiepiſcopo, infra hinc & feſtum Nativitatis bte Virginis; alioquin dictus *Ludovicus* intrabit Curiam predicti Archiepiſcopi, inde non exiturus, niſi dicte littere tradite ſint & date. Super quo damus has Litteras, Secreto noſtro a tergo ſigillatas. *ex Autogr.*

Datum *Frankinford* XII Kal. Iunii. Anno Dni MCCCXVII. Regni noſtri anno tercio. *21 Maii.*

T CXVIII.

CXVIII.

FRATRES Minores *vendunt Reditum VI ſolidorum.*

An. 1317.

ex Autogr. NOVERINT univerſi preſentium inſpectores, quod Ego GERBERTVS, Procurator *Fratrum Minorum* in *Wetſlaria*, vendidi & in his ſcriptis vendo, HENEMANNO, quondam filio *Gerberti* ſex ſolidos redituum, quos iure donationis HENRICVS de *Garbenheim* & *Hirmintrudis* uxor ſua legittima, ſani corpore & manu communicata predictis *Fratribus* quondam in animarum ſuarum remedium contulerunt; qui de domo, quam predicti Coniuges olim inhabitabant, annis ſingulis in feſto Sci *Michahelis* Archangeli perpetue perſolvuntur. Facta eſt autem hec Venditio per me, dicto *Henemanno*, de ipſorum *Fratrum* beneplacito & conſenſu. Ideoque decreverunt Sigillum ſui Conventus ad robur perpetuum preſentibus apponendum. Datum Anno Dni M.CCC.XVII.
27 Maii. VI Kal. Iunii.

CXIX.

„*Littera mandati, quod homines Villarum - - -*
„*homagium Dno* Maguntino *preſtare teneantur;*
„*cum abſolutione iuramenti fidelitatis, quo*
„*fuerant prius Imperio aſtricti.*„

An. 1317.

LVDOWICVS *Dei gratia Romanorum Rex ſemper Auguſtus.* Vniverſis Officiatis & Incolis *ſuperioris* & *inferioris* ville *Heymbach*, & *Drechtingeshuſen*, fidelibus ſuis dilectis, gratiam ſuam & omne bonum.

Fidelitatem veſtram requirimus, nichilominus volentes & ſerioſius mandantes, quatenus Venerabili PETRO, Archiepiſcopo

piſcopo *Maguntino*, Principi & Secretario noſtro Kariſſimo, fidelitatis & homagii ſacramentum preſtetis, iuxta ſuarum, quas a Celſitudine noſtra habet ſuper eo, continentia litterarum. Abſolutos enim vos a fidelitatis iuramento quod nobis preſtitiſtis, & quo hactenus nobis aſtricti fuiſtis, dicimus harum teſtimonio litterarum, quas vobis mittimus ſuper eo.

Datum *Maguntie* VI Kal. Iulii. Anno Domini MCCCXVII. Regni vero noſtri anno Tertio. *26 Iunii.*

CXX.

Locvs *apud* Gelnhauſen, *exſtruendo illic Parthenoni a fundatore* Curienſi *Epiſcopo deſtinatus, perpetuo oneratur Cenſu, Moguntine Sedis in honorem.*

An. 1317.

[p. 641. n. 2. ad §. X.]

Nos Sifridvs *Dei gratia Curienſis Eccleſie Epiſcopus.* Coram vobis Reverendis viris Iudicibus S. *Moguntine* Sedis recognoſcimus, & per preſentes publice profitemur, Locum, quem pro Cenobio Sanctimonialium de novo ordinavimus, & fundavimus in noſtro patrimonio apud Opidum *Geylenhuſen* de conſenſu & auctoritate Reverendi in Xpo Patris & Domini Petri S. Maguntine Sedis Archiepiſcopi, eſſe oneratum, & nos ipſum preſentibus oneramus, ad ſubpreſentandum & preſentandum Cenſum annuum duarum librarum Cere ſingulis annis in feſto B. *Martini* hyemalis, Reverendis Dominis Decano & Capitulo Eccleſie Maguntine, in honorem dicte Eccleſie; & prerogativam reverencie ſpecialis; & hunc Cenſum perpetuis futuris temporibus exſolvendum, ante conſecracionem dicti loci duximus imponendum. In cuius rei teſtimonium & perpetui roboris firmitatem Sigillo noſtro preſentem Litterarum communivimus, una cum ſigillo Dnor. Iudicum predictorum.

Nosque Iudices Sancte *Maguntine* Sedis predicti Sigillum nostrum ad rogatum prefati Dni *Sifridi* Episcopi apposuimus huic scripto. Actum & datum *Maguntie* Anno Domini

8. *Iul.* MCCCXVII, VIII Idus Iulii.

CXXI.

CONFIRMATIO *fundationis ecclesie Collegiate* B. M. V. *in Opido* Lich.

An. 1317.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* PETRVS *D. G. Sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Bone rei dare operam, & eterne vite haberi premium & presentis vite remuneracio expectatur; potissimum in plantacione Divinorum, que convenit non minui, sed augeri.

Hinc est quod nos piis votis Nobilis viri PHILIPPI de *Falckenstein* senioris, cupientis, ad hoc de bonis a DEO sibi collatis elargiri, ut Collegium de novo instituatur & habeatur in Opido suo *Lichen* in parochiali ecclesia ibidem, in honore beate & gloriose Virginis DEI genitricis *Marie*; eo libencius auctoritatem nostram & consensum nostrum apponimus, quia in plantacione huiusmodi, cultum divini Nominis cognoscimus augmentari.

Quocirca ordinamus & statuimus, ut perpetuis temporibus in dicta Ecclesia in *Lyche* Collegiata existat ecclesia in honore bte MARIE Virginis; & decem personis idoneis, quas predictus *Philippus* ad hoc nominaverit & presentaverit, damus licenciam ibidem habendi Collegium & Iura collegii: Et in Personis eorum, Collegium instituimus per presentes; ita quod adinstar aliorum Canonicorum Stalla in choro, & loca in Capitulo, & alia iura in ecclesiis Collegiatis haberi consueta habeant inconcusse. Liberam eligendi facultatem Prelatos suos, vide-

videlicet *Decanum*, *Scolasticum* & *Cantorem*, ac Canonicos apud ipsum Collegium seu Capitulum volumus remanere. Confirmaciones Prelatorum qui nunc de novo & inposterum preficientur, ad nos, & Successores nostros - - pertinere decernentes. ..

ITEM ordinamus, quod Prebendarum equalitas inter eos observetur, & quod fructus prebendales duntaxat presentibus ministrentur.

ITEM predictis Canonicis & Ecclesie habendi Scolas & Magistrum scolarum: & pro Canonicis & Sociis Chori qui p. t. fuerint in futurum ecclesiastice sepulture tribuimus facultatem. Sepulture autem parochianorum aliorum ibidem, & alia iura Parochialia, ad eum pertinebunt cui regimen ipsius parochie p. t. committemus.

ITEM bona que dictus PHILIPPVS, seu alii quicunque pro honore B. *Marie* Virg. dicte ecclesie ad sustentationem Canonicorum & aliarum personarum DEO - - - ibidem famulancium dederint, contulerint seu donaverint, nunc vel in futurum, auctoritate nostra, iure quo melius possumus, ipsi Ecclesie in nomine Domini confirmamus. Recipientes dictam ecclesiam, personas & res eiusdem, sicut alia Collegia & ecclesias Deo dedicatas nostre diocesis, sub protectionem & defensionem nostram - -, & Sedis Moguntine; nolentes eandem ecclesiam, vel personas eius, aliquam ab aliquo sustinere iniuriam vel gravamen.

Et quia predictus PHILIPPVS iura patronatus ecclesiarum parochialium que ad eum pertinere noscuntur: ibidem in *Liche*, in *Amene*, in *Monstere*, apud *Bessingen*, & in *Beldirsheim* dedit libere prefate ecclesie Collegiate in *Liche*; nos ipsas - - damus, unimus & incorporamus ecclesie memorate; Volentes, ut redditus - - Parochialium earundem, cum primo vacabunt, cedant ad augmentum Prebendarum ecclesie sepedicte. Ita tamen, quod congruam porcionem perpetuis Vicariis, quos ad ipsas quociens eas vacare contigerit, presenta-

ſentare ad inveſtiendum locorum Archidiaconis tenebuntur, relinquant; de qua iidem Vicarii hoſpitalitatem tenere valeant, & temporalibus ac Archidiaconalibus iuribus reſpondere. Cuius portionis taxationem nobis ſpecialiter reſervamus. Eo adiecto, quod centum octalia filiginis, que - - PHILIPPVS aſſignavit predicte eccleſie pro ſuſtentacione Perſonarum ibidem, quousque vacent eccleſie Parochiales - -, ad ipſum *Philippum* & heredes eius revertentur, poſtquam vacaverint & deſervire ceperint - - Collegio, eccleſie parochiales antedicte.

Si quis autem auſu diabolico hanc piam ordinacionem, inſtitucionem & confirmacionem impedire aliqualiter, vel turbare attemptaverit, indignacionem Omnipotentis DEI & B. Marie Virginis in cuius honore - - Eccleſia eſt fundata, ac beatorum Apoſtolorum *Petri* & *Pauli* - - nec non B. *Martini* - - - ſe noverit incurſurum; & noſtram Succeſſorumque noſtrorum acrimoniam poterit formidare.

In premiſſorum omnium evidens teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus Litteris duximus appendendum. Datum
16 Iulii. Anno Domini MCCCXVII, XVII Kal. Auguſti.

Deſcripſi eas ex codice horum temporum æquali, qui proſtat in Bibliotheca Rmi Capituli Moguntini. PHILIPPVS *autem, huius Eccleſiæ fundator,* ☩ an. 1322.

CXXII.

„QVOD *collatio Præpoſituræ* B. M. V. *ſpectet ad Archiepiſcopum Mogunt.*„

An. 1317.

NOS HENRICVS Decanus, THEODERICVS Scolaſticus, & HERTWICVS Cantor totumque Capitulum Eccleſie Sce MARIE *Erfordenſis* Recognoſcimus & tenore preſentium publice profitemur, nos ſine dubio certificatos eſſe per publi-

publicum Instrumentum Sigillo nostre Ecclesie sigillatum, quod Reverendus in Xpo Pater & Dominus noster, D. PETRVS Archiepiscopus Maguntinus, & Successores eius qui pro tempore fuerint, habent nobis & Ecclesie nostre, de Preposito, quocienscunque Preposituram - - vacare contigerit, providere. Tenor autem ipsius Instrumenti talis est:

„*Nos* ALBERTVS *Decanus totumque Capitulum Ecclesie* „S. MARIE Erfordensis *recognoscimus* - - -, *quod nec* „*ascribimus, nec in futurum aliqualiter ascribemus nobis* „*ius eligendi Prepositos nostre ecclesie; sed constanter asse-* „*veramus, quod Prepositure donatio libere spectat ad Do-* „*minos nostros, qui p. t. fuerint, Pontifices Maguntinos.* „*Datum* Erfordie *Anno Domini MCCLXI, II Nonas* „*Decembris.*

Et nos predictum Instrumentum verum esse recognoscimus, & contra ipsum non venire promittimus, & presentibus innovamus, ne forsan a nostris successoribus in dubium vel oblivionem deveniat in futurum. Testes etiam huius facti sunt, & presentes fuerunt:

Venerabilis Pater D. SIFRIDVS Episcopus *Curiensis.* Honorabilis & Religiosus vir, *Fr.* HENRICVS de *Vrimar* * Ordinis Fratrum Heremitarum S. *Augustini*, sacre Theologie Magister. D. HENRICVS de *Rodenstein* Prepositus *Northunensis.*

* *celeberrimus sui temporis.*

Magister BERTHOLDVS, & HILDEBRANDVS, ** Scor. *Petri* & *Stephani* ecclesiarum *Mogunt.* Decani, & quam plures alii fide digni.

** de *Muhlhausen.*

In cuius rei testimonium & perpetui roboris firmitatem Sigillum Ecclesie nostre predicte presentibus litteris est appensum. Datum *Erfordie* in Capitulo nostro, XII Kal. Augusti Anno Domini MCCCXVII. *21 Iulii.*

CXXIII.

CXXIII.

„*Littera Libertationis, tunc Ville, nunc Opidi,* Obernburg.„

An. 1317.

LVDEWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Venerabili PETRO Archiepiscopo *Maguntino*, Principi & Secretario suo Karissimo, gratiam suam & omne bonum.

Dum innumerabilem multitudinem obsequiorum tuorum fidelium que nobis & Imperio a diu retroactis temporibus grataner impendisti, consideramus, & ponderamus in statera iustitie, reperimus, in singulis tibi pro vicissitudine debita nos teneri.

Volentes igitur tuis instantivis supplicationibus benevolentia Regia quantum digne possumus complacere; Villam, dictam *Obernburg*, tibi & Ecclesie tue Mag. pertinentem, auctoritate regia libertamus; & eidem libertates, gratias & iura, quibus Civitates sive Opida nostra *Wedreibie* gaudere noscuntur & frui, concedimus, & etiam indulgemus. Dantes tibi & Ecclesie tue plenam & liberam facultatem, dictam villam in Opidum facere redigi, nec non cingi muris, pariter & fossatis. Nostris & Imperii, & aliorum quorumlibet iuribus, quibus per huiusmodi ville libertationem & Opidi instaurationem preiudicari nolumus, semper salvis.

In cuius rei testimonium presentes conscribi, & nostre Maiestatis Sigillo iussimus communiri. Datum in *Aschaffen-*
27. Iulii. *burg* VI Kal. Augusti. Anno Domini MCCCXVII. Regni vero nostri anno Tertio.

CXXIV.

CXXIV.

PINCERNA de Erpach *assumitur in Castrensem Moguntinum* Furstenaviæ.

An. 1317.

[*p.642. n. 3.*]

NOS PETRVS *D. G. Sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoscimus, tenore presencium publice profitendo, quod Nobilem virum EBIRHARDVM *Pincernam de Erpach*, dictum *Rauch*, recepimus in Castrensem nostrum *Forstenaue* pro quadraginta marcis Coloniensium denariorum, sibi dandis per nos, quando facultas & oportunitas de hoc nobis videbitur, aut per Successores nostros sibi solvendas, si nos forte eas sibi non solverimus. Propter quod idem *Ebirhardus* in bonis suis liberis & solutis, scilicet VI. mansis apud villam *Steynbach* sitis, redditus quatuor marcarum *Colon.* designavit, & recepit a nobis in castrense feudum; quod ipse, & sui post eum heredes deservire tenebuntur fideliter, ut Castrenses.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus Litteris est appensum. Actum *Aschaffenburg*, Idus Augusti Anno Domini MCCCXVII. *13. Aug.*

CXXV.

MANDATVM Imperatoris *ad Iudæos* Spirenses, *de solvenda* Moguntino *decima Steuræ.*

An. 1317.

LVDEWICVS D. G. *Romanorum Rex semper Augustus.* Vniversis Iudeis *Spirensibus*, Camere sue Servis gratiam suam. Volumus, & universitati vestre firmiter iniungimus & mandamus, quatenus Venerabili PETRO Archiepisco-

V

episcopo *Maguntino* de decima *Sture* vestre, prout eandem sibi singulis annis dare de iure tenemini, satisfaciatis, impedimento cessante quolibet, integraliter & complete. Sic facientes, ne sitis eiusdem Archiepiscopi iurium neglectores, ob quod idem Archiepiscopus coram nobis de cetero conqueri teneatur.

19 Nov. Datum *Heidilberg* XIII Kal. Decembris. Regni nostri anno tertio.

CXXVI.

„De *Advocacia in* Sunnenburnen.
[*Sonborn* im Freygericht.]

An. 1318.

NOVERINT universi, quos nosse fuerit oportunum, Quod ego MARKELO dictus *Mor*, miles, Advocaciam meam in *Sunneburnen*, & ius ipsius Advocacie, quod michi competit & competere poterit in eadem; quam ab Honorabili viro Dno Preposito Ecclesie *Aschaffenb.* hucusque in feodo habui & possedi, de consensu & bona voluntate CONRADI filii mei, Militis, & KUNEGUNDIS filie mee, relicte quondam CONRADI dicti *Wyse* * Militis, vendidi & vendo per presentes, Honorabilibus Decano & Capitulo ecclesie *Aschaff.* predicte pro XVI libris *Hallensium* legalium & bonorum tradite michi pecunie & solute. Resignans ipsam Advocaciam ad manus ipsius Dni Prepositi, & renuntians simpliciter & precise in his scriptis omni iuri quod michi competit in eadem.

* Weiss.

Promittens quoque specialiter & expresse, ad hoc tenere *Kunegundim* meam filiam - -, cui assignaveram Advocaciam antedictam nomine Dotis habendam, quod ipsa renuntiabit omni iuri quod habere videtur in eadem; & quod iurabit, tactis manu propria sacrosanctis Sanctorum Reliquiis, dictam Advocaciam nunquam repetere, nec per se vel per aliquem alium, aut alias impedire dictos Decanum & Capitulum aliquo ingenio

nio vel cautela, quo minus ipsi valeant prediꝭtorum bonorum seu Advocacie possessione gaudere pacifica & quieta.

Et ut eos de prediꝭtis omnibus, & de warandia debita & consueta certos faciam & securos, Fideiussores eis posui subnatos; videlicet WORTWINVM, filium quondam HEINRICI Sculteti; CONRADVM filium Patrui sui, & HENRICVM de *Wasen* in *Babenhusen*, Armigeros, & quemlibet eorum in solidum; qui omnes, si in aliquo premissorum negligens fuero, intrabunt *Aschaffenburg*, tam diu more fideiussorio commesturi, donec omnia negleꝭta per me vel per heredes meos, reformata fuerint modo & completa.

In cuius rei testimonium presens scriptum eis dedi Strenui viri FRIDERICI Sculteti in *Babenhusen* Militis, & CONRADI filii sui Armigeri prediꝭti, Sigillorum munimine roboratum. Que. & nos *Fridericus* & *Conradus* . . ad preces prefati *Markelonis* apposuimus huic scripto.

Nos quoque fideiussores prescripti recognoscimus sub Sigillis prediꝭtorum *Friderici* & *Conradi*, sicut predicitur nos esse fideiussorie obligatos & fideiussionis debitum, si necesse fuerit, fideliter adimplere. Testes huius faꝭti sunt

MENGOTVS Plebanus in *Babenhusen*.
CONRADVS diꝭtus *Draboto*. } Milites.
FRIDERICVS Scultetus prediꝭtus. } Milites.
CONRADVS de *Wasen* Clericus,
& plures alii fide digni.

Datum Anno Domini MCCCXVIII, III Kal. Febr. *30 Ian.*

CXXVII.

Recognitio feudalis.

An. 1318.

EGO ANDREAS de *Lapide* Miles recognosco publice in his scriptis; quod Vniversa bona mea, propria & libe-

libera, videlicet villas *Rodenvels*, *Aldenburg*, & quidquid habeo in villa *Volmerspach*, nec non Curiam meam in *Ietscheych*, Reverendo in X° Patri ac Dno, D. PETRO Sce Mag. Sedis Archiepiscopo, & Ecclesie Maguntine resignavi, & resigno in his scriptis; ipsaque bona ab eodem - - - recepi in feodum, ac mei successores sive heredes legitimi tenere debent. ———

8. Iul. Datum *Maguntie* VIII Idus Iulii. Anno Domini MCCCXVIII.

CXXVIII.

TRACTATUS *super Castro* Rauschenberg, *inter* Falckensteinium *Dynastam*, *& Com.* de Ziegenhain.

An. 1318.

TENORE presentium universis & singulis innotescat, quod inter Nobiles, Dn. PHILIPPUM seniorem, Dominum *in Mincinberg*, Dnam METHILDIM suam coniugem: Dn. IOHANNEM Comitem *de Zygenhain*, & Dnam LUCARDIM suam coniugem, per communes hinc inde ipsorum Castrenses & Amicos, dicendo breviter, ut sequitur est tractatum. Videlicet, quod ipsa Dna METHILDIS, *primo* omnibus & singulis bonis, propriis, hereditariis, & feodalibus, emptis per predictum Dn. *Philippum* ante eam, vel apud eam, vel inantea emendis; Item illis Centum marcarum redditibus in *Hohungen* villa, & bonis eidem attinentibus assignatis & deputatis, resignavit & renuntiavit, verbis, signis & modis ad hoc requisitis, simpliciter & in totum.

SECUNDO, quod predictus Dns. *Philippus* & Dna *Methildis* sua conthoralis dimidiam partem Castri & Opidi *Ruschimberg*: ITEM centum marcarum redditus denar. *Colon.*, tribus *Hallensibus* pro denario computatis, accipiendos in hunc modum; videlicet XXX & tres marcas de Precaria seu *Stura*, quas Opidani in *Ruschinberg* dabunt; ITEM VII marcas de thelonio ibidem,

dem, ITEM in *Erkirsdorf* VI libras denar. *Marpurgensis* monete, ITEM in *Hatspach* tres libras eiusdem monete, *Item* XXV maldrorum tritici redditus spectancium in *Ruschimberg*, ITEM in *Warabe* & in *Erkirsdorf* XXX maldrorum siliginis redditus, ITEM in eisdem villis XL maldra redditus avene; & siquid defecerit in his duabus villis de his fructibus, hoc de allodio in *Ruschimberg* debet suppleri; exercituum & grandinum dampnis duntaxat exceptis; possidebunt & habebunt pacifice in hunc modum, quod altero eorum decedente sine Pueris, genitis ab ipsis simul, superstes ipsam dimidietatem Castri & Opidi, & centum marcarum redditus prescriptos possidebit pacifice temporibus sue vite. Ambobus autem defunctis, *Ruschinberg* castrum, & opidum, cum redditibus prenotatis prefato IOHANNI Comiti & suis coheredibus solute & libere remanebunt. Habent autem posse plenarium iidem Comes & sui coheredes, prefatum castrum, opidum & redditus pro sepedictis Dno *Philippo*, Dna *Methilde*, & ipsorum puerum vel pueros, si quem vel quos simul procreaverint, redimendi pro mille marcis denariorum legalium, quandocunque ipsis placuerit, & bonorum.

ITEM sepedicti D. *Philippus* & Dna *Methildis* debent habere unum Officiatum, qui eque ius habeat agendi & disponendi infra muros castri & opidi *Ruschinberg*, prout Officiatus Comitis prenarrati. Habebunt autem unum Portenarium, & unum Turris custodem in sepe nominato castro, suis propriis in expensis. Ceteris omnibus & singulis infra & extra muros *Ruschinberg*, prelibatis Comiti & suis coheredibus remanentibus libere & solute. Testes huius sunt:

Strenui Milites

CVNRADVS de *Muschenheim*. CRAFTO de *Beldersheim* iunior. IOHANNES *Ritesil*. LVDEWICVS de *Heimbach*. WIGANDVS de *Sygerarteshusen*. HARTMANNVS. IOHANNES Notarius Dominorum predictorum, & WIGANDVS dictus *Hockemut*, & alii plures fide digni.

Vt igitur omnia & singula prenarrata a nobis & nostris heredibus observentur inconcusse, presentes Litteras super eis confectas Sigillorum nostrorum * robore iussimus solidari. Actum & datum Anno Domini MCCCXVIII, pridie Idus Octobris.

* *Affixa sunt Diplomati sigilla tria. I)* PHILIPPI *Dni* in Minzenberg. [*IIum* decidit.] *III* IOHANNIS *Com.* de Ziegenhain, *quod est memorabile; cum tesseram horum Comitum veterem non modo,* [*Capram quasi pendentem in aere, alis expansis & cauda liliata.*] *sed insuper recentiorem,* (*Scutum transverse divisum, in cuius area superiori stella, ipsius animalis pectus occupans*) *atque sic veterem & novam coniunctim, repraesentet. Quandoquidem alias sub medium seculi* XIV *Ziegenhainios Capram haud amplius gestasse, observavi. Interea indagari meretur causa, ob quam antiquissimum familiae suae symbolum deseruerint, locoque illius asciverint tam simplex quid, quale, Scutum Comitatus* Ziegenhain *in armis Hassiacis hodiernum est.*

CXXIX.

Qualiter expiatum a Milite de Saltza *& Sociis fuerit Nefas, ob comprehensum* Halberstadensem *Episcopum* ALBERTUM.

An. 1318.

[*p. 643. ante n. 6.*]

NOS FRIDERICVS Miles, Dominus *de Saltza*, OTTO de *Vanre*, FRIDERICVS & ALBERTVS fratres, Domini *in Wangenheim.* Recognoscimus, & ad cunctorum noticiam cupimus devenire, quod XV marcarum redditus, qui dantur de bonis nostris liberis & propriis, in Villis nostris *Walderst..* & *Kelberveld*, resignavimus, transmisimus, & transmittimus per presentes Venerabili in XPO Patri ac Domino nostro, Dno PETRO Archiepiscopo, & Ecclesie sue Mogun-

Moguntine in Emendam & Satisfactionem debitam pro eo, quod Venerabilem Patrem ac Dominum Dn. ALBERTVM *Halberstadensis* Ecclesie Episcopum obliviose olim captivavimus & temere, in maximum preiudicium ecclesiastice libertatis: Condicione siquidem huiusmodi interclusa, videlicet, quod dictarum XV marcarum redditus debemus una cum nostris heredibus iusto titulo feodi ab ipso Dno nostro Archiepiscopo & Ecclesia Moguntina tamquam sui & Ecclesie sue predicte Vasalli & fideles servitores perpetuo possidere; ad quod nos astringimus fideliter per presentes.

Renunciavimus nichilominus coram Prudentibus viris, HEINRICO de *Stalberg*, GISILBERTO dicto *Kristinge*, HEINRICO de *Rodestock* & NICOLAO de *Bildirsleibin* Magistris Consulum, ac coram ceteris Consulibus *Erfordensibus*, & presentibus renunciamus sine omni dolo omni Actioni seu impeticioni, que nobis competere potuissent contra predictum Dn. nostrum - - - quovis modo, & maxime pro eo, quod causa sui & Ecclesie - - Moguntine supradicte, Electioni Regis LVDOVICI quondam in *Franckenfort* celebrate, una cum ipso interfuimus sub magnis nostris dampnis, laboribus & expensis. Testes huius rei sunt Magistri Consulum & - - - Consules supradicti *Erfordenses*. Et Honorabiles viri, Domini:

SIFRIDVS Scolasticus ecclesie S. *Severi* Erford. *Fr.* BVRCHARDVS Gardianus Fratrum Minorum Opidi predicti. *Fr.* HEINRICVS de *Basilea* Plebanus in *Mulburg*, & HVGO Provisor Allodii *Erfordensis*; nec non honestus vir HARTVNGVS de *Smedestet* Civis *Erf.*. GERNODVS de *Heyligen*, & dictus *Stiger*, nostri servitores, cum pluribus aliis fide dignis.

In cuius rei ampliorem certitudinem hanc Litteram dedimus, nostris Sigillis fideliter communitam. Datum & actum *Erfordie*, Anno Domini MCCCXVIII, in octava B. *Stephani* Mart. *m. Dec.*

CXXX.

CXXX.

D. PETRI, *Archiepiscopi Mogunt.* TESTAMENTUM prius.

An. 1319. XXI Febr.

IN NOMINE DOMINI NOSTRI IHV XPI. *Amen.*

PETRVS *Dei gratia Sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Quia omnes stabimus ante tribunal XPI, recepturi prout in corpore gessimus, sive bonum fuerit sive malum; unde oportet, nos diem messionis extreme, misericordie operibus prevenire; ac nostrorum intuitu peccatorum seminare in terris, quod concedente Domino multiplicato fructu colligere valeamus in celis.

Igitur, quia opera que facimus, de nobis testimonium perhibent veritati; Nichil etiam sit morte certius, & nichil incertius hora mortis; hinc est, quod de Novissimis cogitantes, sani mente & corpore extremam nostram Voluntatem, de his que in Bonis propriis seu in peculio obtinemus, & non de rebus Ecclesie nostre Moguntine; prout infrascriptum est, in presenti nostra pagina taliter duximus ordinandum:

In primis damus, donamus, legamus & deputamus Ecclesie nostre *Moguntine* Redditus annuos quinquaginta maldrorum siliginis mensure Magunt., quorum maldrorum XX pro nostro Anniversario in ecclesia Mag. perpetuo peragendo, sicut pro predecessoribus nostris hactenus peragi consueverunt, presentibus deputamus.

ITEM donamus & deputamus redditus quinquaginta maldrorum siliginis eiusdem mensure, ad dotandam Capellam que ad presens construitur immediate apud *hostium* per quod itur ad ambitum ecclesie nostre, versus ecclesiam S. *Marie;* que capella in honore *Omnium Sanctorum* consecrabitur.

Confer Elenchum Vicariarum *Ædis metrop.* T. II. p. 784.

ITEM

ITEM prediɤte eccleſie noſtre - - damus, donamus, legamus & deputamus *Caput* bte *Margarete* Virg., unam Crucem auream, que fuit cum prediɤto capite de *Erenfels* * in Maguntiam apportata; unum Calicem aureum cum gemmis precioſis; Cathedram noſtram pretioſam. †

* *Arx, ſita in monte ad dextrum Rheni litus, infra villam* Lorch; *ubi Moguntini Principes frequenter reſidebant. Dudum deſolata.*

† Cathedra *„proprie eſt ſedes, ſeu ſeſſio honeſtior & auguſtior Epiſcoporum in „eccleſia, ceteris aliorum presbyterorum ſedilibus excelſior.* DV FR.

Dono autem tulit eam a IOANNE Bohemiæ R. *pro impenſo eidem, an. 1311, munere coronationis.*

ITEM baculum noſtrum Paſtoralem argenteum; Infulam noſtram rubeam cum perlis & corallis. Annulum noſtrum Epiſcopalem cum ſaphiro: Veſtimenta & preparamenta noſtra miſſalia, que, exceptis melioribus preparamentis noſtris, plus valebunt; Que omnia debent ſemper in noſtra Mag. eccleſia remanere, nec alienari quoquo modo; & Succeſſores noſtri qui pro tempore fuerint, vel alii Epiſcopi orthodoxi, quando perſonaliter celebrant in eccleſia Maguntina, pro maiori ornatu illius diei prediɤtis licite uti poſſunt.

ITEM damus, legamus, donamus & deputamus meliora preparamenta noſtra, cum tribus annulis, videlicet rubino, ſaphiro & ſmaragdo; baculum noſtrum paſtoralem ligneum, infulam meliorem, & parvam crucem noſtram auream peɤtoralem univerſis noſtris Succeſſoribus qui p. t. fuerint; ita quod quilibet ſucceſſorum noſtrorum de non alienandis prediɤtis preparamentis & clenodiis, & de relinquendis ipſis Capitulo Maguntino; & ipſum Capitulum ſuis ſucceſſoribus preſentandis corporale preſtet iuramentum publice in Capitulo. Adicientes, quod infraſcripti Executores noſtre ultime voluntatis nulla clenodia per nos data & legata eccleſie noſtre - - dent eidem, niſi prius per Decanum & perſonas de Capitulo, quod non alienent, nec per Succeſſores noſtros alienari permittent ipſa clenodia vel preparamenta, preſtet iuramentum corporale, vel per Sindicum eorundem; De quibus unanimiter, ne

in oblivionem elabantur, publica fieri volumus inſtrumenta, que, Sigillo Capituli ſigillata, in Archivo eccleſie noſtre perpetuo reſerventur.

Piam eximiamque Noſtri liberalitatem Necrologium ad V. Nonas Iunii his conſignavit verbis: Venerabilis Pater, PETRVS de *Treveri*, Archiepiſcopus Moguntinus, qui rexit Eccleſiam honeſte quatuordecim annis & V menſibus; multiplici ornatu eam decorando & reditus Epiſcopales quam plurimum augmentando.

ITEM damus, legamus & deputamus redditus triginta maldrorum ſiliginis menſure predicte, pro facienda Pauperibus communi elemoſina ſive Spenda annis ſingulis in die noſtri Anniverſarii; cuius elemoſine ſive ſpende executorem ſive diſtributorem eſſe volumus Cappellanum qui predictam Capellam, de bonis noſtris ut premittitur dotatam, obtinebit; in quo ſi idem Capellanus eſſet negligens, vel remiſſus ulla vice; volumus quod eoipſo cadat ab omni iure quod ſibi in capella huiusmodi competebat; & ipſa capella, cuius proviſio ad Decanum eccl. Mag. pertinere debet, per eundem Decanum alteri, actu Presbitero, libere conferatur, cum omni onere ſupradicto.

ITEM Collegiatis eccleſiis intra & prope civitatem Maguntinam, videlicet Sci *Petri*, S. *Stephani*, S. *Victoris*, & Sce *Marie* ad *gradus*, * cuilibet alias dedimus & perſolvimus quinquaginta libras *Hallenſium.* *Item* Sce *Marie* in *campis*, S. *Iohannis*, & S. *Mauricii* eccleſiis cuilibet XXV libras Hallenſium alias dedimus & perſolvimus ad comparandum redditus annuos, de quibus ſingule eccleſie ſingula Feſta nunc peragunt; que Feſta in Litteris ipſarum eccleſiarum quas ſuper eo dederunt, nominantur; & poſt noſtrum obitum Anniverſarium noſtrum peragere tenebuntur.

* *Sumptuoſiſſimum an. 1733 altare maius hoc in Templo extrui cœpit; Cum igitur Ara priſtina debebat moveri, repertum in eius ſepulchro fuit teſtimonium conſecrationis; quo diſcimus, Dn.* Petrum *illam dedicaſſe. Scheda tenor:*

„Nos PETRVS D. G. Sce Moguntine Sedis Archiepiſcopus; Sacri Imperii „per Germ. Archicancellarius. Tam preſentibus quam futuris poſteritatibus conſta-

„ constare volentes profitemur; quod nos hoc Altare, cum totali Monasterio *
„ consecravimus divina annuente gratia, in honorem Domini nostri IHV XPI
„ & gloriose Virginis eius matris Marie & omnium Sanctorum, die Dominica
„ occurrente infra octavam nativitatis bte Marie virginis, que erat II Idus
„ Septembris, Anno eiusdem Dni nostri IHV XPI MCCCXI. In cuius rei
„ evidens testimonium hoc scriptum Sigilli nostri munimine fecimus roborari.
„ Datum anno & die predictis.

* Monasterium *Canonicorum* hic intelligitur.

ITEM nunc damus, donamus — — Sci *Petri*, S. *Stephani*, S. *Victoris*, & S. *Marie* ad gradus ecclesiis - - predictis cuilibet quadraginta libras *Hall.*, ut sic, cum L. libris alias cuilibet ipsarum datis, - - L. marce denariorum *Coloniensium* fiant. ITEM Sce *Marie* in campis, S. *Iohannis*, & S. *Mauricii* ecclesiis *Magunt.*. cuilibet nunc damus - - & deputamus viginti libras Hallensium; & sic cum XXV libris alias cuilibet ipsarum datis, XXV marce fiant denariorum *Colon.*. predictorum. ITEM nunc damus - - - Sci *Gingolfi* Mog. & *Pinguensi* ecclesiis cuilibet XXV marcas denariorum, ad comparandum redditus annuos pro Anniversario nostrô, in ipsis, & omnibus Collegiatis ecclesiis predictis, Septimoque & Tricesimo, perpetuo peragendis.

ITEM alias dedimus & comparavimus ecclesie *Aschaffenburgensi* quinque libras *Hallensium* redditus pro nostro anniversario in ipsa ecclesia perpetuo peragendo. ITEM damus legamus & deputamus cuilibet Collegiatarum predictarum unum pannum sericeum pro Casula facienda; quos pannos infrascripti Executores nostre ultime voluntatis inter ipsas ecclesias distribuent, prout secundum statum earum viderint expedire.

ITEM cuilibet Monasteriorum & domorum Monachorum, Monialium, cuiuscunque sint Ordinis vel Status, sive Mendicantes sive non mendicantes existant, in civitate Maguntina, & per *Ringauwiam*, ac S. *Ruperti*, & in *Engeltal*, & in *Ingelnheimerhusen* † unum pannum sericeum pro una casula faciendam, aut duas marcas denariorum *Colon.* si fortassis defectus pannorum huiusmodi haberetur. ITEM ecclesie *Pinguensi* unum par de nostris - - missalibus vestimentis.

† incognitum.

X 2 ITEM

ITEM domum noſtram in *Frankenford*, quam Sereniſſimus Dominus HEINRICVS Romanorum Imperator, tunc Rom. Rex, non contemplatione Eccleſie noſtre, *ſed Perſone noſtre tantum, nobis perpetua donatione dedit libere, & donavit*, damus — — & deputamus eccleſiis S. *Bartholomei* & Sce *Marie* in *Frankenford*; ita quod Perſone earundem eccleſiarum quater in anno poſt obitum noſtrum, noſtram ſolempniter peragant memoriam in perpetuum; & de Cenſu domus eiusdem, bte *Marie Magdalene* ibidem & in *Padenhuſen* Sanctimonialium monaſteriis ſeu Conventibus, cuilibet eorum dent duas libras *Hall.* annis ſingulis pro noſtro anniverſario in ipſis monaſteriis perpetuo peragendo. Reſiduum eccleſiis S. *Bartholomei* & S. *Marie* remaneat; quater in anno ut premittitur in *Preſentias* convertendum.

ITEM damus, donamus, legamus & deputamus centum marcas argenti ad emendum redditus pro Infirmis in Hoſpitali quod in *Miltenberg* conſtruximus, * ſuſtentandis.

* *Notitia nova, de qua hactenus non conſtitit.*

ITEM monaſteriis in *Maguntia* & per *Rinkoviam* dedimus alias trecentas marcas denar. *Colon.*, cum quibus Religioſus vir, WILHELMVS Abbas *Eberbacenſis*, redditus alias emit & comparavit, & inter ipſa monaſteria diſtribuit ſicut ſibi tunc commiſimus, prout Littere ſuper hoc confecte declarant, pro anniverſario in ipſis perpetuo peragendo. *Item* idem Abbas ad hec tenetur, preter illam pecuniam, duarum marcarum redditus comparare *Nepti noſtre* in *Dalen*, † qui redditus poſt eiusdem neptis noſtre obitum ad Conventum ibidem debent devolvi ad augmentandam *pictanciam*, quam, de eo quod alias ipſis dedimus, habebunt in die noſtri Anniverſarii.

† *prope Mogunt. Ord. Ciſt.*

ITEM — legamus — unum de melioribus pannis noſtris ſericeis ſeme aureis, cum omnibus libris Miſſalibus & Matutinalibus, — — eccleſie *Baſilienſi*.

In memoriam hoc fecit, quod olim illic eſſet Epiſcopus.

ITEM

Item alias dedimus & persolvimus Ecclesiis & Monasteriis infrascriptis: Sce *Marie*, S. *Severi* & S. *Petri* Erfordensis; *Fritzlariensi*, *Geysmariensi*, *Heiligenstad* . ., *Northeim* . ., *Iecheburg* . ., *Dorlon* . ., *Northusensi*, *Biberacensi*, *Oldensleyben* . ., *Homburg* . ., *Arnstete*, *Frankenhusen*, & *Albis Dominabus* in *Erford* cuilibet decem marcas argenti; & S. *Ciriaci* prope *Erford*, S. *Martini* in plurali, *Novi operis* Erfordie, & *Ichtrigeshusen* cuilibet decem libras denar. *Colon.* pro comparandis redditibus annuis, pro anniversario nostro in ipsis perpetuo peragendo.

Item alias comparavimus, emimus & persolvimus tria maldra frumenti Erfordensis mensure, de quibus in die nostri Anniversarii singulis annis apud Ecclesiam S. *Marie* Erf. . per Capitulum ibidem fieri debet pauperibus elemosina, sive Spenda communis. Item in *Ingelnheimhusen* & in *Ingelnheim* Sanctimonialium monasteriis cuilibet comparari volumus redditus duarum marcarum *Colon.* pro nostro anniversario in ipsis perpetuo peragendo.

Item ad Hospitale in *Pinguia* duarum marcarum redditus volumus comparari. Item damus — — monasterio *Eberbacensi* in *Rinkawia* centum libras *Hall.* pro refectione sive pictancia singulis annis in nostro anniversario per Conventum eiusdem monasterii perpetuo peragendo. Qui Conventus, si & quando in hoc negligens fuerit; volumus, quod illa vice redditus huiusmodi ad ecclesiam *Pinguensem* devolvatur, ad faciendum sicut de dicto monasterio est premissum.

Item S. *Albani*, & S. *Iacobi* prope Moguntiam, & S. *Iohannis* in *Rincgauwia* monasteriorum conventibus cuilibet eorum L. marcas *Colon.* denar. pro comparandis redditibus annuis ad habendam refectionem sive pictantiam in Conventibus eorundem - - in die nostri anniversarii, in ipsis monasteriis perpetuo peragendi. Item monasterio in *Lorse* trium marcarum denar. *Colon.* redditus volumus comparari pro nostro anniversario in ipso - - perpetuo peragendo. Item damus

mus — — in *Moguntia* & *Aſchaffenburc* Hoſpitalibus cuilibet eorum X marcas *Colon.* denar.

ITEM — — legamus & deputamus domibus *Predicatorum*, *Minorum*, *Auguſtinianorum* & *Carmelitarum* in *Maguntia* cuilibet earum X. marcas *Colon.* denar. pro noſtri memoria in ipſis domibus peragenda.

ITEM *Magiſtro* HEINRICO de *Vrimar* Profeſſori ſacre Theologie damus X libras Hallenſium. ITEM *Fratri* HEINRICO Confeſſori noſtro, Ordinis S. Auguſtini damus X. marcas denar. *Colon.* ITEM *Fratri* THEODERICO Pincerne, * *Ordinis Fratrum Predicatorum* X. marcas denar. *Colon.*

* *num ille* Theoder. *de* Apoldia?

ITEM — — legamus & deputamus IOHANNI de *Treveri* Canonico Maguntino & Archidiacono in eccleſia Treverenſi, Nepoti noſtro, centum marcas, meliorem cyphum noſtrum & meliorem annulum, poſt annulos eccleſie Maguntine & ſucceſſoribus noſtris deputatos.

ITEM damus, - - legamus & deputamus Nepotibus noſtris *de Atzbald*, * & *de Ellingen*, † Maguntine, Wormacienſis, & aliarum eccleſiarum civitatis Mog. Canonicis, cuilibet eorum unum cyphum argenteum; quorum ciforum quilibet valere debet quinque marcas argenti.

* *Attentionem meretur expreſſio familiæ ex qua* Petrus *ortum duxit*, *genuina.*

† *Subintelligitur* NICOLAVS de Ellingen, *factus an.* 1318 *Præpoſitus* S. Stephani *Mog. Quia vero hæc Præpoſitura annexam tunc temporis habebat curam animarum; Ipſeque* Nicolaus, *cum* 1320 *deſignaretur Præpoſitus maior* Wormatienſis, *eam dimittere nollet; Capitularium* Stephanitarum *aliqui*, *non ſine tricis*, *proceſſerunt ad electionem novam. Compromittendo in Confratrem ſeniorem*, ANTONIVM, *nuncupatum* ad Rotam: *Qui proin*, *ſuo ac Capituli totius nomine*, *elegit*, *electumque*, *an.* 1320 *d.* 3 *Decembris*, *publicavit*, SALMANNVM Walpodo, *ex Patri-*

Patritiis Moguntinis: Ab ædibus etiam de Clemanno, (zum Cleman *) dictum.

* Conf. Vol. I. *Rer. Mogg.* p. 82. § *Et id quidem.*

A cuiusmodi electionis actu NICOLAVS *appellavit ad Sedem Apostolicam; inter gravamina cetera exponens,* a) *rem circa Præposituram quam adeptus esset* Wormatiensem, *nondum stare in tuto; eoquod Canonicorum istorum pars inde appellasset.* b) *Stephanitæ ad electionem vocati non fuerint omnes.* c) *Intervenerint certa eos inter &* Salmannum *pacta illicita.* d) *Ipsos esse excommunicatos, tanquam contrafactores Statutorum synodalium a* Petro *in Concubinarios editorum* &c.

ITEM omnes libros nostros, de Iure, Medicina † & Philosophia dari volumus & distribui Nepotibus nostris Clericis, aptis ad studendum & dispositis, quorum distributionem *Iohanni* nepoti nostro predicto, cuilibet eorum prout est dispositus, committimus faciendam.

† *Hi codices utique respectum habent ad artem medicam, olim a* Petro *exercitam.*

ITEM Nepti nostre, uxori CRAFTONIS in *Maguntia*, damus legamus & deputamus centum libras *Hall.*

Heuh! quod Craftonis non expresserit cognomen. *Præsumptive civitatensis erat Patritius.*

ITEM Servitoribus nostris legamus quingentas libras *Hall.*, quarum centum dari debent IACOBO de *Lorrach* Pincerne. Centum NICOLAO & THOME, Hostiariis. Centum VLRICO Camerario & HEINRICO Rasori nostro. Residue ducente inter alios Servitores nostros, prout brevius vel longius servierunt, secundum discretionem Executorum nostre ultime voluntatis dividantur.

Trium, a serviciis eiusdem D. Petri *existentium, qui tunc iam obierant, memoriam recolit Liber Animarum ecclesiæ* Aschaffenb. PRIMI, *ad Idus Aprilis,* „ ☧ HEINROTH „de Sco *Vrsicino* Basiliens. dioc. qui fuit famulus Camere Dni

„Dni PETRI Archiep. Mogunt., qui sepultus est in ambitu „ecclesie nostre. Qui nobis dedit carratam vini *Franci* in „redditus annuos convertendos.

SECVNDI. *ad XV. Kal. Aug.* „THILMANNVS magister Coquine Dni PETRI Archiep. Mogunt. ☉ anno . . MCCCXIII in vigilia *Bartholomei* Ap. Qui contulit ad usus presentium VI marcas puri argenti pro redditibus comparandis, quas ecclesia recepit ab HEILMANNO Decano - -

TERTII: CVNRADVS *Stuckelin* presbiter Vicarius Eccl. Basiliensis, & magister Coquine Dni PETRI - - ☉ anno . . MCCCXV. XIII Kal. Aug. Qui dedit ecclesie nostre XX libras *Hall.* ad comparandum Redditus pro suo anniversario in perpetuum peragendo.

ITEM, omnes, quibus hic per nos data legata seu deputata est pecunia pro Redditibus comparandis, infra unum annum a tempore publicationis huius nostre ultime voluntatis post nostrum obitum faciende, comparare tales redditus tenebuntur, alioquin eis qui hoc non fecerunt, Executores voluntatis nostre infrascripti ad tradendum pecuniam legatam minime teneantur, sed ipsam inter pauperes & mendicos distribuent, & in alios usus pios convertent, sicut viderint expedire.

Executores quoque nostre ultime voluntatis in prescriptis facimus, & presentibus deputamus, Religiosum virum WILHELMVM Abbatem in *Eberbach* Ord. Cisterc. Nobilem virum HERMANNVM de *Hohenfels* Affinem nostrum;

Vtinam de hac affinitate constaret propius; eo quod Hohenfelsii *fuerint Dynastæ*, Petrus *vero ex gente Trevirorum privata.*

EBERHARDVM (*de Lapide*) Cantorem, HEINRICVM de *Rodenstein*, Northeimensem: IOHANNEM de *Treveri*, Sce Marie Erfordensis ecclesiarum Prepositos, Canonicos Maguntinos, & Strenuum virum CONRADVM de *Rudinsheim*; ita, quod omnes, vel maior pars ipsorum si omnes convenire vel con-

concordare non possent, predictam nostram voluntatem extremam exequantur fideliter, sicut de ipsis gerimus confidentiam specialem, ut coram districto Iudice de hoc possint reddere debitam rationem. Nec per hanc Ordinationem nostram, ordinationi alias in diocesi *Trevirensi* per nos facte, neque per illam isti, volumus in aliquo derogari.

Et nos predicti, WILHELMVS Abbas in *Eberbach* HERMANNVS de *Hohenfels* EBERHARDVS Cantor HEINRICVS de *Rodenstein* IOHANNES de *Treveri* & CONRADVS *de Rudinsheim* recognoscimus, executionem premissorum in nos recepisse, & ipsa velle pro posse & nosse fideliter exequi, sicut de hoc DEO possimus in districto iudicio respondere. In evidens quoque testimonium sigilla nostra, una cum Sigillo Venerabilis in Xpo Patris ac Domini nostri, Dni PETRI Archiepiscopi Maguntini supradicti, duximus presentibus apponenda.

Datum *Maguntie* sub Sigillo nostro. IX Kal. Martii Anno Domini MCCC *decimo nono*. Predicta - - legata, donata & deputata, ipsi Executores invenient & recipient in Castro *Erenfels*, & in curia *Eberbacensi* in *Maguntia*. Datum ut supra.

CXXXI.

Pactum commune, de sumptibus Litis simultanee ferendis.

An. 1319.

VNIVERSIS presencium inspectoribus. Nos *Frater* BERTHOLDVS de *Buches*, Commendator, ac ceteri Fratres Domus Teuthonice prope *Marpurg* ex una, & nos Prior, Magistra totusque Conventus monasterii in *Aldenburg* - - ex parte altera, notum facimus tenore presencium, publice protestantes; Quod super Causa quam movemus, seu movere intendimus coram quibuscunque Iudicibus, ecclesiasticis *ex Autogr.*

Y vel

vel mundanis, contra pueros seu heredes quondam dicti *Milcheling* de *Gyzen* Militis, occasione cuiusdam annue pensionis, conpetenti nobis Partibus legitime in villa *Luzelinden*, de Curia dicta in vulgo der Gradisholo, & de bonis dependentibus ab eadem, simul expensas necessarias absque omni dolo & fraude tolerare volumus & debemus; nec una pars sine alia composicionem aliquam inire debet, nec poterit aliquatenus, de facto vel de iure. Amotis omnibus occasionibus penitus, & exclusis.

In cuius rei testimonium nos Commendator & Fratres predicti, pro nobis sigillum Domus nostre, & nos Prior Magistra & Conventus - - - nobis, sigillum nostri Monasterii presentibus apposuimus in testimonium premissorum. Datum

17. Febr. & actum Anno Domini M CCC XIX. Feria IIII post Dominicam *Invocavit*.

CXXXII.

Differentia inter Capitulum B. V. Wezlariæ *&* Solmenses *amicabili tractatu composita.*

An. 1319.

ex Autogr. AD universorum noticiam tenore presencium perducatur, Quod cum inter nos HERMANNUM de Solmisse, Canonicum ecclesie Sci *Castoris* in *Confluencia*, IOHANNEM Comitem *de Solmisse*, ac THEODERICUM fratrem eiusdem Comitis, pro nobis, & Nobilibus Matronis, KONEGUNDE Domina *de Kempenich*, & ALHEIDE Canonica *Vilicense*, sororibus mei *Hermanni* predicti ex una, & Honorabiles viros Dnos Decanum & Capitulum Eccl. *Wetflar*. . ex parte altera, super Redditibus XVI maldrorum siliginis - -, & percepcione eorundem, cedencium singulis annis cum suis pertinenciis de certis bonis, in villis *Burchsolmisse*, *superiori Solmisse*, & *Diefsinbach* sitis, discordia seu questionis materia verteretur; nostrorum hinc inde Amicorum consilio mediante subscripta amicabi-

cabilis composicio intervenit, quod ad sopiendum omnem discordiam hactenus inter nos habitam, tam de perceptis per nos temporibus discordie, quam pro revendicione predictorum reddituum; nos predictis Decano & Capitulo Centum & decem marcas denar. *Colon.* legalium & bonorum, - - - pro medietate in festo Nativitatis Domini nunc instanti, & pro parte altera in festo eiusdem Nativitatis ex tunc anno revoluto proxime subsequenti, presentabimus & integraliter persolvemus.

Pro quorum solucione predictis terminis facienda, deputamus & assignamus eisdem, Honestos viros GOTFRIDVM de *Kalsmunt*, GERLACVM *Cruch* de *Lune*, HENRICVM *Creyz* Milites; CONRADVM *Creipechir* Rectorem ecclesie S. *Georgii* iuxta *Brunenvels*, GERLACVM *Monich*, CRAFTONEM de *Swapach*, REINBOLDVM *Gul*, HENRICVM *Marolf*, Armigeros, & quemlibet eorum in solidum fideiussores. Qui, si in aliquo terminorum predictorum negligentes inveniremur, quod absit, moniti, hospicium in Opido *Wetslar*.., per eosdem Decanum & Cap. eis demonstrandum, intrabunt; ibidem quilibet in persona propria, vel ex causa racionabili ipsorum aliquo inpedito, Armiger cum uno Equo, more fideiussorum commessaciones faciendo, & inde nullatenus recessuri, donec dicta pecunia in utroque solucionis termino per nos seu per nostros heredes primitus persolvatur.

Est eciam adiectum, quod si dictorum fideiussorum aliquis decederet, vel agendo in remotis moneri faciliter, seu quocunque alio legitimo inpedimento obstante in hac parte debitum sue fideiussionis prestare non posset; nos infra mensem ex tunc loco eiusdem debemus substituere alium eque bonum. Quod si non faciemus, alii fideiussores predicti, moniti, in loco & omnimodo prout supra expressum est, commessaciones facient tam diu, donec loco suorum confideiussorum taliter deficiencium substituantur fideiussores alii eque boni.

Premisimus eciam, & promittimus indempnes reddere fideiussores nostros predictos sub fidei prestacione, & relevare Decanum & Capit. memoratos ab omni inpeticione, que pos-

ſet fieri de facto vel de iure eiſdem, per Honorab. Matronas *Kunegindim* & *Albeidim* predictas, & omnes noſtros heredes, ſeu alios quoſcunque. Compoſitionem quoque huiusmodi, renunciando omnibus exceptionibus Iuris canonici & civilis, ſervabimus inviolabilem & illeſam. Nec non ſub fide preſtita volumus & debemus Eccleſiam *Wetflar*.. & perſonas ſingulas eiusdem, in omni favore, amicicia & reverencia confovere.

Et in omnium teſtimonium ac robur evidens premiſſorum, damus preſentes Litteras Decano & Capitulo predictis. Sigillis, noſtri ſcilicet *Hermanni* * & *Iohannis* † predictorum, quibus ego *Theodericus* ſum contentus, nec non Sigillo civitatis *Wetflar*.. ad noſtras & pred. noſtrorum fideiuſſorum preces appenſo, communitas.

Nosque Fideiuſſores - - omnes & ſinguli, ſub appenſione ſigillorum predictorum fide preſtita corporali recognoſcimus, nos facturos commeſſaciones modis ſupra expreſſis, ſi hoc neceſſitas poſtulet & requirat. Et nos Iudices, Scabini & Conſules *Wetflarienſes* fatemur, ad preces Dominorum & fideiuſſorum ſingulorum predictorum nos ſigillum . . noſtre Civitatis preſentibus appendiſſe. Datum Anno Domini
23 Iun. *M. CCC. Decimo nono*. In vigilia bti *Iohannis* Baptiſte.

* *Canonicos, alta quantumvis proſapia natos, nihil mundani ſuis in Sigillis oſtentare conſtat; Sed ſemper tale aliquid, quod compoſitum eſt ad ſtatum eccleſiaſticum. Tanto magis admirationem meam ſubiit, ipſum* HERMANNUM *videre, Comitis ſecularis adinſtar, Equo veloci, ſtricto gladio, pectore per Scutum Solmenſe obtecto, inſidentem. His circumſcriptis verbis:*

S. HERMANNI DE SOLMISSE CAN.
S. CASTORIS I. CONFL.

In eo tamen, Clericorum Illuſtrium recepto tunc temporis mori ſe conformavit, quod, ſolum exprimendo particulam de, *a ſtatu Comitis nativo abſtraxerit.*

† Iſtius, eſt in forma ordinaria.
S. IOHANNIS COMITIS DE SOLMISSE.

CXXXIII.

CXXXIII.

TESTAMENTVM

Rmi PETRI *posterius, præter diversitatem in multis, uberiorem suggerens notitiam circa parentelam.*

An. 1319. XXV Aug.

IN NOMINE DOMINI AMEN. NOS PETRVS . . Sce Magunt. Sedis Archiepiscopus - - - - Considerantes quod nichil morte cercius, hora autem mortis nichil incercius; Sani itaque mente & corpore extremam nostram voluntatem de his que in bonis propriis seu in peculio proprio habemus, non de rebus Ecclesie nostre Maguntine, prout infrascriptum est in presenti . . pagina, duximus ordinandum. *ex Autogr.*

In primis igitur Eccl. n. Magunt. assignamus legamus & donamus Redditus annuos (50) maldrorum siliginis, pro nostro Anniversario, eodem modo sicut in die obitus nostri, Septimo videlicet & Tricesimo annis singulis - - - peragenda. ITEM . . & legamus Redditus (50) maldr. silig. - - ad dotandum Capellam que iuxta apotecam EKEHARDI construetur, & in honorem omnium Sanctorum consecrabitur. ITEM damus - - - Caput bte *Margarethe*, unam crucem auream que fuit - - - -, cum gemmis preciosis. ITEM Baculum nostrum pastoralem argenteum, Infulam . . rubeam cum perlis & corallis, Anulum . . episcopalem cum saphiro; Vestimenta & preparamenta missalia, que exceptis melioribus . . plus valebunt. Meliora vero prepar. . cum tribus anulis melioribus, videl. Rubino, saphiro & smaragdo: Baculum past. ligneum, Infulam meliorem, & parvam crucem nostram pectoralem damus - - universis nostris Successoribus - -; Ita quod quilibet - - de non alienandis dictis prepar. & clenodiis corporale prestet iuramentum publice in Capitulo Maguntino.

ITEM damus - - ceteris Ecclesiis Collegiatis intra & prope Maguntiam, videl. S. *Petri* - - - - quinquaginta marcas denar. *Colon.* pro comparandis redditibus ad nostrum Anniversarium - - peragendum; Et cuilibet earum - - legamus unum pannum sericeum pro Casula facienda; quos pannos infrascripti Executores - - - inter ipsas Ecclesias distribuent, prout secundum statum earum viderint expedire.

ITEM adicimus quod cuilibet monasterio Monachorum & Monialium, cuiuscunque sint status, sive Mendicantes sive non mend. . existant, in Civitate Maguntina & per *Rinkogiam*, detur similiter pannus sericeus pro una Casula facienda.

ITEM, volentes pro cultu Divino augmentando Prebendarum & Canonicorum, nimirum in Ecclesia Sci *Gyngolfi* . . augere, eidem - - legamus LXXX maldra sil. & duas carratas vini *franci* in annuis redditibus pro quatuor Prebendis, conferendis actu Sacerdotibus instituendis in eadem.

ITEM damus Ecclesie S. *Mauricii* . . redditus unius carrate vini *franci*. Qui redditus annui supradicti omnes - - -, cum redd. XXX maldrorum sil. ad *Spendam* annuam in die Anniversarii nostri inferius deputatis, recipientur annis singulis de redditibus quos de propria nostra pecunia proprietatis tytulo emimus a Nobili viro POPONE Comite *de Eberstein*; ELIZABET, Relicta quondam CONRADI de *Hohenloch*, ab VLRICO de *Bikenbach*, & a CONRADO Comite *de Vehingen* in villis *Eschebach* inf. *Eschebach* superiori; in *Wilbach*, in *Wykere*, in *Sulburg* & in *Massenheim*: Hoc adiecto, quod quidquid de redditibus predictarum villarum ad nos pertinentibus ultra redditus per nos legatos - - - ut premittitur, qui se adducenta & X maldra silig., & tres carratas vini extendunt annuatim, superfluxerit, nostris Successoribus imperpetuum derivetur; & hoc se extendit ad XX & unum maldra & tres modios siliginis, XLVIII octalia avene, unam carratam & XXX quartalia vini, XI libras & VIII solidos cum dimidio *Hallensium* annis singulis; preter prata, silvas seu nemora; novalia & rubeta, que

que in Contractu empcionis predicte ad valorem ducentarum quinquaginta librar. *Hall.* fuerunt estimata.

ITEM damus Ecclesie *Pingwensi* unum par de nostris Episcopalibus missalibus vestimentis.

ITEM Domum nostram in *Frankenfurd*, quam Serenissimus Dns noster D. HENRICVS Rom. Imperator - - - nobis perpetua donacione dedit, - - - legamus ecclesie S. *Bartholomei* in *Frankenf.*, † Ita ut Persone eiusdem ecclesie quater in anno (*&c.*).

† *In priori testamento comitem habebat ecclesiam S. Mariæ.*

ITEM damus - - centum marcas *Colon.* denar. ad emendum Redditus pro Infirmis, degentibus in Hospitali quod in *Mildenberg* construximus, sustentandis.

ITEM Monasteriis Sanctimonialium in *Maguntia* & per *Rinkogiam* constitutis . . legamus CCC marcas - - quas inter ipsa . . distribuendas, Devoto nostro WILHELMO Abbati *Eberbacensi* dedimus - - & commisimus, prout iuxta mandatum quod a nobis recepit viderit expedire. Hoc adiecto, quod in quolibet Monasteriorum predictorum anniversarius noster - - perpetuo peragatur.

ITEM unum de melioribus pannis nostris sericeis sive aureis, cum omnibus libris Missalibus & Matutinalibus Ordinis *Basiliensis*, Ecclesie *Basiliensi* * damus & legamus.

* *Hoc utique fecit in memoriam, quod illic fuerat Episcopus.*

ITEM damus IOHANNI de TREVERI nepoti nostro, Canonico Maguntino centum marcas *Colon.* denar., Cyfum nostrum, & meliorem anulum post anulos Ecclesie Magunt. & Successoribus nostris assignatos.

ITEM Filiis Fratris nostri, videlicet PETRO & PAVLINO, ac filiis Sororis nostre, videl. FRIDERICO, HENRICO, & NYCOLAO, dictis *Butten*, damus & legamus cuilibet eorum

eorum centum libras *Hall.* Ceteris Nepotibus noſtris, de *Treveri*, de ATSPELT, & de *Ellingen*, Magr Wormat. & aliarum eccleſiarum Magunt. Canonicis . . legamus cuilibet eorum unum Cyſum argenteum, quos per pred. nepotem noſtrum IOHANNEM inter ipſos iuxta ſuam diſcretionem dividi volumus; recepto prius a quolibet eorum, quod in memoriam noſtri, ſingulis diebus quibus vixerit, dicat unum *De profundis* & unum *Pater noſter* cum Collecta pro defunctis, corporaliter iuramento.

Similiter cuilibet Neptum noſtrarum, videlicet de *Atſpelt*, de *Mulibach*, in *Lucenburch* & in *Dubenvelt;* & quatuor aliis in *Treveri;* videlicet KATERINE, ADELHEYDE, LORETHE, & iterum KATERINE.., damus - - cuilibet earum unum cyſum argenteum, inter ipſas per pred. Io. de *Treveri* ſecundum ſuam diſcr. & arbitrium dividendos, ita quod quelibet ipſarum, noſtram faciat memoriam cum quinque *Pater noſter* ſingulis diebus quibus vivit.

ITEM damus & legamus domibus Predicatorum & Minorum in Maguntia cuilibet earum XX marcas *Colon.* denar. Domui Auguſtin.. & domui Carmelitarum ibidem, cuilibet X marcas - - pro memoria noſtra - - peragenda.

ITEM damus - - de bonis ſive redditibus noſtris predictis, Redditus XXX maldrorum ſil. - - pro facienda pauperibus communi elemoſina, que *Spenda* volgariter dicitur, annis ſingulis in die Anniverſarii noſtri; cuius - - Spende executorem & diſtributorem eſſe volumus Capellanum qui pred. Capellam de bonis noſtris ut premittitur dotandam, p. t. obtinebit.

ITEM omnes libros noſtros de Iure (*&c.*)

ITEM ordinamus quod de pannis noſtris ſericeis, Sci *Paulini*, S. *Symeonis*, S. *Mathie*, S. *Martini*, Sce. Marie ad Martires in *Oren* monialibus: S. *Pauli*, S. *Katherine*, S. *Barbare*, ad *Penitentes*, S. *Gervaſii*, ad *Pontem Leonis* eccleſiis & monaſteriis Treverenſibus: Domibus Predic., Minorum, Auguſtin. & Carmelitarum ibidem; In *Bonewege* prope *Lucenburg*, ad *Vallem* Sce *Marie*, & ad S. *Spiritum* in *Lucenburg*, cuilibet eorum detur

detur unus pannus fericeus pro cafula facienda; quorum pannorum diftribucionem *Iohanni* de *Treveri* predicto, & ERNESTO * Prepofito S. *Severi* Erfordenfis, nepotibus noftris fideliter committimus faciendam; &, fi forte panni fericei deficerent, volumus ut recipiantur *Baldekini*.

* cogn. de Ellingen.

ITEM damus & legamus Quingentas libras Hallenfium Servitoribus noftris, quarum centum dabuntur (*&c.*)

ITEM adicimus, quod de bonis noftris mobilibus in *Hasfia* & *Thuringia*, in qualibet infrafcr. Ecclefiarum, videlicet *Fritzlarienfi*, Sce *Marie*, *Severi* & S. *Petri* Erford., Heyligenft.. & Northunenfis, Redditus quatuor marcarum comparentur fi pred. bona - - mobilia fufficiunt; alioquin in tantum, in quantum - - fufficiunt in qualibet - -, comparentur pro noftro anniv. in ipfis perpetue peragendo.

ITEM damus - - Fratri THEODERICO Pincerne, Ordinis Predicatorum, *Confeffori noftro* XX marcas *Colon.* denariorum.

ITEM Monafteriis Sanctimonialium in *Ingelheimerhufen* & *Ingelheim* dari & comparari volumus cuilibet - - duas marcas - - pro noftro anniverfario peragendo.

ITEM ad Hofpitale in *Pinguia* duarum marc. redditus volumus comparari. ITEM Monafterio *Eberbacenfi* . . legamus centum libras *Hall.* - - - ITEM - - Monafteriis Sanctorum *Albani* & *Iacobi* extra mūros Mag., & monafterio Montis S. *Iohannis* in *Rinkogia* cuilibet . . L. marcas - - ad comparandum redditus - - - - ITEM in *Maguntia* & in *Afchaffenb.* Hofpitalibus - - X marcas - - -

ITEM adicimus, quod infrafcripti Executores noftre voluntatis nulla Clenodia per nos data & legata Ecclefie noftre Maguntine dent eidem, nifi prius per Decanum & perfonas de Capitulo, quod non alienent, nec alienari per Succeffores noftros ipfa clenodia, vel eciam preparamenta permittant, preftetur iuramentum corporale; de quo iuramento, ne in obli-

vionem elabatur, publicum fiat Inſtrumentum, quod Sigillo Capituli ſigillatum, in ipſa Eccleſia perpetuo reſervetur.

ITEM Executores huius noſtre ultime voluntatis deputa-
* de Lapide. mus & facimus Honorabiles viros EBERHARDVM * Cantorem, HEINRICVM de *Rodenſtein* Canonicum & Camerarium, IO-
** T. II. HANNEM de *Treveri* dictum *Kirchoven* ** ERNESTVM
p. 322. Prepoſitum Eccleſie Sci *Severi* Erfordenſis Nepotes noſtros,
p. 324. 1359. Canonicos: IOHANNEM Capellanum noſtrum, & Prebendarium Eccleſie Maguntine, Fratrem THEODERICVM *Pincernam*, Ordinis Predicatorum, Confeſſorem noſtrum, SYFRIDVM *Ringravium* Vicedominum noſtrum in *Rinkogia*, CONRADVM de *Rudensheim*, Milites: Adicientes, ut in execucione predicta, ſi Executores . . diſcordarent, id procedat, quod maior pars eorundem iuxta noſtram ordinacionem decreverit faciendum, minoris partis contradictione non obſtante.

ITEM notificamus ipſis Executoribus ſeu Teſtamentariis noſtris, & omnibus aliis quorum intereſt, quod Depoſitum noſtrum; ſive in pecunia, ſive in clenodiis aureis, argenteis, ſericeis, ſive in rebus aliis quibuscunque conſiſtat, in Curia quam Abbas & Conventus monaſterii *Eberbacenſis* habent in Civitate Maguntina, & in Caſtro noſtro *Erenvels* debet inveniri.

ITEM ordinamus & volumus, ut, quidquid ſuper ea que ſuperius per nos ordinata ſunt, donata & legata de rebus & bonis noſtris, & clenodiis quibuscunque inventum fuerit & remanſerit, hoc totum, loco vagarum reſtitucionum, cuicunque faciende eſſent, *in ſubſidium Paſſagii Terre ſancte* convertatur; In hunc modum, *quod tres vel quatuor Armati*, prout ſecundum poſſibilitatem rerum inventarum fieri poterit, *ultra Mare ad predictum paſſagium transmittantur.*

In membranula affixa leguntur adhuc ſeqq.

Nos PETRVS - - - Recognoſcimus publice, & ad univerſorum noticiam volumus pervenire, Quod nos Teſtamentum

tum noſtrum, ſive ultimam voluntatem noſtram ordinavimus & conſcribi fecimus in Littera Sigillo noſtro concluſà, cui hec preſens littera eſt annexa. Volentes & ordinantes expreſſe, ut - - - pro noſtro teſtamento habeatur; &, ſi non valere poteſt ut Teſtamentum, quod valeat ut Codicilli, vel alio quocunque modo valere poteſt iure cuiuslibet ultime voluntatis.

Executores autem, qui communiter Teſtamentarii vocantur, ordinamus & facimus Honorabiles viros, Devotos & fideles noſtros dilectos, EBERHARDVM Cantorem, & HEINRICVM de *Rodenſtein*, Canonicum & Camerarium. IOHANNEM de *Treveri*, dictum *de Kirchoven* Canonicum, Nepotem noſtrum. IOHANNEM de *Treveri* Capellanum noſtrum Prebendarium Eccl. Maguntine. SIFRIDVM *Ringravium* Vicedominum noſtrum in *Rinkoia* & CONRADVM de *Rudensheim*, Milites; Qui, contemplacione noſtra predictam executionem ſibi aſſumpſerunt; &, quod eam explebunt & perficient fideliter, corporalem fidem loco iuramenti fecerunt. —— In premiſſorum evidenciam pleniorem has noſtras Litteras prefatis Teſtamentariis tradimus, noſtro, & eorum Sigillis communitas.

Nos vero *Eberhardus* Cantor, *Heinricus* de *Rodenſtein*, - - *Iohannes* de *Treveri* dictus *Kirchoven* - -, *Erneſtus* Prepoſitus S. *Severi* Erford. & *Iohannes* de *Treveri*, Capellanus & Prebendarius - - -, *Sifridus Ringravius* Vicedominus in *Rinkogia*, & *Conradus* de *Rudensheim* Milites, antedicti, Recognoſcimus & fatemur, quod executionem Teſtamenti ſeu ultime voluntatis Venerabilis - - *Petri* Ar. M. predicti nobis aſſumpſimus, &, quod eam explebimus & perficiemus cum omni fidelitate qua poſſumus, quilibet noſtrum, loco iuramenti, fidem preſtitit manualem.

In cuius rei noticiam ſigilla noſtra cum Sigillo predicti Dni noſtri preſentibus duximus apponenda. Datum Anno * die VII Kal. Septembris.

* *et tamen non exprimitur. Conferendo interim tenorem prioris Teſtamenti, non poteſt non eſſe idem annus 1319, d 25 Aug. VIII enim Kal. anni poſteri Mundo iam valedixerat.*

 CXXXIV.

CXXXIV.

Eberhardus *de* Randeck *&* Ida *coniuges dant ipsorum Natæ*, *nuper* Ioanni *de* Sigersberg (*filio* Wilemali) *connubio iunctæ*, *600 libras parvorum Turonens. in dotem.*

An. 1319.

ex Autogr. Ich Eberhart von Randecken ein Ritter, und Jda *Vxor* dun kont allen, daz wir, Arnolde, Hern Johannes Son van Sirsperch, Wilemalen eines Ritters, han gegeben Binzelen unser Dochter zu eime elichen Wibe; Vnd han Jme mith Jr gegeben Ses hunderth Punt cleiner Tornose, genger und geber, der zwene geldent einen Metzen penninch, also daz er u. Si, und ir Erben doch solen deilen an allen dem Erbe und Eigene, daz Jn vallen mach von mir Eberharten, u. Jden irer Muter vorgenanten; Alzo, wir beide nith insin, an allen Dingen, alzu Binzele unser Dochter darzu geboren ist, nach der gewanheit des Landes die . . ses hundert Punt nith wider in zu werfene.

Das dis stethe si, so henken ich Eberhart . . min Jngesigel an disen Brip; Vnd bitte minen Heren Graven Friderichen von Liningen, des Man ich bin, und Hrn Diderichen Randeckere minen Mach, und Hrn Crippingen minen Swager, das Sie uch ir Jnges. zu eime Urkunde daran henken. Vnd wir Grave Friderich (*&c.*) Vnd wart der Brief gegeben, da man zalte nach Cristes Geburde Druzen hundert und Nunzen Jar, des Mandages nach unser Vrowen dage der Hindersten. *

* *Conceptiones.*

CXXXV.

CXXXV.

„LITTERA *confirmationis emptionis Castri* Scho„wenburg; *cum amputatione questionis, quod ca„strum idem a* Comitibus Palat. Reni, *tam„quam ab ipsis in feudum dependens, non „possit vindicari.„*

An. 1320.

Nos LVDEWICVS *Dei Gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Recognoscimus & ad universorum notitiam volumus pervenire, quod propter grata & utilia obsequia, que Venerabilis PETRVS Archiep. *Magunt.* Princeps & Secretarius noster karissimus iam dudum nobis fecit, & adhuc nobis & Imperio frequenter impendit; Contractum illum emptionis de castro *Schowenburg* & suis pertinenciis a pred. Archiep° - - celebratum, tamquam Romanorum Rex & Comes Palatinus Reni ratum & gratum habemus, ipsumque omni eo modo & forma quibus melius possumus & valemus, presentibus confirmamus. Volentes ut, si quis Successorum seu heredum nostrorum, aut quicunque alius forsan inposterum conaretur astruere, quod pred. Castrum - - ab ipso descendere deberet in feodum, illi omnis contradicendi seu inpugnandi materia penitus sit sublata; cum intentionis nostre existat, quod seped. castrum - - quoad ius & proprietatem in Ecclesiam Maguntinam, habendum & possidendum liberaliter sit translatum, & a nobis & posteris nostris perpetuo abdicatum.

In cuius nostre ratihabitionis & confirmationis testimonium presentes exinde conscribi, & nostre Maiestatis Sigillo iussimus communiri. Datum in *Erenfels* * III nonas Febr. Anno Domini MCCCXX. Regni vero nostri anno Sexto.

* *Consueta Principum Mogg. Sedes.* T. II. p. 58. *Nec dubium, quin* LVDOVICVS, *visitandi* PETRVM *gratia, cum intimum exaltationis sue Promotorem, illuc se contulerit.*

Periodum eorum, quæ ab Archiepiscopo PETRO, *& alias sub eius pontificatu acta sunt, gestaque, sic absolvimus. Quandoquidem ipso hoc anno* 1320, *mensis Iunii die* 5. *a nexu corporis solutus in beatam æternitatem translatus est.*

Principi, de Moguntina Ecclesia immortaliter merito, successit, anno 1321, MATHIAS de Bucheck, *Asceta* Murbacensis, PP. Ioannis XXII *provisione.*

* * *

CXXXVI.

„*De Bonis in* Dettingen, *collatis per Dnam* de Hohenloch.

An. 1320.

NOS ELIZABETH Domina *de Hohinloch:* Tenore presentium recognoscimus, publice protestando, quod nos Honorabilibus viris . . Decano & Capitulo ecclesie *Aschaffinburgensis*, & eius Vicariis universis; ut Missarum, orationum, & bonorum operum que Dns IHVS XPVS fieri concesserit sua clemencia per eosdem, esse participes mereamur, & apud ipsos nostri memoriam perpetuo relinquamus; Damus, tradimus & donamus, donatione inter vivos, bona nostra universa, dicta *Hennengut*, in villa *Dettingen* & in terminis eius sita, cum omni iure & utilitate sicut ea hactenus dinoscimur possedisse, pro nostre anime parentumque nostrorum remedio & salute: Retento tamen nobis ipsorum bonorum, solummodo ad vite nostre tempora usufructu; post mortem vero nostram apud predictos Decanum & Capitulum, & eorum Ecclesiam perpetuis temporibus remanebunt; & in nostro Anniversario, cum Missa defunctorum & decantatione Vigiliarum & compulsatione campanarum sicut moris est annis singulis peragendo, proventus predictorum bonorum inter Canonicos & Vicarios tunc presentes, in pecunia, sicut est solitum, dividentur.

In

In cuius rei teſtimonium preſentes Litteras eis dedimus, noſtri Sigilli munimine roboratas. Datum Anno Domini MCCC *Viceſimo*, in Nativitate Sce Marie Virginis glorioſe. 8 Sept.

Necrologium Aſchaffenb. *ad III. Non. Febr:* „ ☧ Elizabeth *de Hohinloch* Anno Domini MCCCXXXV. Legavit „Redditus (&c.)

CXXXVII.

ORATIO, *a* THOMA *Clerico habita in pleno conſeſſu Capituli Metropolitani, dum is ablegaretur* Moguntiam, *ad exponendum Iura ac Prærogativas, quæ competant Epiſcopo* Eichſtetenſi, *Sede* Moguntina *vacante.*

An. 1320. XXIII Dec.

IN NOMINE DOMINI. AMEN. Vniverſis XPI fidelibus tam preſentibus quam futuris has Litteras inſpecturis tenore preſentium innoteſcat; Quod anno a nativitate Domini MCCCXX, in previgilia nativitatis eiusdem hora tertia, Indictione tertia concurrente ſecundo Epacta nona; Sancta & Venerabili Eccleſia *Moguntina* ex obitu feliciſſime recordationis quondam Domini PETRI Archiepiſcopi Paſtore vacante, ex parte Reverendi Patris Dni PHILIPPI Epiſcopi *Eyſtetenſis*, eiusdem Sedis Cancellarii, Ego THOMAS, Clericus humilis, inſufficiens & indignus, quondam dicte Eccleſie *Eyſtet*. Notarius, nunc autem Canonicus novi Collegii *Spaltenſis*, ſuper proponendis & proteſtandis Iuribus, Dignitatibus & Officiis, que idem D. PHILIPPVS, & quilibet Epiſcopus *Eyſtetenſis* in eadem Eccleſia Moguntina, maxime Sede vacante, habere dinoſcitur, cum Litteris in *Moguntiam* deſtinatus, & in totius Capituli *Moguntini* & aliorum proborum Virorum preſentia conſtitutus, tale michi ſumpſi proponendi principium; indi-

indictoque silentio, sub verbis subscriptis omnium captavi benivolentiam Auditorum.

Reverendi Patres & Domini. Antequam ad aliqua alia ponenda procedam, peto instanter, ut non consideretis mee scientie parvitatem, nec respectum habeatis ad meorum insufficientiam meritorum. Fervor enim & favor, quem habeo ad Ecclesiam *Eystetensem* predictam, de cuius ego sum educatus adipe, & lacte nutritus, me tam iure consuetudinis quam nature ad hoc allicit & inducit, ut Iura, Dignitates & Officia supradicta proponam breviter, & explicem coram vobis: Ad quod per vestre benignitatis clementiam, que, sicut scio, iustitiam diligit, & iniquitatem abhorret, benignam michi peto audientiam exhiberi.

Summum bonum in vita est Iustitiam colere, & unicuique tribuere quod suum est. *XII. Q. II.* Cum devotissima fundamenta militantis Ecclesie in Montibus sanctis Propheta rememorans; Et . . , *X* de *Elect. in princip. Lib. VI*, eterni Patris Filius D. N. I. C. ad Patrem a quo exierat ascendens, prescivit suam Sponsam dilectam, Ecclesiam, immo preelectam, hoc est totam Ecclesiam, huius mundi variis tribulationibus concuti, & diversis afflictionibus perturbari; Volens autem DOMINVS electis suis salutare in hoc casu, immo salubre & singulare prestare remedium; Fundamenta, hoc est Apostolos, & eorum successores, videlicet Dnos Archiepiscopos, Episcopos, Pastores & Prelatos in sua sancta Ecclesia constituit, ad hoc, ut eisdem fundamentis innixi, certum apud eos invenirent remedium, & auxilium oportunum. Et quia fundamenta firma esse debent & valida, firmamentum eorum in summo Monte constituit; de quo quidem monte Propheta antea diu prophetaverat, sic dicendo: *Erat firmamentum in terra in summis Montium*, &c. ut legitur in *Ps. LXXI*, versiculo *XVI.* Cum igitur fundamentum ab eo discrepare non debeat qui ipsum posuit & constituit, sed ei potius se debeat conformare; obmissa multa pompa & sollemnitate verborum, que quandoque alliciunt, quandoque etiam fastidiunt audientes; ex parte dicte Ecclesie *Eystetensis* ad vestram sum presentiam destinatus, ut Iura, Dignitates & Officia, que ipsa Eystet. . ecclesia apud hanc Sedem Metropoliticam, cum eandem vacare dinoscitur, proponam publice, & innovem coram vobis: Que omnia & singula, ea qua potero brevitate perstringam.

Dico

Dico igitur primo ſic: Quod ipſa *Eyſtetenſis* Eccleſia per Sanctiſſimum Archipreſulem *Moguntinum* & glorioſum Martirem BONIFACIVM fundata primitus, dotata & plantata exiſtit; & ideo ipſa *Eyſt.* . Eccleſia Vobis, & huic ſancte Sedi ſubiectionem debitam, & obedientiam condignam humiliter recognoſcit. Fuit namque Glorioſus ille Martir & Pontifex *Bonifacius* noſtri Patroni Sci WILLIBALDI egregii Confeſſoris atque Pontificis XPI Avunculus; & ratione fundationis, plantationis, & conſanguinitatis huiusmodi, S. *Bonifacius* eundem ſuum Avunculum, fecit Suum, & iſtius ſancte Sedis *Cancellarium*, & omnes eius ſucceſſores Epiſcopos *Eyſtetenſes*. Ecce per hoc habetis huiusmodi radicem & originem dignitatis. Eiusdem ſiquidem dignitatis officium dicta *Eyſt.* . eccleſia, a tempore quo non eſt memoria, pacifice & quiete poſſedit, tenuit, & preſcripſit; nullo negante, nulloque in contrarium quid dicente.

Pretextu autem Cancellarie ſeu Dignitatis huiusmodi, memorata *Eyſt.* . Eccleſia pre omnibus aliis Eccleſiis vobis ſuffraganeis quaſdam dignitates, prerogativas & honores apud hanc ſanctam Sedem obtinet ſpeciales; quas libenter & clementer audire debetis, ad hoc, ut cognoſcentes & prius ſcientes plus memoriter teneant; ignorantes autem audiant diligentius & attendant; ut narrent ea filiis ſuis, hoc eſt ſucceſſoribus, ut cognoſcat generatio altera.

Eſt autem hec Prima & principalis dignitas, quod videlicet D. Epiſcopus *Eyſtetenſis*, hac ſancta Sede vacante, ſicut heu vacat ad preſens, ad ſupplendum vices Archiepiſcopi defuncti, poteſt & debet REGEM *Bohemie* coronare; ita ſi ſic contingeret, aut ſe negotium forte caſualiter ſic offerret, quod Sede vacante eſſet Rex Bohemie coronandus. Et quod hoc ſit verum, de hoc habeo inter nos vivum & bonum teſtimonium. Vnde ad memoriam vobis revoco quod factum eſt recenter & noviter in hoc caſu; Scitis enim, et, ſicut credo, bene recolitis, quod cum ex morte bone mem. quondam Dni GERHARDI Archiepiſcopi, hec Eccleſia Archiepiſcopo & Paſtore vacaret, Regis ALBERTI filius RVDOLFVS in Regem *Bohemie* prefectus extitit, & electus. Rex autem *Albertus* volens coronari filium ſuum; Reverendum Patrem Dn. PHILIPPVM Epiſcopum ſupradictum, adhuc ſuperſtitem & viventem, ad veſtram ſuper hoc pre-

presentiam destinavit; * Cui, licet alias ex officio suo competeret, quod Regem *Bohemie* coronare deberet, ex quadam superhabundanti cautela vestrum super hoc specialem volebat habere consensum. Postea vero, super hoc bona deliberatione prehabita, ex parte Capituli patentes ei litteras tradidistis: Et cum iam paratus esset & accinctus ad iter in *Bohemiam*, eiusdem Coronationis sollempnia peracturus, venerunt in medium idonei quidam Nuncii, referentes, quod esset vobis prefectus Archiepiscopus per Sedem Apostolicam, videlicet Dns PETRUS, tunc Episcopus *Basiliensis*.

His itaque novis pro certo perceptis, fecistis ex parte Capituli Dno *Eystetensi* cum instantia supplicari, ut, cum vobis esset prefectus Archiepiscopus, & ille esset iam quasi in oris & in foribus, dignitati Coronationis eiusdem supersedere ad presens, eamque futuro Archiepiscopo, ob specialem eius reverentiam reservare & deferre curaret; Quod idem D. Episcopus tamquam pius Pater & Dominus, vestra supplicatione devictus liberaliter & libenter admisit, ita tamen, quod huiusmodi honoris delatio nullum sibi & Ecclesie sue, videlicet *Eystetensi*, inantea preiudicium generaret.

Secunda Dignitas est ista, quod tempore Concilii, & Curiarum Imperialium seu Regalium, Dns Episcopus *Eystetensis*, sicut est dignitate principalior, ita tunc temporis est, & esse debet Dni Archiepiscopi a dexteris proximus & immediatus *Assessor*. ITEM tempore Concilii ratione Officii sui est & esse debet Dni Archiepiscopi & totius Concilii *Prolocutor*. ITEM si tempore Concilii Dn. Archiepiscopum Imperialibus aut gravibus Ecclesie sue negotiis, vel aliqua forsan infirmitate gravari contingeret, ita quod Concilio per se ipsum non posset intendere; Dns *Eystetensis* tenetur vices suas in hac parte supplere, & totum Concilium diffinire.

ITEM

* *Quod vere tunc in* Moguntia *extiterit, fidem addit, plenamque facit subiuncta Schedula testimonialis, reperta in sepulcro Altaris* D. Laurentii *Ecclesia metrop., cum an.* 1676 *reseraretur.*

„ Anno Dni *MCCC sexto*, in crastino bti Nycolai dedicata „est hec Capella per Reverendum Patrem, Fratrem PHI„LIPPUM Episcopum *Eystetensem*, sancte Moguntine Se„dis Cancellarium. *(&c.)*

Vid. T. II *p.* 768.

Item, si vacante Sede tanta persuaderet necessitas, aut talis exigeret utilitas, quod ex magnis causis & negotiis arduis esset Concilium congregandum; Dns *Eystetensis* ex officio suo, de consilio tamen istius sanctissime congregationis seu Capituli, tenetur totum Concilium congregare, & universa tunc incumbentia negotia terminare.

Item D. *Eystetensis*, quando potest adesse lateri & presentie Dni Archiepiscopi, debet Sigillum suum archiepiscopale tenere. Item debet istius Ecclesie *Placitis* & Tractatibus interesse. Hec ad temporalia. In Spiritualibus sic procedo.

Dominus *Eystetensis* pre universis suis Suffraganeis seu Coepiscopis hac dignitate presulget, quod potest & debet omnes suos Consuffraganeos, videlicet Dnos electos in Episcopos consecrare; ita tamen, si D. Archiepiscopus cum instantia requisitus, non vult vel potest facere per ipsum.

Item potest & debet Electiones, factas de Prelatis secundum quod eas canonice celebratas invenerit, confirmare, vel etiam infirmare. Item potest & debet Prelatos benedicere. Item tenetur ecclesias & monasteria dedicare, & reconciliare. Item debet in sacrosancta *Cena Domini* Missam & Divinum officium peragere; Crisma, Oleum sanctum, & oleum Infirmorum benedicere, seu conficere; & post horam prandii cum sollemnitate in Capitulo celebrare *Mandatum;* & generaliter omnium Sacramentorum *crismata* ministrare. Et ut breviter mee intentionis concludam propositum; Dns *Eystetensis* Sede Moguntina vacante, aut Archiepiscopo in remotis agente potest & debet, tam in Spiritualibus quam Temporalibus universa facere, que D. Archiepiscopus faceret, si viveret, aut personaliter presens esset.

In signum autem huius, quod D. *Eystetensis* tali dignitate presulgeat, prerogativa gaudeat, & honore precellat; est cuiusdam specialis honoris indicio pre ceteris insignitus; videlicet quadam Veste, que, licet sit valore modica, est tamen maxima dignitate. Hec autem vestis *Rationale* * vocatur; qua non est alicui alii Episcopo vobis subiecto uti concessum, nisi soli Episcopo *Eystetensi*, in signum omnium premissorum.

* Vestis Episcoporum novæ Legis, vel ornamentum; sed cuiusmodi fuerit, hactenus incertum manet. Du Frene *T. III. Ed. I.* Vbi porro: „Multus „est *Gretzerus* in Observat. ad Philippum *Eystetensem Cap. 16*, in disqui-

„ quirendo, quid sit Pontificium Rationale nuperum? coque ferme concedit, „ ut quidpiam affine Pallio Archiepiscopali fuisse existimet *&c.*

„ Ac de *Eystetensis* Sedis Episcopis omnibus indulto a summo Pontifice Ra„ tionali, sic ipse *Philippus Eyst.* in Vita S. Willibaldi Cap. 23: *In cuius* „ *dignitatis evidentiam vestitura magni ornatus, ac sancta figurationis et* „ *concessa est: nec non ab omnibus sibi rite succedentibus, pra cunctis Episco-* „ *pis, qui de linea* Moguntinæ *derivationis computantur. Vocatur autem* „ *vestis ista* Rationale, *quo etiam summus Pontifex accedens ad Sancta san-* „ *ctorum olim supervestiebatur* &c.

Et ut fidem dictorum adstruam, et evidenter appareat, quod plena, simplex & mera omnibus premissis veritas suffragatur; Ecce duco in medium Cedulam, seu transcriptum cuiusdam originalis Privilegii, quod habemus in ecclesia *Eystetensi;* quod quidem privilegium est omni luce clarissimum, & Sigillis quondam Dni SIFRIDI Archiepiscopi & istius Capituli & omnium Episcoporum vobis subiectorum firmissime roboratum. Hoc potestis legere quando placet.

Exhibitum Tom. I. p. 575.

Preterea, sicut in Ecclesiarum dispendium non debet redundare Prelatorum delictum; sic etiam ratione & motivo consimili corporalis eorum debilitas in iure suo nullum eis potest facere nocumentum. Vnde Reverendus Pater & Dns Episcopus sepedictus libentissime ac desiderantissime ad istam venisset Ecclesiam & ad Vestram presentiam propria in Persona, ad omnia huiusmodi officia, seu saltem ex eis aliqua, exercenda; Sed quia, heu! gravissima est corporis debilitate depressus, senio certe confractus, multis laboribus conquassatus, & quasi iam *mente delirus;* ad vestram venire presentiam per se ipsum hac vice non potuit; sed me, suum pauperem Clericum, suo nomine destinavit, ut in vestra presentia ipsius excusem absentiam, quatenus eadem sua absentia, ad presens hac sancta Sede vacante, sibi & Ecclesie sue ex impedimentis premissis in iure suo non preiudicet, aut aliquod faciat in futurum preiudicium. Hec autem verba signanter teneatis, quia in eisdem totius mee legationis punctus residet, & effectus.

Supplicat igitur vobis Dominus meus humiliter & devote, quatenus presentis mee propositionis & protestationis de cetero curetis esse memores; & super ea, ex parte Capituli michi tradere Litteras publicas & Pactum. Sperat namque de vobis idem Dominus meus, tamquam de suis Dominis & Amicis carissimis, quod

quod Ipſum, & ſuam *Eyſtetenſem* Eccleſiam, veſtram ſpecialem primipulam principalem Filiam, vobis immediate ſubiectam, a veſtra memoria longitudo non excludat itineris, ſed latitudo pocius includat & fraterne vinculum caritatis.

Poſtremo peto, & proteſtor publice coram vobis, ut, ſi negligentie forſan, oblivionis, aut ignorantie, corpore depreſſus aliqua de Dignitatibus, officiis & iuribus, Eccleſie *Eichſtetenſi* hac Sede vacante competentibus pretermiſi; liceat michi, vel alteri, pro loci & temporis opportunitate ſupplere.

Super eo autem, quod me rudem, pauperem & imperitum Clericum ſic patienter, ſicque benigne veſtra curavit audire benignitas; non ad eas, quas debeo, ſed quas poſſum, vobis gratiarum actiones aſſurgo; volens Dominum perpetuo pro veſtre ſalutis incremento meis precibus exorare.

Demum ſuper propoſitis & petitis, ipſum Capitulum *Moguntinum* michi THOME ſupradicto publicas & patentes Litteras, in teſtimonium mee proteſtationis & propoſitionis tradidit & conceſſit; & multa de dignitatibus & prerogativis predictis, quas viderat & audierat, publice recognovit. Vnde preſentes Littere, cum eisdem, in perpetuam ipſius rei, & mei memoriam, debent in Sacriſtia *Eyſtetenſi* perpetuo reſervari.

Actum & datum Anno, Die & hora predictis. Sanctiſſimo Patre Dno IOHANNE XXII° Sedi Apoſtolice preſidente, nec non Sereniſſimo Dno LVDEWICO Rege Romanorum Imperium gubernante; ac ſepedicto Dno PHILIPPO Epiſcopo Eccleſiam *Eyſtetenſem*, per aliorum ſibi cooperantium auxilium dirigente.

Per cooperantes iſtos primario ſubindigitatur MARQVARDVS de Hageln, *hactenus Coadiutor;* Philippo *an.* 1324 *defuncto in Pontificali munere ſuffectus.*

CXXXVIII.

CAPITULI *metropolitani Testimonium, super felici prælibatæ Commissionis executione.*

Nos GOTFRIDUS de *Eppenstein* Custos, & EBERHARDUS de *Lapide* Cantor; Sede & Decanatu * vacantibus, totumque Capitulum sancte Ecclesie *Moguntine* tenore presentium confitemur, - - Quod cum dicta Moguntina Ecclesia ex obitu felicissime record. quondam Dni PETRI Archiepiscopi, Pastoris heu esset solatio destituta; Cumque Reverendus Pater, D. PHILIPPUS *Eystetensis* Episcopus, dicte Sedis Cancellarius, senio confractus, labore quassatus, & adeo gravi esset corporis debilitate depressus, quod dictam Moguntinam Ecclesiam accedere per se ipsum non potuit, pro iuribus, dignitatibus & officiis, que sibi tanquam dicte Sedis Cancellario eadem Sede vacante competunt, exercendis; Virum discretum, *Mgrm* THOMAM Notarium, Canonicum novi Collegii *Spaltensis*, ad nostram suo nomine presentiam destinavit; qui de iuribus, dignitatibus & officiis, que predicte *Eystetensi* Ecclesie, Sede nostra vacante aut Domino nostro Archiepiscopo in remotis agente competunt, multa coram nobis & diversa, legaliter & facunde proposuit, ac ex impedimentis premissis ipsius Dni Episcopi *Eyst.* absentiam excusavit; Proponens nichilominus, & protestans publice coram nobis, quod huiusmodi dicti D. Episcopi absentia, Sede vacante ad presens, non deberet ipsam Ecclesiam *Eystetensem* in iure suo ledere, vel aliquod ei imposterum preiudicium generare; Et petens a nobis, ut super protestatione huiusmodi per eum facta nostras sibi Litteras patentes tradere curaremus; Nos itaque ad ipsius supplicationem & instantiam presentes ei tradimus . ., Sigillo, quo ad Causas utimur, sigillatas.

28 Dec. Actum & datum Anno Domini MCCCXX, V. Kal. Ianuarii.

* *Morte* OTTONIS de Rudesheim. *Qui præeuntem* Archiepiscopum *statim Mense postero est secutus.* T. II. p. 347.

CXXXIX.

CXXXIX.

Deſcriptio Diſtrictus terræ extra muros Moguntinos, ſpectantis olim ad illos de Falckenſtein; *univerſitati Civium, vigore huius Chartæ dati in feudum.*

An. 1321.

In nomine Domini. *Amen.* Ne rei geſte memoria ſimul labatur cum tempore continua ſucceſſione labente, expedit, ea que geruntur fideli committere cuſtodia litterarum.

Proinde noverit etas preſencium & omnis poſteritas futurorum, quod nos Philippvs iunior, dictus *de Falckenſtein*, condignis exigentibus meritis & obſequiis, quibus Prudentes viri, Scultetus, Iudices, Conſules & univerſi Cives civitatis *Maguntine*, Amici noſtri dilecti, gratos ſe nobis & noſtris progenitoribus hactenus exhibere curarunt, & acceptos; ut ipſos ad complacendum & obſequendum nobis & noſtris ſucceſſoribus inantea prompcius excitemus; Diſtrictum ſeu Iurisdictionem temporalem, quam hucusque tenuimus & exercuimus extra muros Civitatis Maguntine, infra limites ſeu terminos duntaxat litteris preſentibus deſignatos; videlicet ab oppoſito domus Leproſorum ultra Stratam ſeu viam publicam ubi Crux eſt erecta, linealiter & directe usque ad Crucem inclinatam, ſuper via qua ad eccleſiam bte *Marie* ex campis tenditur, conſiſtentem; et ab eadem cruce inclinata directe ad Portam exteriorem per quam intratur ad S. *Victorem* veniendo directe de civitate Maguntina; et ab ea parte directe usque ad litus Reni, & ab inde usque ad villam *Viltzbach* in ipſo litore deſcendendo, Tranſitu navigii quem nobis reſervamus duntaxat excepto, & illeſo per omnia reſervato. Omne quoque ius, quod nobis infra dictos terminos & in dicta villa quocunque modo ſeu titulo hactenus competebat, dictis Civibus & Civi-

Civitati ac ipsorum Reipublice, pure, simpliciter ac liberaliter pro nobis nostrisque heredibus & successoribus concessimus, & Litteris presentibus concedimus irrevocabiliter in Feudum perpetuum: Strenuum virum PETRUM de *Lapide* Militem, & GOZMANNUM de *Iuvene*, Magistros civium Civitatis predicte, nomine eorundem civium & civitatis, de dicto feudo presentialiter ore & manibus investientes; recepto homagii & fidelitatis ab eisdem iuramento. Post quorum *Petri* & *Gozmanni* & cuiuslibet eorum decessum, aut liberam resignationem, nos & nostri heredes seu successores, eum vel eos, de eodem feudo, nomine quo supra investire tenebimur, quem vel quos sepedicti cives ex Consulibus civitatis ipsius nobis presentabunt.

In cuius rei memoriam & perpetuam firmitatem presentes Litteras eis dedimus, Sigilli nostri munimine roboratas. Actum & datum Anno - - MCCCXXI, Sabbato post Epiphaniam Domini.

CXL.

„*Concambium factum cum quibusdam bonis in* Daberchtshusen *& bonis in* Luzlinden.„

An. 1321.

ex Autogr. NOS OSTERLINDIS, Relicta quondam CONRADI Militis *de Wytershusen*: IOHANNES dictus *Groppe* Miles, & PAULINA coniuges; GISILBERTUS, ac ELIZABETH uxor sua, & CRAFTO, pueri sive heredes legittimi ipsius *Osterlindis* notum esse cupimus universis presencia visuris, Quod coniuncta manu ac pari voluntate per modum Permutacionis sive concambii dedimus, & irrevocabiliter supportando proprietario iure damus in his scriptis - - - Conventui - - de *Aldenburg* - - - universa & singula bona nostra, - - - sita apud *Dabregtisbusen* & in territorio seu confinio ibidem, cum omni iure, dominio, actione seu requisicione, dependentibus

ab

ab eisdem, ad habenda in perpetuum, & quiete possidenda; pro bonis dictarum Magistre - - - sitis in *Lutzelinde*, que THELOMANNVS Molendinarius & sua mater colonario iure possident. — — — —

In cuius rei testimonium, Sigillum Castrensium & universitatis civium in *Gizen* ad nostras preces . . est appensum. - - - Testes - - sunt BERNHARDVS de *Derenbach*. IOHANNES de *Kyntzenbach*. REYNHARDVS de *Swalbach*. CRAFTO de *Rodenhusen* Milites castrenses. GERLACVS & ERWINVS fratres, Scabini in *Gizen*, ac alii quam plures - - - ad hoc vocati. Actum - - - MCCCXXI. IIII Nonas Iulii.

CXLI.

Confraternitas cum Ecclesia Fuldensi.

An. 1321.

HEINRICVS Dei gratia Abbas, THEODERICVS Decanus, totusque Conventus Ecclesie *Fuldensis*. Honorabilibus viris Decano totique Capitulo Ecclesie *Aschaffinburgensis* salutem, & sinceram in Domino caritatem. Quamvis ex caritatis officio cunctos teneamur proximos diligere; vobis tamen, ut dilectioni compensetur dilectio, esse volumus ferventiori dilectione obnoxii, qui nos vestre communionis amenitati amicabiliter inplantastis.

Super gratuita itaque Confraternitate qua nos prevenistis favorabiliter vobis assurgimus ad gratiarum multiplices actiones; Vobis vice versa donantes confraternitatem & communionem omnium bonorum operum, que per nos in Missis, ieiuniis, disciplinis, obedienciis, oracionibus, ac aliis quibuscunque piis fructibus operari dignabitur clementia Salvatoris. Volentesque vos nobis omnino asscribere Fratres in perpetuum, & Amicos, & ratam fraternitatem Vnionis vobiscum statuere, vobis hospitium nostri Monasterii liberaliter aperimus; sic, ut quicunque vestrum ad *Fuldense* monasterium perve-

venerit, eidem prebenda ſicut uni ex noſtris Fratribus per triduum miniſtretur.

In cuius rei teſtimonium & perpetuam roboris firmitatem Sigilla noſtra preſentibus ſunt appenſa. Datum Anno Domini MCCCXXI, VI. Idus Septembris. 8 Sept.

✲ ✲ ✲

Attingimus tempora MATHIÆ: *Cuius diploma primum hoc loco inſerendum foret illud, quo, exiſtens* Erfordiæ, *Archidiaconis Mog. diœc. in mandatis dedit,*

An. 1322. Aug. 27,

publicandi bullam Papalem encyclicam contra Errores IOANNIS de Polliaco *Doctoris* Pariſienſis;

Cit. p. 1017 in Addit.

Quum vero easdem Matthiæ *litteras una cum ipſa Bulla contineat mea* Sylloge, * *binc, cui bono iam prolata repeterem, non diſcerno.*

* Ed. an. 1728.

✲ ✲ ✲

CXLII.

CHARTA *Coniugum* de Wertorff, *Donationem continens bonorum ſuorum in* Winden, *erga* Arnſteinenſes.

An. 1321.

ex Autogr.

QVONIAM ea que geruntur in tempore, cum labente tempore pariter dilabuntur; Hinc eſt quod nos RYFRIDVS, dictus *de Wertorf*, & CVNEGVNDIS uxor eius legitima cupientes ut ea que a nobis geruntur, oblivio futuris non abſcondat; ad noticiam univerſorum volumus pervenire, quod Nos, ſperantes ſaluti animarum noſtrarum providere;

dere; unanimi voluntate & consensu, & pari deliberatione, compotes mentis & corporis tradidimus - - -, & per presentes donamus, Donatione inter vivos, pure propter DEUM & ob remedium animarum nostrarum, Ecclesie *Sci* NICOLAI in *Arinstein* omnia bona nostra, que in villa *Winden* vel in ipsius confiniis, in agris, vineis, ortis, pratis, areis, domibus, campis vel silvis, aut aliis quibuscunque modis dinoscimur possidere: Dantes & assignantes dicta bona in manus Religiosi viri Dni RUPERTI Abbatis, & Fratrum Deo famulantium in Ecclesia memorata, iure hereditario & proprietario sicut a nobis hactenus possessa sunt, ab ipsis in perpetuum possidenda. Transferentes dicta bona in ecclesiam, Abbatem & Conventum sepedictos; Renuntiantes omni Actioni & impeticioni in Dolum vel in fraudem, Iure Canonico vel civili; Litteris Papalibus, vel constitutionibus universis, unde nobis vel nostris heredibus, si qui essent superstites, emolumentum, & d[e] ecclesie dampnum, posset suboriri, aut alio aliquo modo, iure vel consuetudine posset suffragari.

Acta sunt hec, presentibus Discretis viris, HERMANNO dicto *Anglico*, Milite *de Nassauue*, & IOHANNE Pastore ibidem. GOBELINO Sculteto, dicto *Ceppenvelder*. MEFFRIDO. WERNHERO filio fabri, & WERNHERO cognato eiusdem, Scabinis in *Winden*; & aliis quam pluribus testibus ad hoc vocatis & rogatis.

In cuius rei testimonium Sygillum Nobilis Viri Dni EMYCHONIS Comitis *de Nassowa* ad preces dictorum *Ryfridi* & *Cunegundis* coniugum presentibus est appensum. Quod nos Comes pred. dicimus fore verum. Datum Anno Domini MCCC *Vicesimo primo*. In festo Scorum Innocentum. 28 Dec.

CXLIII.

Ex *mandato* Rugraviorum, Georgii & Conradini, *ab his debitam pecuniæ summam numerasse Iudæis Oppenheimensibus, fatur* Eberhardus *miles* de Randeck.

An. 1322.

ex Autogr. Ich Eberhard von Randecken ein Ritter dun kunt - - - - Daz ich vergolden han den Juden zu Oppinheim, vor Edele Herrn, Ruhegreve Georgien Hundert - - - . — und (73) Punt Heller, Vnd vor Ruhegreve Cunziln (33) — — — Dyz had gehort Her Dyderych Randecker ein Ritter, Schultheiz zu Oppinheim, und ander Burgere, ein Deil dy da Scheffene seint - - -, von Meyse Suhtewange eyme Juden zu Oppinheim, der byt dirre (mit dieser) Schulde aller umme had gegauden; Der besaget had, daz ich Eberhard dyz vorgenante Gelt vergolden habe. - - - - (*pleonasmi.*)

Gegeben . . an dem Dunresdage in der Vronevasten nach des Heylgen Crucis dage, do man zalte - - Druzehen hundert Jar in deme zwey und zwenzegesten Jare.

CXLIV.

Militum Hartenbergiorum *assumptio in Officiatos Castri* Hartenberg.

An. 1322.

ex Autogr. Nos Mathias *Dei & Apostolice Sedis gracia Sce* Moguntine *Sedis* Electus. Recognoscimus tenore presencium, publice profitentes; quod nos nostrum & Ecclesie Moguntine castrum *Hartenberg*, Strenuis Militibus, Hiltebrando

BRANDO & IOHANNI filio fratris sui, *de Hartenberg*, commisimus & presentibus committimus, tamquam nostris Officiatis tenendum & possidendum, a festo bti *Martini* proximo affuturo per tres annos continuo subsequentes. Iidemque Milites nobis & Ecclesie nostre *Mog.* debent, tamquam fideles nostri Officiati, cum dicto Castro intendere iugiter, & parere. Debent eciam nemora ad dictum castrum pertinencia manutenere fideliter, & tueri.

Preterea bona ad d. castrum pertinencia, si que sunt obligata ipsis, & suis patruelibus BERNHARDO & BVRCHARDO de *Hartenberg*, redimere poterunt ab eisdem - - pro porcione eosdem contingente, tenenda & possidenda omni iure & condicionibus, quibus ea dicti sui patrueles hactenus tenuerunt. Et ad edificium seu restauracionem Turris - - castri, debent exponere notorie L. marcas argenti ponderis *Heiligenstadensis*, qualibet sine fraude.

Nos quoque, seu nostri Successores, aut Capitulum - - si Sedem quod absit vacare contingeret, dictos Milites aut eorum heredes sive successores a dicto nostro Castro infra dicti temporis spacium non debemus quomodolibet removere; sed eo elapso & transacto temporis spacio ipsos seu eorum heredes ab eodem destituere & removere possumus, quandocunque eisdem seu eorum heredibus per nos seu nostros successores aut Capitulum - - si Sedem vacare contingeret, de ducentis marcis argenti prenotati ponderis quas ab eisdem mutuo recepimus, & L. marcis si easdem L. marcas ad edificium Turris dicti - - castri ut premittitur exposuerint, fuerit integraliter satisfactum, dummodo huiusmodi destitucionis seu remocionis per nos aut nostros successores faciende propositum circa eos, uno mense antea ad eorum noticiam perducatur.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus litteris duximus appendendum. Datum *Heilgenstat*, XV Kal. Octobris. Anno Domini MCCCXXII. *17 Sept.*

CXLV.

De *incorporatione ecclesie Parochialis in* Rodheim *prope* Fridbergam.

An. 1322.

Nos MATHIAS *Dei & Apostolice Sedis gratia* Maguntine *Sedis Electus.* Ad universorum noticiam cupimus pervenire, quod nos, provida deliberatione prehabita, ad statum Ecclesie *Aschaffinburgensis*, quam non inmerito quodam speciali favore prosequimur, affectionis paterne oculos dirigentes, invenimus ipsam ex tam honorabilium personarum ipsius multitudine, in temporalium facultate pati defectum; nec ipsam tantis habundare Redditibus, quantis tam Venerabile Collegium habundare deceret; Propter quod ex officii nostri debito, ex premissis & aliis quibusdam certis & rationabilibus causis ad hoc nos moventibus, fructus & obventiones Ecclesie parrochialis in *Rodeheym* nostre Mag. dyoc. . de consensu in Xpo Honorabilium, Abbatis & Conventus Ecclesie *Fuldensis*, Patronorum eiusdem ecclesie in *Rodeheym*, Mense Decani & Capituli eccl. *Asch.* . duximus annectendas, & ipsos eidem Mense annectimus per presentes: Dantes eisdem Decano & Capitulo - - potestatem, postquam predictam ecclesiam . . vacare contigerit per renuntiationem vel obitum nunc Pastoris eiusdem, fructus & obventiones eiusdem ecclesie supradictos tollendi, colligendi, percipiendi, & alias qualitercumque disponendi de ipsis, prout sibi viderint expedire; Iuribus tamen Papalibus, Dyocesani, ac Archidiaconi in omnibus remanentibus inconvulsis. Et salva nichilominus Pastori, quem inantea per memoratos . . Abbatem & Conventum ad eandem ecclesiam presentari contigerit & institui, congrua portione, per quam Iura Episcopalia solvere, hospitalitatem tenere, & incumbentia onera valeat expedire. Cuius siquidem pensionis moderationem nobis, vel nostris Successoribus inposterum duximus reservandam. Et eius declarationem nobis presentibus

tibus reservamus, Dantes has nostras litteras, Sigilli nostri appensione munitas in evidens testimonium premissorum.

Datum *Frideberg* XVII Kal. Decembris. Anno Domini MCCCXXII. *15 Nov.*

Incorporatio predicta, quoniam reapse debebatur beneficio Abbatis FVLDENSIS; *hinc in tesseram gratitudinis, Capitulum eidem Abbati* (HENRICO) *& suis Successoribus liberam concessit facultatem, Canonicatum* Aschaffenburgensis ecclesiæ *perpetuis temporibus conferendi. Quam concessionem* MATHIAS *postea approbavit, ratamque habuit XV Kl. May 1323. Cuiusmodi proinde Ius Fuldenses principes constanter exercuerunt, usque ad Dn.* ADOLPHVM. *Sub quo, mediante transactione, in* Episcopum Herbipolensem *translatum fuit. Is vice prima in Canonicum nominavit* D. Constantinum Damianum *de* Croneck, *Anno 173..*

* * *

Chronologica series tangeret Vidimus *Archiep.* MATHIÆ, *sub dato* Heilgenstatt

An. 1323. d. 3. Ian.

a) *Litterarum Præpositi* de Polede 1224,

b) Henrici *Comitis* de Gleichenstein, 1294,

cit. p. 645. n. 5.

Sed enim contextu vidimationis relicto, utramque protuli T. II. p. 40. & p. 285.

* * *

CXLVI.

CXLVI.

Pactitata cum Dynastis Hassiacis de Itter.

An. 1323.

[*p.* 646. *ante n.* 7.]

NOS MATHIAS *Dei & Apostolice Sedis gracia Sce Maguntine Sedis Electus.* Recognoscimus in his scriptis, quod nos Nobiles viros, THYLONEM & IOHANNEM fratres *de Ittere*, in nostros & Ecclesie *Mag.* Castrenses in castro nostro *Nuwenburg*, vel alio, quod ipsis nondum decrevimus, conquisivimus & recepimus in hunc modum; Videlicet, quod nos ipsos in iure eorum, ubi ius acceptare & facere voluerint, tamquam alios nostros Castrenses proloqui, & ipsis astare contra quoscunque eorum Iniuriatores, *Coloniensi* Ecclesia dumtaxat excepta, volumus & debemus. Ipsi quoque fratres predicti, per se ipsos & cum omnibus eorum Municionibus ac hominibus, nobis & Ecclesie nostre contra quoscunque nostros - - - iniuriatores & adversarios astare, & nos iuvare, *Coloniensi* ecclesia similiter excepta, fideliter tenebuntur. Si vero inter nos nostramque Eccl. *Moguntinam*, & *Colon.* eccl. aliquam fortassis contingeret discordiam suboriri; in illa discordia, per se & suas municiones, ac homines suos, predicti fratres Communes persone esse debent, & communiter se tenere, neutram earumdem Ecclesiarum quomodolibet adiuvando. Et, si in Gwerris nostris - -, in quibus ipsi fratres nobis ad nostram vel Officiatorum nostrorum requisicionem astiterint, dampna aliqua notabilia in Personarum captivacionibus, aut Equorum & Dextrariorum perdicionibus contingeret sustinere, de illis dampnis eisdem fratribus, tamquam aliis nostris Castrensibus faciemus. Predicta quoque Ordinacio inter nos & sepedictos fratres ad tempora vite nostre precise durabit. Si autem ipsis Litteras Capituli nostri desuper ordinaverimus, ex tunc perpetuo durabit, inter Ecclesiam nostram, ipsos fratres, & heredes eorumdem.

Et

Et ad premiſſa omnia ac ſingula obſervanda & fideliter adimplenda, predicti fratres ſe per fidem preſtitam, & corporale iuramentum deſuper factum firmiter aſtrinxerunt. In quorum omnium teſtimonium has damus Litteras, noſtri Sigilli appenſione munitas. Datum *Ameneburg* XV Kal. Februarii. Anno Domini MCCCXXIII. 18 Ian.

CXLVII.

CHARTA *venditionis bonorum* Vtphenſium, *a Milite* Wenzelone SCHELM.

An. 1323.

VNIVERSIS preſentia viſuris ſeu audituris pateat evidenter, quod nos WENZELO dictus *Schelme* Miles & IRMENGARDIS, coniuges, manu coniuncta - - bona noſtra in villa & extra villam *Odeſe* iacentia, cum areis, pratis, paſcuis, agris cultis & incultis, cum omnibus iuribus & appendiciis - - ſicut nos ea hactenus habuimus, Religioſis viris Dno Abbati & Conventui monaſterii in *Hegene* - - pro quadam pecunie Summa rationabiliter & rite vendidimus, perpetuis futuris temporibus quiete & pacifice poſſidenda. Renunciantes expreſſe omni iuris beneficio, tam canonici quam civilis, quo mediante dicta venditio poſſet quovis ingenio impediri. Similiter dictis bonis ſecundum conſuetudinem patrie preſentibus renuntiamus. Teſtes preſentes fuerunt pariter & aſtantes:

WERNHERVS Capellanus in *Berſtat*, Sacerdos. EBERHARDVS dictus *Weiſe* Miles. IOHANNES de *Grunenberg*. HEILMANNVS dictus *Riche*. IACOBVS de *Hufftersheim* Armiger. HEYNO dictus *Franck*, & quam plures alii.

In quorum etiam teſtimonium ego *Wenzelo* prefatus dictis Religioſis preſens Inſtrumentum ſuper hoc confectum cum Signo meo tradidi roboratum.

1 Febr. Datum Anno Domini MCCCXXIII, in vigilia *Purif.* bte MARIE *Virg.*

CXLVIII.

„*Littera* MATHIÆ, *continens donationem Caſtri* Fantzberg *apud alveum Reni.*„

An. 1323.

Nos MATHIAS *Dei & Apoſtolice Sedis gratia Sce Moguntine Sedis Archiepiſcopus Electus.* Recognoſcimus in his ſcriptis, publice profitentes, quod matura nobiſcum deliberatione prehabita, Caſtrum noſtrum & Ecclefie Mog. *Fantzberg*, Honorabilibus viris Cuſtodi Cantori totique Capitulo - - - noſtris Devotis, Decanatu & Scolaſtria eccleſie eiusdem vacantibus, dedimus atque damus, tenendum poſſidendum, & alias diſponendum de ipſo, ſicut Ipſis ad omnem uſum & utilitatem eorum videbitur expedire. Dantes ipſis preſentes Litteras Sigillo noſtro munitas in teſtimonium ſuper eo.

9 Mart. Datum *Aſchaffinburg* VII Idus Marcii. Anno Domini MCCCXXIII.

CXLIX.

Novelli Cœnobii Himmelau *obligatio erga Capitulum Moguntinum.*

An. 1323.

[*p. 642. n. 2*]

Nos HEDEWIGIS Abbatiſſa, totusque Conventus monaſterii Sanctimonialium in *Hymelauwe* prope *Geylen-*

Geylenhusen, Ordinis *Cistercienfis* Mag. dioc. recognofcimus publice per prefentes, & ad univerforum has litteras intuencium cupimus noticiam pervenire; Quod, cum Honorabiles viri, Custos, Cantor totumque Capitulum Ecclefie *Maguntine*, novelle plantacioni, institucioni, structure & edificacioni Monasterii in *Himelauwe* predicti, per Venerabilem in Xpo Patrem & Dominum, Dn. SIFRIDVM *Curienfis* Ecclefie Epifcopum falubriter dotati, factis, fuum confenfum adhibuerunt voluntarium & expreffum; Nos in fignum beneficii huiusmodi, nobis & nostro monasterio impenfi & favorabiliter exhibiti, promittimus folempniter in his fcriptis, prefatis Dominis Ecclefie Maguntine fingulis annis in festo B. *Martini* hyemalis perpetuis temporibus duas libras Cere in omnem eventum dare, folvere, & ad Civitatem Maguntinam prefentare nostris laboribus & expenfis. Ad id nos & nostrum monasterium folempniter obligantes.

In cuius rei testimonium figillum nostri Conventus duximus prefentibus Litteris appendendum. Datum & actum Anno Domini MCCCXXIII, VII° Idus Marcii. *9 Mart.*

CL.

Qualiter MATHIAS *Confecratori fuo firmaverit Cancellariatum* Moguntinæ *Sedis.*

An. 1323.

[*p. 646. n. 8, n. 9. & p. 1017. in Add.*]

NOS MATHIAS *Dei & Apostolice Sedis gratia Sce Maguntine Sedis electus & confecratus.* Recognofcimus, quod constitutus in Opido nostro *Afchaffenburg* nobifcum Venerabilis in Xpo Frater, Dns MARQVARDVS *Eystetenfis* Ecclefie Epifcopus, Dominica proxima post diem *btor.* PETRI & PAVLI Apostolorum, que fuit V^ta Nonas Iulii Anno Dni MCCCXXIII, qua die auctoritate Sedis Apostolice nobis con-

ſecrationis munus impendit, aſſerens ſe debere eſſe *Cancellarium* Sedis noſtre *Maguntine*, & in poſſeſſione huius iuris exiſtere; petiit, ut in hac parte in traditione Sigillorum noſtrorum, iura Cancellarie ſue ſibi exhiberi curaremus.

In qua re, petitioni pred. Dni *Marquardi* Ep. *Eyſtet.* annuere, eumque in huiusmodi iure ſuo, uti poſſedit & poſſediſſe ſe dicit hucusque, permanere cupientes; ſibi Sigilla noſtra tamquam Cancellario Sedis noſtre Maguntine duximus aſſignanda, ſine noſtro tamen preiudicio, & iuris cuiuslibet alieni. Dantes ſuper eo has Litteras noſtri ſigilli appenſione munitas. Datum Loco, Anno, & die * prenotatis.

* 3 Iulii.

CLI.

„LITTERA *emptionis bonorum in* Butelburnen.„

An. 1323.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Nos LUDEWICUS Comes *de Rienecke* ſenior, & ELYZABETH eius conthoralis tenore preſentium recognoſcimus, ad univerſorum - - noticiam publice deducentes; Quod nos matura deliberacione previa, conſenſu unanimi - - parique voto vendere decrevimus, - - - vendimus & voluntarie tradimus - - Dnis ARNOLDO † Decano totique Capitulo eccleſie *Aſchaffenb.* - - Curtem ſive curiam noſtram, ſitam in villa *Butelburnen* iuxta villam *Wichegehuſen* Herbipol. dioc., quam nunc colit dicta die Fritzen, cum omnibus ſuis iuribus & appertinenciis - - -, pro trecentis & XLVIII libris *Hall.* - - numerate nobis pecunie - - -, integraliter & ſolute, nec non in profectus noſtros utiliter commutate. - - ———

† Binthamer.

Promittimus etiam, prefatis Dominis ſollempniter ſtipulantibus, ſuper Contractu curie predicte facere warandiam iuxta patrie conſuetudinem generalem. Obligantes ipſis fideiuſſores Spectabilem virum, Dn. HEINRICUM fratrem mei

Lude-

Ludewici .., Comitem *de Rienecke*: Strenuos viros FRIDERICVM de *Wasen*, HEINRICVM *Ruschebusch*, & CONRADVM *Schicke* Milites: FRIDERICVM de *Maspach* & SYFRIDVM de *Lare* Armigeros, onus fideiussionis huiusmodi assumentes. - - - —— ————

In quorum omnium testimonium & pleniorem roboris firmitatem prelibatis Dominis presens scriptum, nostri, Dni *Heinrici* Comitis & fideiussorum - - Sigillorum munimine tradimus communitum. ————

Testes - - sunt SYFRIDVS de *Rienecke*, IOHANNES & SYFRIDVS de *Lare*, & WERNHERVS, Armigeri. IOHANNES Rector ecclesie in *Lare*. SCHENCKELINVS & APELO de *Lare*, & quam plures alii fide digni. ——

Datum - - - MCCCXXIII, in die Scor. Martirum *Ciriaci* & Sociorum eius. *8 Aug.*

CLII.

COMITES Solmenses *ex Castro proprio* Hohensolms *faciunt feudum oblatum atque ligium.*

An. 1323.

[*p. 646. n. 11.*]

NOS IOHANNES & HEINRICVS Comites *de Solmze*. Recognoscimus in his scriptis, publice confitentes, quod nos Castrum, dictum *Hohensolmze*, quod iure directi dominii seu proprietario nobis & coheredibus nostris pertinuit, ad manus Reverendi in XPO Patris, Dni MATHIE, Moguntini Electi & consecrati, suo & Ecclesie *Mog.* nomine, pro nobis, Coheredibus & heredibus nostris cum debita sollempnitate sponte renunciavimus, & eidem Dno *Mathie* & Eccl. Mog. ipsum tradidimus, iure directi dominii perpetuo retinendum, pro quingentis libris *Hallensium*, per eundem Dn. Electum in subscriptis terminis, videlicet in festo bte Virginis pro- *ex Autogr.*

ximo trecentis, & deinde in festo bti *Martini* immediate sequenti ducentis libr. *Hall.* nobis integraliter persolvendis. Volentes proprietatem sive directum dominium dicti Castri apud ipsum Dn. *Mathiam* - -, eius Successores & Eccl. Mog. perpetuo remanere.

ITEM recognoscimus - -, quod post huiusmodi renunciacionem & tradicionem Castri predicti, nos, pro nobis, coheredibus & heredibus nostris predictum castrum a memorato Dno Electo, prestito sibi per nos homagio in Feodum recepimus, titulo feodali ab eo - - tenendum inantea, & perpetuo possidendum. Et quod d. Castrum esse debet Domus aperta & domus lygia, vulgariter dicta ein offen ledig Huß, prefati Dni Electi, eius Successorum & Eccl. Mog. Quodque Idem . . de ipso castro, & per ipsum castrum contra quascunque Personas, cuiuscumque dignitatis, status seu condicionis existant, & specialiter contra Dn. *Lantgravium* HASSIE, se iuvare & defendere poterunt & debebunt; Nobilibus Dominis SYFRIDO Comite *de Wytchenstein* & HARTRADO de *Merenberg* duntaxat exceptis.

Insuper recognoscimus, quod nos fidele nostrum servicium: nos IOHANNES predictus cum octo, & nos HEINRICUS cum quatuor galeatis viris, & alias secundum consuetudinem Patrie equis & armis legaliter expeditis, pro tempore vite eiusdem Dni Electi & nostre, intra dyocesin Moguntinam & in istis partibus circumquaque inter *Basileam* & *Coloniam*, ubicumque, quandocumque, & quocienscumque per memoratum Dn. Electum vel eius Officiatos super hoc requisiti fuerimus, prefato Dno Electo tenemur impendere, ipsumque & Ecclesiam Mog. contra quascumque personas ut premittitur, & specialiter contra Dn. *Lantgravium* pred. fideliter defendere & iuvare, prefatis Dnis *Syfrido* & *Hartrado* sicut prius exceptis: Sub ipsius tamen D. Moguntini . . & Ecclesie Mog. sumptibus & expensis, nobis, sicut aliis suis Fidelibus, secum vel cum suis Officiatis proficiscentibus seu morantibus, quam diu cum eo vel eius Officiatis in servicio ipsius & Ecclesie Mog. nos

nos morari vel proficiſci contigerit, miniſtrandis. In quibus ſine *Vara* & dolo tenebimur contentari. Et ſi taliter prefato Dno Electo ut premittitur ſerviendo, aliqua dampna, que ſecundum conſuetudinem patrie ſolent refundi, nos ſuſtinere contigerit, huiusmodi dampna idem D. Electus, eius ſucceſſores vel Eccl. Mog. nobis refundere tenebuntur, ad eſtimacionem eligendorum hinc inde communium amicorum.

Preterea recognoſcimus, quod ex nunc in bonis noſtris, iure proprietatis & directi dominii ad nos pertinentibus, & predicto Caſtro magis vicinis, Redditus L. librarum *Hall.* ad arbitrium Officiati & Cellerarii in *Ameneburg* demonſtrare & deſignare debemus, ex tunc inantea poſtquam predicte L. libre nobis fuerint perſolute, per nos, coheredes & heredes noſtros in Feodum, & feodali titulo una cum pred. Caſtro a prefato Dno Electo - - perpetuo tenendos, & eciam poſſidendos. Et ſi forte ſine heredibus maſculis decedere nos contingeret, filia vel filiabus relictis, huiusmodi filia ſeu filie nobis debent ſuccedere in feodis prelibatis, ſub modis & condicionibus ſupraſcriptis.

Et ut omnia & ſingula premiſſa & ſubſcripta, inconvulſa & illibata permaneant, nos ea fide data, deſuper corporali per nos preſtito iuramento promiſimus, & promittimus per preſentes, pro nobis, coheredibus & heredibus noſtris inviolabiliter obſervare, & ea fideliter adimplere; ordinatimque coheredes noſtri, cum ad annos diſcrecionis pervenerint, corporaliter iurabunt, quod premiſſa omnia & ſingula nobiſcum fideliter & inviolabiliter obſervabunt, Sigilla ſua preſentibus appenſuri.

Et in teſtimonium evidens premiſſorum Sigilla noſtra, una cum ſigillo THEÒDERICI, germani noſtri *Iohannis* predicti, pro nobis & ceteris coheredibus noſtris, preſentibus ſunt appenſa. Et nos *Theodericus* pred. corporaliter per nos preſtito iuramento promiſimus & promittimus per preſentes, quod omnia - - premiſſa inviolabiliter obſervabimus & ea fide-

fideliter adimplebimus. Sigillum nostrum presentibus appendendo. Datum IIII Kal. Septembris Anno Domini MCCC XXIII.

29 Aug.

CLIII.

Officium Vicedominatus Rusteberg *in Eichsfeldia hereditarii, cum bonis fere immensis, venditur* Ecclesiæ Mogunt. *ab* Henrico *de* Hanstein *pro exili vitalitio.*

An. 1323.

[p. 646. n. 12.]

ex Autogr.

NOS HEINRICVS Vicedominus de *Rusteberc*, Miles, recognoscimus per presentes, ac universis ad quos presentes pervenerint cupimus fore notum; Quod de consensu & bona voluntate LVCKARDIS uxoris nostre legitime, non metu aliquo nec minis intervenientibus, immo libere & voluntarie, vendidimus Reverendo Domino nostro Dno MATHIE, Sce Maguntine Sedis Electo & consecrato & sue Ecclesie Mag. Officium Vicedominatus nostri in *Rusteberg*, cum omnibus suis iuribus pertinentibus, & pertinenciis.

ITEM Curiam nostram in castro *Rusteberg*. ITEM VIII mansos circa ipsum castrum sitos, de quibus duo mansi possunt a WIDEKINDO de *Suen* pro XVI marcis reemi. ITEM medietatem ville *Arnshusen* cum tribus mansis ibidem sitis, que bona a LVPPOLDO de *Hanstein* pro XL marcis puri argenti possunt reemi. ITEM medietatem ville *Schachtebeche*, liberam & solutam. ITEM XIII mansos in *Bortwolde*, quorum VIII sunt liberi & soluti, & tres ex eis possunt ab HERMANNO de *Schardeberg* pro X marcis puri reemi; & duo ex eis possunt a WEZELONE de *Rengolderode* Milite pro III marcis cum dimidia marca puri reemi.

ITEM

ITEM molendinum in *Swabbach* liberum & solutum. ITEM II mansos in *Rengolderode* liberos & solutos. ITEM medietatem ville *Rodenbach* prope *Mengolderode*, & medietatem Decime ibidem, liberas & solutas. ITEM curias in foro sub castro *Rusteberc*. ITEM medietatem antiqui Castri, que potest reemi a *Luppoldo* de *Hanstein* pro VIII marcis puri argenti; quam medietatem idem Luppoldus redemit a GOZWINO *Siffridi*. ITEM medietatem Montis dicti *Kalenberg*, preter dimidium mansum quem tenet in feodo a nobis HEINRICVS *Stephani* . . . ITEM in *Swabfelde* duos mansos. ITEM medietatem ville *Eychstrud* cum dimidia decima ibidem. ITEM dimidium montem, d. *Dorrenberg*, prope *Fridewarterode*. ITEM medietatem ville *Schorbrandeshayn* cum dimidia decima ibidem. ITEM III mansos in *Ruprechteshusen*, qui a IOHANNE de *Gandera* pro XII marcis possunt reemi. ITEM unum mansum in *Ruprechtshusen* qui potest a - - relicta *Heynonis* pro V. marcis & uno dimidio fertone reemi. ITEM III mansos ibidem in *Ruprechtshusen*, quorum alter. dimidius potest a LVPPOLDO pro VIII marcis redimi; & alium alterum dimid. mansum idem *Luppoldus* occupat de facto. ITEM unum mansum in *Ultwenshusen*, quem occupat *Luppoldus* de facto. ITEM unam curiam in *Hanstein*, ubi antiqua caminata stat.

ITEM omnia bona nostra alia, magna & minuta, ubicunque in Civitatibus, villis, decimis, pratis, agris, montibus, vallibus, pascuis, silvis sita; si qua plura nobis insciis poterunt experiri, quod nobis nolumus imputari, supradicto Dno nostro - - *Maguntino* & sue Ecclesie vendidimus, cum omnibus suis iuribus, pertinentibus & pertinenciis eorumdem perpetuo possidenda; & eo iure, quo nostri progenitores & nos dinoscimur ea hactenus possedisse: exceptis Vasallis nostris, & beneficiis spiritualibus ac bonis feodalibus, que ad nos pertinent, & excepta decima nostra in *Gerwardshusen*, quam LVCKARDIS uxor nostra. . dudum legavit Ecclesie bti *Martini* in *Heilgenstad*.

In cuius vendicionis restaurum pred. Dominus - - MATHIAS - - & sua Ecclesia, nobis & uxori - - singulis annis

in festo bti *Michbahelis* ad tempora vite nostre XXV marcas puri argenti nomine pensionis: Item Centum & XXV maldra siliginis, LX maldra avene, XX libras cere, & IV plaustratas feni de certis suis bonis & redditibus & Ecclesie sue, sine omni impedimento assignabit, dabit & presentabit in *Heilgenstad*, suis vecturis laboribus & expensis. Addidimus, si aliqua bona nostra predicta sunt vendita ad reemendum, seu obligata pignore, pred. Dns noster & ecclesia Mag. si placet eis, reemendi & redimendi ea habebunt liberam facultatem.

Vt hec supradicta omnia & singula firma & rata a nobis & uxore nostra - - firmiter observentur, & finem debitum sorciantur, sub fide nostra, prestita & facta loco sacramenti Nobili viro Dno Siffrido Comiti *de Wedigenstein* ad manus Dni.. *Maguntini* & sue Ecclesie, sub perdicione omnium bonorum nostrorum feudalium nos obligavimus, & presentibus obligamus. Dantes super eo has nostras litteras, Sigillo nostro, & - - Honorabilium virorum Dni Decani & Capituli eccl. *Heilgenst* . . ac Proborum virorum, Consulum & civium Heilgenstadensium munimine roboratas. Que Sigilla nos Decanus - - - & nos Consules - - - ad peticionem Heinrici Vicedomini Militis & Luckardis uxoris sue predictorum recognoscimus nos presentibus appendisse. Testes huius rei sunt

Iohannes de *Tastungen*, Plebanus in *Rusteberg*.
Hermannvs de *Bulcingesleven*.
Wetzelo de *Rengolderode*.
Franco de *Snellenberg*,
& Tammo, Milites.

Gozwinvs. Wernhervs de *Geizlede*,
& Ditmarvs *Prene* Cives de *Heilgenstad*.. cum pluribus aliis fide dignis.

17 Sept. Datum Anno Domini MCCCXXIII. XV Kal. Octobris.

CLIV.

CLIV.

„*Testamentum Domini* de Hanowe.„

An. 1323.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Nos VLRICVS Dominus *in Hanow* sciens esse nichil certius morte, & nichil incertius hora mortis; idcirco Anno Dni MCCCXXIII, in crastino bti Lamperti * Mart. & Pontificis, compos mentis & corporis, matura deliberatione prehabita, de consensu benivolo & expresso Nobilis Dne AGNETIS † nostre karissime conthoralis, presentibus Manufidelibus nostris infra scriptis, subscriptam ordinationem Testamenti nostri posuimus & statuimus in hunc modum. *ex Autogr.* * *18 Sept.* † *de Hohenloh*

Primo, Monasterio nostro in *Arnsburg*, in quo, fundationis dignitate fruentes eligimus cum ceteris progenitoribus nostris sepulturam, Centum marcas denariorum legamus; ut Redditus octo marcarum annui cum eadem pecunia comparentur; & annis singulis sex marce eorundem reddituum, pro Anniversario nostro peragendo ibidem, Conventui ad *pitanciam* sollempni servicio consuetam, per Cellerarium eiusdem monasterii expediantur; relique vero due marce ipsorum reddituum Infirmario monasterii, ad procurandas eo uberius necessitates Fratrum decumbencium, porrigantur.

ITEM Monasterio in *Elvenstad* Canonicorum Premonstratensium X marcas, ad emendum Censum unius libre denar. pro Anniversario nostro, singulari pitancia perpetuo peragendo. ITEM in *Nuwenburg* forma consimili legamus X. marcas. ITEM in *Rosdorf* X. marcas pari modo. ITEM eodem modo in *Rudingkeym* X. marcas. ITEM in *Selbold* V. marcas, ad emendos redditus dimidie libre denar. ad nostrum anniversarium peragendum. ITEM in *Mirolds* V. marcas modo consimili. ITEM in *Engiltal* V. marcas. ITEM in *Marienborn* V. marcas. ITEM in *Cunradsdorff* V. marcas. ITEM in *Burgberg* V. mar-

V. marcas. ITEM in *Padensbusen* XX marcas pro redditibus ad nostrum anniversarium comparandis.

ITEM in *Hoeste* V. marcas. ITEM Predicatoribus in *Frankenfurd* V. marcas. ITEM Minoribus ibidem V. marcas. ITEM *Penitentibus* ibidem V. marcas. ITEM Carmelitis V. marcas. ITEM *Fratri* CRISTANO Priori Frankenfurdensi, vel eo defuncto, Priori Predicatorum ibidem qui p. t. fuerit, IIII marcas in parato. ITEM *Fri* HVMBERTO unam marcam. ITEM in *Gerlachsheim* X. marcas. ITEM in *Schefftersheim* X. marcas. ITEM in *Vrowencelle* X. marcas. ITEM in *Rodenberg Sorori conthoralis nostre* V. marcas. ITEM in *Seftersheim filiabus conthoralis nostre Sororis* V. marcas.

ITEM pro Capitulo Plebanorum in *Rosdorf* V. marcas. ITEM pro CAPITVLO Plebanorum in *Selgenstad* V. marcas. ITEM Monachis in *Selgenstad* V. marcas. ITEM ad Fabricam ecclesie bte *Marie* ad gradus *Moguntie* V. marcas. ITEM in *Reters* V. marcas. ITEM ad *Tronum* V. marcas. ITEM in *Schonowe* X. marcas. ITEM in *Smerlebach* V. marcas. ITEM in *Himeltal* V. marcas. ITEM in *Gerlachsheim* Sorori conthoralis nostre, & ELIZABET de *Wertheim* V. marcas. ITEM X. marcas ad distribuendum pauperibus. ITEM in *Zimmern* Sorori conthoralis nostre V. marcas.

ITEM pro Missa in parochiali ecclesia in *Hanow*, de novo per specialem Capellanum instauranda, centum tredecim marcas denariorum, & XII Solidos *Hall.* ad emendum Redditus perpetuos, qui cum eadem pecunia possunt racionabiliter comparari.

ITEM centum libras *Hall.* quas collegimus minus iuste de Thelonio in *Hanowe*, pro Stratis & pontibus reparandis. ITEM pecuniam collectam de Thelonio in *Steyna*, cuius taxationem committimus probitati Manufidelium nostrorum, legamus ad Stratas & pontes ubi oportunum fuerit reparandos.

Ad

Ad prediĉti Teſtamenti ſeu legati celeriorem executionem, Diſcretos viros IOHANNEM, HELFRICVM, fratres *de Ruckingen:* RVDOLFVM de *Saſſenhuſen*, IOHANNEM de *Dudelnsheim*, Milites: APLONEM de *Eyche*, *Fratrem* HARTMANNVM de *Linden*, & CONRADVM Notarium noſtrum pro Manufidelibus noſtris legitimis eligimus & ſtatuimus. Ponentes, & ex nunc reſignantes in manus ipſorum bona noſtra omnia in villis *Sodele* & *Morle* ſita, ut fructus & proventus illorum tollant, percipiant, atque vendant, tam diu, quousque predicta legata omnia & ſingula, ordine quo ſupra fuerint plenarie expedita. Poſtquam vero hoc factum fuerit, predicti Manufideles fructus bonorum predict. per duos annos continuo ſubſequentes nichilominus percipient atque tollent; ut, ſi aliqui, claris & notoriis documentis, Nos, ipſos dampnificaſſe docuerint, ipſis ſatisfiat, prout ſe valor eorundem fructuum extendere poterit equa lance.

Nec Manufideles predicti Monaſteriis prefatis, ipſis legata ſolvere minime tenebuntur, niſi eadem monaſteria ſuis patentibus Litteris ipſos certificent, de certis & perpetuis Redditibus comparandis, quos ad refectionem ſingularem in noſtro Anniverſario, perſonis eccleſiaſticis monaſteriorum predictorum duximus deputandos.

Ad huius Teſtamenti perpetuam memoriam Sigillum noſtrum, una cum ſigillo Dne AGNETIS conthoralis noſtre predicte, accedente ipſius conſenſu preſentibus eſt appenſum. Datum & actum in *Wunecke*, * Anno & die quo ſupra. * h. Windeck.

Noſſe præterea iuvat, Vdalricum, *una cum* Agnete *Conthorali ſua*, *an.* 1339 craſtino OO. SS. *aliud in lingua germ. condidiſſe teſtamentum*, *præſcripto haud abſimile. In eo nominantur ipſorum filii*, VLRICVS primogenitus, REINHARDVS, CRAFFTO. *Executores audiunt* GERLACVS Abbas de *Arnsburg*, EPPEKINVS de *Dorfelden*, EBERHARDVS de *Heuſenſtam*, RVDOLFVS de *Wertheim.* Milites. *Verum enim anno adhuc* 1346 *ſuperſtitem fuiſſe*, *tertium*

tium exemplar testamenti, ipso die Lamberti *Mart. atque Pontificis editi, comprobat. Filiis hac serie vocatis.* Vlricus. Reinhardus. Crafsto. GODEFRIDVS Ordinis Teutonicorum [Gozze unserm Sune dem Dutzen Hern.] LVDOVICVS. (Lutz) CONRADVS (Cuntz.) *Mentio simul fit* Agnetis, *sed mortuae.*

CLV.

LOCA & *bona plurima* Solmensia *Ecclesiae* Mog. *in feudum oblata.*

An. 1324.

[*p. 646. n. 11.*]

ex Autogr.

NOS IOHANNES & HEINRICVS Comites *de Solmes* recognoscimus in his scriptis, publice confitentes; quod in bonis nostris infrascriptis, iure proprietatis & directi dominii ad nos pertinentibus, videlicet in universis agris circa Castrum *Hohensolmes* iacentibus & ad ipsum castrum pertinentibus; ITEM in loco, dicto *Wenigdenspurg*, nobis totaliter pertinente; ITEM in loco dicto *Grosdenspurg* pro parte media nobis pertinente; ITEM in *Helfbals*, in *Gruben*, cum pratis agris & silvis in toto nobis pertinentibus; ITEM in *Indagine* prope *Kungesperg* pro parte nobis pertinente; ITEM in *Ramesperg* cum pertinenciis suis; ITEM die Batzbach cum agris, pratis, silvis, cum ceteris pertinenciis ad Curiam nostram *Kungesperg* spectantibus; ITEM in Curia sita in villa *Denspurg*, cum suis pertinenciis nobis *Iohanni* Comiti pred. dumtaxat proprietatis iure pertinente, ad arbitrium Strenui Militis KRAFTONIS de *Hatzfelt* Officiati in *Ameneburg*, & Discreti viri IOHANNIS Cellerarii ibidem, Redditus L. librarum *Hall.* demonstravimus, designavimus, & presentibus designamus, ex nunc inantea per nos, Coheredes & heredes nostros in feodum & feodali titulo una cum Castro *Hohensolmes* predicto, a Reverendo Patre & Dno nostro, D. MATHIA Archiepiscopo *Mogun-*

Moguntino, eius Successoribus & Ecclesia Moguntina tenendos & perpetuo possidendos, prout in aliis quibusdam nostris Litteris super infeodacione pred. Castri *Hohensolmes* & redditum eorumdem confectis, & eidem Dno nostro - - per nos traditis, continetur. Acta sunt hec, presentibus

KRAFTONE Officiato & IOHANNE Cellerario in *Ameneburg* predictis.
VOLPERTO de *Hohenvels.*
CONRADO de *Elkerhusen.*
DIETHERICO de *Werdorf.*
HEINRICO de *Selheim.* } Militibus.
GERHARDO de *Bicken.*
KRAFTONE & RVDOLFO *Schurenslos.*
GERLACO de *Michilnbach.*
HERMANNO & DIETRICO de *Werdorf.*
ANSHELMO de *Gyrmize,*
& CVNRADO *Lemprich*, Armigeris.

Datum apud Castrum *Hohensolmes* feria V^ta^ post Circumcisionem Domini proxima, que fuit Nonas Ianuarii, sub Anno Dni *MCCC Vigesimo quarto.* *s. Ian.*

CLVI.

„LITTERA, *continens Libertationem Opidi* Lanstein. „

An. 1324.

NOS LVDOWICVS *Dei gratia Romanorum Rex semper Augustus.* Notum esse volumus universis, quod intuitu Venerabilis MATHIE Archiepiscopi *Maguntini*, Principis & Secretarii nostri Karissimi, Opidum *Loynstein*, & eius Districtum ac territorium, ad instar Opidi nostri Regalis

Regalis *Franckenfurt* & ipſius diſtrictus ac territorii, auctoritate Regia, meliori modo & iure quibus Imperium hoc facere conſuevit, libertavimus, & preſentibus libertamus; ad habendum ius Vniverſitatis, Iudicii atque Fori, & alia, que predictum Opidum *Franckenfurt* ex regali ſeu Imperiali libertatione ipſius recepiſſe dinoſcitur, & habere. Dantes & concedentes eidem opido *Loinſtein* & eius Incolis, in rebus & perſonis omnem libertatem, que vulgariter *Fribeit* appellatur, quam habet prefatum Opidum *Franckenford* & Incole eius; qua etiam idem Opidum *Lanſtein* auctoritate predicta communimus his Litteris, & donamus.

In cuius dicte libertationis noſtre perpetuam firmitatem preſentes litteras conſcribi, & Maieſtatis noſtre Sigillo iuſſimus communiri. Nulli ergo hominum liceat hanc Libertatem, ſeu libertationem noſtram - - - quovis modo infringere, - - - Si quis autem hoc facere preſumpſerit, gravem offenſam noſtram, & penas contra Infractores libertatum Imperii editas ſe noverit incurſurum. Datum in *Baccharach*, V.
ſ Lan. Idus Ianuarii Anno Domini MCCCXXIIII. Regni vero noſtri anno Decimo.

CLVII.

IOANNIS *Com.* Naſſovii *Teſtamentum ad pias cauſas.*

An. 1324.

ex Autogr. TESTAMENTVM teſtatoris feliciter & prudenti conſilio ordinatur, ſi terrenis heredibus non teſtetur, ſed XPS ſolum fiat elemoſine particeps, & coheres. Hinc eſt, quod nos IOHANNES Comes *de Naſſawe*, ſanus corpore, & mente compos; aſſenſuque HEINRICI Comitis, noſtri germani, ob remiſſionem peccatorum noſtrorum, & eciam Patris miſericordiam conſequendam, nec non in remedium & ſalutem animarum Parentum noſtrorum, Quatuor marcarum redditus denar. *Colon.* cedentes in feſto bti *Michaelis* Archangeli, Cenobio

nobio de *Aldenburg* - - de bonis noſtris infraſcriptis, ſitis in *Herbern*, legamus in his ſcriptis perpetue poſſidendos. Ita videlicet, quod Anniverſaria patris noſtri OTTONIS quondam Comitis, matrisque noſtre AGNETIS ſue collateralis, nec non fratris noſtri OTTONIS pie mem. pro duabus marcis, quolibet ſuo tempore; ſimiliter & anniverſarium noſtrum, dum fuerit, pro ceteris duabus marcis ab eisdem Monialibus & Conventu perpetue peragatur.

Volumus eciam, ut predictis monial. quolibet die anniverſariorum, bona *pyctancia* de predictis marcis pro ſuſtentacione nature miniſtretur. Ac eciam unum Lumen iuxta Sepulcra prefatorum, & meum, fieri debet, quod *usque ad novisſimum diem ardere non deſiſtat.* Ordinamus inſuper, quod dictarum marcarum redditus, videlicet quamlibet marcam pro XII marcis pagamenti eiusdem, nos, ac hereditatis noſtre ſucceſſores redimendi liberam habeamus facultatem. Quibus redemptis, ad nos & heredes noſtros revolvuntur libere, & dicte Moniales ſeu Conventus ſibi tantos redditus conparabunt, ad ſupplendum, ut eſt dictum. Hanc noſtram ultimam voluntatem eſſe volumus iure Teſtamenti; quod ſi iure teſtamenti non valet, valeat ſaltem iure Codicillorum, vel cuiuslibet alterius ultime voluntatis.

Hi ſunt Redditus: HEINRICVS *Snabel* VI denar. de quodam Horreo. *It.* ELIZABETH *Lotzecbin* VI denar. de quodam Orto. *Item* CONR. *Backman* IX den. de quadam Area. *It.* filius dicti *Bylſen* IX den. - - -

Et ſic porro, quæ totam implerent paginam. Quibus abſolutis:

Ne igitur ſuper hoc Teſtamento aliqua poterit in poſterum contencio & calumpnia ſuboriri; Noſtro, ac fratris noſtri *Heinrici* Comitis prefati, Sigillis preſens teſtamentum duximus roborandum. Datum & actum Anno Domini *M CCC Viceſimo quarto*, Dominica qua cantatur *Invocavit.* *4 Martii.*

CLVIII.

„*De bonis in* Rockenberg, Gridele, Oppershoven & Alſtad.„

An. 1324.

ex Autogr. Nos THEODERICVS Nobilis *de Woldenberch*, & AGNES noſtra conthoralis ſive uxor. Recognoſcimus, in his ſcriptis publice profitendo, quod communicata manu mutuoque conſenſu aſſignamus, damus & transferimus, in manus GYSONIS dicti *Schonhals*, de *Seyne*, LVCARDIS, RORICI dicti *Crauefel* de *Weſtirburch*, Armigerorum, & ALHEYDIS, Coniugum, & heredum eorumdem, omnia bona noſtra ſita in villis *Wedereybie*, ſcilicet *Rockenberch*, *Gridele*, *Opirshoven*, *Obernhoven* & *Alſtat* & earum terminis, in penſionibus, cenſibus, agris, pratis, paſcuis, nemoribus, & aliis iuribus & rebus quibusque ad ipſa pertinentibus conſiſtencia, quocunque nomine nuncupentur; in nos per obitum quondam PHILIPPI dicti *Wylwale* de *Willansdorf* Militis, felicis memorie predeceſſoris noſtri, & prioris Mariti noſtre Dne *Agnetis* devoluta, que nunc tenet & poſſidet Diſcretus vir HERMANNVS de *Olmena* Opidanus *Wetflarienſis*, & renunciamus eisdem ſimpliciter, ore & calamo, litteras per preſentes. Sic quod ipſi eadem bona vendere & alienare poſſint, & cum eisdem facere ſuam liberam voluntatem.

Et in horum omnium teſtimonium & robur perpetuum dedimus ſibi has Litteras, Sigillis noſtris, una cum ſigillis Honorabilium virorum, Dni . . Abbatis monaſterii *Seynenſis*, IOHANNIS de *Bazzenheim*, & PETRI dicti *de Eych* Militum, Caſtrenſium in *Seyne*, noſtris precibus preſentibus appenſis firmiter communitas. Quod nos . . Abbas, & . . Milites iam dicti verum eſſe profitemur; & ad preces Dni *Theoderici* & Dne *Agnetis* coniugum predictorum Sigilla noſtra una cum ipſorum ſigillis, Litteris preſentibus appendiſſe. Huius facti Teſtes ſunt

HER-

HERMANNVS de *Bazzenheim.** — * *filius Iohannis de B.*
HEYDENRICVS de *Lympach.*
PETRVS dictus *Hackman.*
WIPERTVS Scultetus.
WERNHERVS de *Lympach.*
IOHANNES dictus *Scholere.*
ARNOLDVS dictus *Durstman;*
Castrenses & Scabini in *Seyne*, & quam plures alii fide digni.

Actum & datum Anno Domini M.CCC *Vicesimo quarto.* In crastino bti *Georgii* Martiris. *25 Apr.*

CLIX.

Discordia Moguntino-Hassiaca *defertur ad Arbitros.*

An. 1324.

[*p.647. n.19.*]

Wir OTTO von Godes gnaden Lantgrave, vnd Herre Hessen-Landes; veriehen offenberlichen, unde tun kunt den, die dissen Brief ansehent, lesent, oder horent lesen; Daz zwischen dem Erbern in Gote Vater vnde Herren, unserme Herren, Hern Mathias, Erzebischoffe zu Menze, unde Vns, umme alle Broyche, Saych vnde ansprayche, die zwischen Yme u. sinem Stifte zu Menze eine halb, vnde Vns, andert halb gewest sin; von weilchen Stucken oder von weilchen Sachen da Yme von uns, oder Uns von yme Vnreichte geschen ist; ein reychte Sune gemaychet, unde gesproychen ist von dem Erbern Herren unde Vatere, Hern Heinriche Abt zu Fulde; aso daz der vorgen. unser Herre Erzebischoff zu Menze die drie Erbere Rittere gekorn hat *ex Autogr.* * *de litera ad lit. praecise.* *Abbas Fuld. Mediator.*

Delecti h. i. Iudices. hat von sinenthalb; Johanne von Ryedern, Erwine Lewen von Steynvort, u. Conrade Ruden: Unde Wir unserthalb die drie Erbere Rittere, Wenzele von Cleen Burgreven zu Frideberg, Johanne Rytesel, u. Bernharten von Guns gekorn han.

Unde von den vorgenanten ses Rittern soln er Viere, von ylichem teile zweine, wilchme danne allerbeist haben maych, unde *Praeses.* mit Ine der Edele Man, Greve Emiche von Nassowe, den wir beide zu eime funften Manne darzu erkorn han, ober die vorgenante Stucke unde Sayche, alſo hir vorgeschriben stat, Maycht haben Uns zu richtene nach Minne, alle funfe endreychtichliche, oder nach Reychte alle funfe, oder daz merer teil under den funfen. Unde hat der vorgen. unser Herre Erzebischof zu Menze unde Wir mit truwen gelobt, u. zu den Heiligen geswarn, stede u. veste zu haltende, ane alle geverde dissen iegenwortigen Brief; unde wie uns die vorgenanten Sunlute richten, nach Minne oder nach Reichte, alſo da vorgeschriben stat.

Es han ouch die vorgen. Sunlute mit truwen gelobt, unde zu den Heiligen geswarn, die vorgen. Richtunge, nach Unser beider Anspraiche u. Antworte, Ende zu gebende hie zwischen und Sente Mertins tage der nu allerneist kummende ist, nach Minne oder nach Reichte alſo hie vorgeschriben ist.

Sponsores ex parte Mogunt. Der vorgeschriben unser Herre von Menze hat ouch uns von sinenthalb zu Borgen gesaist zehen Erbere Rittere; Johanne von Rockenberg, Walther von Cronenberg, Wigande von Boyches den Jungern, Craften von Hatzfeld, Petern von Bosenheim, Billunge von Ulmen, Ruprechte den Schencken von Schwensperg, Henriche von Selheim, Hartmude Kolbendensel, unde Lewen von Ockezel. [Echzel.]

Vades Landgraviani. Unde Wir han ouch Yme henwider von unserthalb zehen Erbere Rittere zu Borgen gesaist: Happelen von Drah, Zabelen von Kolenhusen, Johannes von Ryngenbach, Wenzelen von Engelnhusen, Craften Vogende † von Fronehusen, Helf-

† Vogt.

Helfrich vnde Gotfriden von Drah, Synande . ., Sybolde Fleisch, vnd Johanne von Belderßheim, der genant ist Groppe.

Also, welcher Vnser die Richtunge, die die vorgeschriben Sunlute zwischen uns maychent, breyche, vnde nicht enhelte, daz GOt vorbeite, der sal zuvoren Truweloiß u. meineidich sin. Vnde sollent die Borgen, die der gesaist hat der da brichet, invaren zu Frideberg in die Stat, wanne die Sunlute alle funfe oder der merer teil under In sie daz heizet; Vnd mit ers selbes Libe leisten, unde nimmer dannen zu kummende, also lange biz daz die Richtunge fullenvort werde. Daz hant die vorgenanten Burgen mit iren truwen gelobt zu tunde, ane geverde. *Locus obstagii.*

Were ouch, daz der vorgen. Greve Emicho von Nassowe abeginge, des GOt nicht enwolle, so sal Derselbe Abt von Fulde einen andern Herren an sine stat setzen in eines Mandes frist, oder selber an siner stat sin. Ginge ouch der andern ses Sunlute abe, also vile daz er nicht Viere enblieben; an wilcherm unser teile keines enbreiche, der sal ouch in eines Mandes frist einen andern an die stat setzen wan Ers gemant wird. Dazselbe sal man tun, ob der Borgen keyner * abegat. *Decedentibus alii surrogantur.*

*pro Einer. *sæpius usurpatum.*

Vnde zu eime Vrkunde u. Steidicheit dirre vorgescriben ding u. Rede, so haben wir unserme vorgen. Herren Hern Mathias Erzebischoffe zu Menze dissen Brief gegeben, mit unserme Jngesigel besigelt. Disse ding sin geschen, vnde dire Brief ist gegeben, bi dem Clostere zu Arnspurg an Sente Margareten abende, do man zalte von GOtes geburte Drizehen hundirt Jar in dem Vier unde zwenizigisten iare. *12. Iulii.*

Præsens diploma, iuncto n. CLXIII amiciter concessi describenda, me in an. 1724 Wezlariæ advenam salutanti, Cl. b. m. Ioh. Herm. Schminckio. *Earum (utut in orthographia cum his nostris haud adeo bene concordent) usum fecit D.* Frid. Christ. Schminck *F. Diss. acad.* de SVPERARBITRIS. Gottingæ 1744.

CLX.

Mathias
de Vitalitio coniugibus de Hanstein *pro Vicedominatu præstando cavet.*

An. 1324.

[*p.* 646. *n.* 12.]

ex Autogr. Nos Mathias *Dei gratia Sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoscimus per presentes, quod de consensu Capituli nostri *Mog.* iusto empcionis titulo a Strenuo Milite Henrico, olim Vicedomino in *Rusteberg*, de consensu - - Luckardis uxoris sue legitime, nobis - - - vendente, nuper - - emimus Officium Vicedominatus in *Rusteberg* - - -, nec non curias, mansos, villas, iurisdictiones & diversa alia bona Militis predicti, que bona omnia conscripta & specificata sunt in Littera, quam pred. Miles - - super prefato Contractu nobis & Ecclesie nostre tradidit, - - - pro pensione annua XXV marcarum puri argenti, - - - - * quam pensionem . . seu Redditus annuos, singulis annis in festo bti *Michahelis* - - predictis coniugibus, ad vite ipsorum tempora duntaxat, nostro & Ecclesie nostre nomine promittimus - - dare, assignare & presentare in Oppido *Heilgenstad*, sub nostris vecturis, laboribus & expensis. In cuius Contractus debitam firmitatem, nec non ad securitatem predictorum coniugum super prefata pensione, presentes litteras ipsis dedimus, nostro, & Capituli nostri Sigillis fideliter sigillatas.

* *&c. prout n.* CLIII.

Nos quoque Gotfridus † Custos, Ebirhardus Cantor †† totumque Capitulum Ecclesie *Mag.* predicte, *Decanatu & Scolastria ibidem vacantibus*, recognoscimus prefatum Contractum & promissionem predicti Dni nostri Archiepiscopi super pensione prefata de nostro consensu processisse, nostrumque Sigillum - - - - appendisse. Datum apud *Waltassen* VII Kal. Augusti. Anno . . MCCCXXIIII.

† de *Eppenstein.*
†† de *Lapide.*
26 Iulii.

CLXI.

CLXI.

Transactio inter Moguntinum & Brunſvicenſes, *ratione Advocaciarum* Siboldshauſen & Scheiden.

An. 1324.

Wir Mathias v. G. G. Erzebiſchof zu Menze, und Erzekanceler des H. R. Ryches in Dutzſchen Landen; Unde Wir - - OTTO Herzoge von Brunſwich, verjehen offentliche - -, daz wir offe beiden ſyden umme alſoliche Mißhellunge, Crig unde Anſprache, als zwiſchen unſ waſ, unde unſer Ein zu dem andern hatte biz uffe diſſen hutigen tag, umme die Vogtie zu Syboldeshuſen unde zu Scheiden, mit unſer beider Frunde rate oberein kummen ſin, unde alſo geſcheiden voneinander; Daz Wir vorgen. Erzebiſchof zu Menze, - - die vorgeſchriben Vogtie zu Syboldeshuſen - - vorbaſme rowelichen, eigentlichen unde lediclichen beſitzen unde behalten ſollen ewichlichen, ane allerleie Anſpraiche u. hinderſal des vorgen. Hertzogen u. ſiner Brudere, u. irer Erben; Vnd wir Hertzoge OTTO von Brunſwich u. unſer Erben die Vogtie zu Scheiden haben ſollen, mit alſotan underſcheit, daz der vorgen. - - Her Mathiaſ - - - - die vorgeſchriben Vogtie zu Scheiden - - - von unſ u. unſern Erben loſen mugent, umme [1500] Mark Silbers, wanne ſie wollent. - - ex Autogr.

Vnd zu eime Orkunde - - dir Beſcheidunge, und dirre Dinge, ſo hant wir - - - unſer beider Ingeſigel an diſſen brief gehenkit. Diſſe ding ſint geſchehin, unde dir Brief iſt gegebin, zur Stube, zwiſchen Ruſkeberg u. Fridelant, des neiſten Mantages vor unſer Frowen tage Worze meſſe. Do man zalte - - - [1324.] 1. Aug.

CLXII.

CLXII.

Advocaciam Scheiden, *vita* OTTONIS & MAGNI, *Ducum* Brunſvic. *tempore*, Moguntinus *haud redimet.*

An. 1324.

ex Autogr. Nos MATHIAS *Dei gratia Sancte* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, recognoſcimus, Quod inter nos, & Illuſtrem Principem Dnm OTTONEM Ducem *Brunſwicenſem*, mediante noſtrorum conſilio Amicorum conventum eſt taliter & condictum, quod nec nos, neque ſucceſſores noſtri, nec noſtra eccleſia Moguntina Advocaciam ville *Scheiden* cum ſuis pertinenciis ab ipſo Dno *Ottone* Duce predicto aut Illuſtri MAGNO fratre ſuo, quam diu ambo vel alter ipſorum ſupervixerint, redimemus vel redimere debemus: Ipſis vero ambobus defunctis, dictam advocaciam cum ſuis pertinenciis & iuribus, pro Mille & quingentis marcis argenti, redimendi ex tunc liberum erit & eſſe debet nobis, ſucceſſoribus noſtris & . . Eccleſie Moguntine; heredum pred. Dni *Ottonis* Ducis aut *Magni* fratris ſui, ſeu quorumcunque aliorum contradictione qualibet non obſtante. Dantes ſuper eo has Litteras, noſtri Sigilli appenſione munitas.

Datum in loco, dicto *zur Stoube*, apud *Ruſteberg*. Idus
13 Aug. Auguſti Anno Domini *MCCCXX Quarto.*

CLXIII.

CLXIII.

EMICHO Nassovius, *una cum Coarbitris, circa devoluta ex obitu* Landgravii IOANNIS *feuda pronuntiant.* Ottonem *in possessione manutenendo.*

An. 1324.

In continuationem n. CLIX.

In GOttes Namen. Amen.

Wir Grefe Emiche von Nassow, ein Funftman von den Erwirdigen Herren, Hern Mathias Ertzbischof zu Menze, u. Lantgreven Otten Herren zu Hessen Lande, einmutlich: U. wir Wentzel von Cleen Burgrafe zu Frideberg, u. Bernhart von Gunse, Rittere, von unsers Herren Lantgrefen Otten - - - wegen Ratlute u. Scheidelute gekorn, umb die Lehen u. Gut die der vorgen. Ertzb. - - fordert, u. sprichet das sie Ime u. sinem Stifte von Lantgrefen Johans todes wegen ledig worden sint, vnd an In u. sinen Stifte ledeclich erstorben, die der vorgen. Lantgrefe Otte besitzet, und inne het sit sines Bruders Lantgr. Johans Tot; Sprechent vnd erteilend uf unsern Eit mit diesem Briefe, daz - - Lantgreve Otte in den vorgen. Lehen u. Gut sitzen sol. Vnd wil In der . . Ertzbischof darumbe ansprechen u. beteigedingen, so sal Er dem . . Lantgrefen Otten fur sine Man Tag machen als Recht ist. Vnd was Die erteilend, daz sol Er liden, vnd stete halten; vnd tete Er daz nicht, so sol er dez Eides u. Gyselschefte gevallen sin, als der Sunebrief beseit, der daruber mit Ir beider Ingesigel gegeben u. besigelt ist. *ex Autogr.*

Daz geschach, vnd wart dirre Brief gegeben, zu Eylohen bi Ameneburg, an Sant Martins abent, do man zalte von GOttes geburte Druzehen Hundert Jar, darnach in dem Vier und zwentzigestem iare. *10 Nov.*

Vnd daz dise . . ding war sint, und geschehen sint als hie vor geschriben stet; So henken wire Greve Emiche von Nassow und wir Wenzel von Cleen Burgrafe zu Frideberg u. Bernhart von Guns Rittere die vorgenanten, zu einem waren Vrkunde aller dirre - - dinge unsere Ingesigel an dissem Briefe.

CLXIV.

„DE *Curia in* Buchesecke. „

An. 1324.

ex Autogr. EGO HARTMVDVS, filius ANDREE quondam *de Buchesecke*, Omnibus presencia visuris recognosco, quod fratri meo LODEWICO Curiam sitam in *Buchesecke*, quam inhabitat Sororius noster THEODERICVS, quantum ad me spectat, pro Curia seu area, sita bi dem *Bovencien* in villa predicta, quam sibi vendidi, obligo & obligavi, tali discrecione apposita; si dictam curiam aut aream infra hinc & festum S. *Iacobi* proxime venturi a dicto meo fratre non reemerem, tunc aream sibi obligatam, titulo proprietatis, vel sui heredes, perpetue possidebit.

Harum igitur Litterarum testimonio, presentibus Sigillum Strenui Militis, HAPPLONIS de *Trabe*, quod ad preces meas ipsis est appensum, duxi appendendum. Datum Anno
30. Nov. Domini MCCCXXIIII. In die Sci *Andree* Apostoli.

CLXV.

YWANO de Bihl, *(militari) sese una cum omnibus bonis suis ad Claustrum* Aldenburg *transferendi, data facultas a Comitibus* Solmensibus.

An. 1325.

ex Autogr. NOS IOHANNES Comes *de Solmze*, dictus *de Spanheym*, & THEODERICVS noster germanus Omnibus pre-

presens Scriptum intuentibus cupimus fore notum, quod intuitu DEI eiusque Genitricis, nec non de benivolencia speciali, deliberato animo ac concorditer dedimus & presentibus indulgemus YWANO de *Bile*, filio quondam YWANI ibidem, plenariam licenciam & liberam facultatem, cum omnibus suis bonis mobilibus seu inmobilibus, cuiuscunque status aut condicionis existant, Ecclesiam de *Aldinburch* apud *Wetslariam* accedendi, & ibidem in habitu Religionis eiusdem Monasterii DOmino perpetue serviendi; eiusque bona apud ipsum monast. absque nostra aliquali inpeticione, aut quovis nostrorum successorum iugiter permanere; & a personis memorate ecclesie colere, ordinare & disponere pro sua utilitate, & eorum libito voluntatis.

Dantes iam dicto Monasterio has Litteras munimine Sigillorum nostrorum, atque prefato YWANO *nobis antea attinenti* firmiter communitas in testimonium super eo. Actum & datum Anno Domini M.CCC.XXV. In *Cathedra* Sci *Petri*. *22 Febr.*

PHILIPPVS Comes *de Solmisse occ.* 1333.

CLXVI.

ELECTOR *quomodo sanciverit* a) *de Interdictis propter Causas pecuniarias.* b) *Clericis noctu vagantibus cum armis.* c) *Iustitiam admittere recusantibus Inimicis in Munitiones non recipiendis.* d) *Haud evocandis Civibus ad Tribunalia extra Moguntiam.*

An. 1325.

[*p.* 648. *ante n.* 23.]

MATHIAS *D. G. Sancte* Maguntinè *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Viris prudentibus & discretis, Sculteto, Iudicibus, Consulibus

 cete-

ceterisque Civibus *Maguntinis* fidelibus suis dilectis Graciam suam & omne bonum.

Advertentes, quod in Civitate nostra *Maguntina* & ipsius suburbiis, passim in Causis pecuniariis divina suspenduntur officia, propter quod ecclesiastica censura vilipenditur, & devocio populi minoratur; Nos huic morbo, opportuno obviare volentes remedio; volumus, ne auctoritate nostra, vel aliquorum Iudicum nobis subiectorum, de cetero in Causis huiusmodi, cessationis, interdicti, vel suspensionis Divinorum - - fulminentur, - - nos enim sentencias contra hanc nostram constitucionem prolatas decernimus ex nunc irritas & inanes.

Preterea cupientes Clericis ac aliis religiosis personis, dissolucionis & nocturne vagacionis amputare materiam; vobis presentibus indulgemus, ut Magistri civium, vel eorum ministri qui pro tempore vigilias noctis custodiunt, Clericos vel Religiosos, quos post sonum ultime campane, que vulgariter *Lang-Glocke* dicitur, arma deferentes, & indiscrete incedentes, vel alias nocturnas insolencias exercentes invenerint, de nostro mandato presenti possint capere, & eosdem nobis, vel Iudicibus Sedis nostre in Civitate, quam cito commode poterunt, presentare, per nos vel eosdem nostros Iudices pro suis excessibus puniendos. Fraude & dolo in premissis penitus circumscriptis.

ITEM omnibus Officiatis nostris - - inhibemus, ne vestros iniuriatores vel hostes, iusticiam in civitate Maguntina coram Iudicibus ecclesiasticis vel secularibus a vobis recipere recusantes, in nostris debeant castris vel municionibus conservare; nec non eosdem volumus receptare. Et vobis concedimus, quod iniuriatores & hostes vestros, quos insequendo in nostris municionibus seu villis inveneritis, ibidem arrestare possitis, & iusticiam a nostris Iudicibus exigere de eisdem; & quod eos extra villas vel municiones nostras, absque nostra offensa capere valeatis.

ITEM vobis concedimus graciose, ut nullus vestrum auctoritate nostra extra civitatem ipsam ad Iudicium evocetur,

quam

quam diu infra civitatem ipſam paratus eſt ſtare iuri coram ſuo Iudice competenti. Dantes vobis preſentes litteras Sigillo noſtro munitas in robur & obſervanciam premiſſorum. Datum *Oppenheim* V. Kal. Marcii. Anno Domini MCCCXXV. 25 Febr.

CLXVII.

„ *De bonis* Markelonis *de* Kebel *in* Vtph, *& Coheredum ſuorum.* „

An. 1325.

Ego Markelo de *Kebele*, Miles, ad univerſorum tam preſentium quam futurorum notitiam cupio pervenire, me vendidiſſe . . . omnia bona culta & inculta, que habui in terminis ville *Odyphe* ſita, videlicet in agris, pratis, paſcuis, aquis, nemoribus, & ſuis attinenciis univerſis, cum omni iure & onere prout ego & infraſcripti coheredes mei ipſa poſſidebam, Religioſis viris Dno Abbati monaſterii in *Henebe* & ſuo Conventui - - pro quatuor marcis denariorum legalium & bonorum, cum conſenſu & bona voluntate Strenui Militis, Henrici dicti *zu dem Waſen*, Ivtte uxoris ſue legittime, nec non Friderici dicti *Schelriſs* Armigeri, & Lyse . . ., coheredum bonorum predictorum. Renuntians quoque . . . coram Sculteto & Scabinis ville *Treyſe* una cum Iohanne filio meo, predictorum bonorum - - Actioni & impeticioni, quas ego vel mei heredes inpoſterum habere poſſent in bonis antedictis.

Et quia Markelo & Bertramvs filii mei ſunt minores annis, ita quod iam dictis bonis renunciare non poſſunt; prelibato . . Conventui pro reſignatione & renuntiatione dictorum filiorum meorum dum ad annos diſcretionis pervenerint, ac pro warandia debita & conſueta, Strenuos Milites Henricvm dictum *Quiddenbaum* & Ebirnandvm fratrem ſuum conſtituo in ſolidum fideiuſſores. Hoc adiecto, ſi unus

fideiussorum ante resignationem & renuntiationem filiorum meorum predictorum, decederet, quod Deus avertat, ex tunc alium fideiussorem eque idoneum, cum requisitus fuero, infra mensem loco defuncti subrogabo. Sin autem alter fideiussor superstes cum servo & duobus Equis *Frideberg* in hospitium notorium se recipiet; more boni fideiussoris commessationes seu obstagia celebranda tam diu, quousque alter fideiussor eque idoneus loco defuncti per me fuerit subrogatus; & hoc tociens, quociens fuerit oportunum. Promittens nichilominus bona fide stipulacione sollemni pro me & meis filiis supradictis, prefatum Contractum ratum & firmum habere, & nunquam contravenire aliquo ingenio sive modo. Insuper recognosco, me recepisse huiusmodi pecuniam a - - Conventu in numerata & parata pecunia, ac in usum meum necessarium convertisse.

In cuius rei testimonium & debitam firmitatem Sigillum meum proprium & consuetum presentibus Litteris duxi appendendum. Actum & datum Anno Domini MCCCXXV, in crastino bti *Mathie* Apostoli. 25 Febr.

CLXVIII.

Agnatorum Solmensium *ratificatio Concordatorum de quibus n. CLII.*

An. 1325.

[*p. 646. n. 11. fin.*]

ex Autogr. NOS BERNHARDUS & SYMON fratres Comites *de Solmze* recognoscimus publice in his scriptis, quod renunciacionem & tradicionem Castri, dicti *Hohensolmze*, ad manus Reverendi in XPO Patris Dni MATHIE Sce Moguntine Sedis Archiepiscopi, suo & Ecclesie *Mog.* nomine factam per IOHANNEM patruelem nostrum & HEINRICUM fratrem nostrum Comites *de Solmze* sub modis & condicionibus omnibus & singulis, expressis in Litteris quibus nostra presens littera est

eſt transfixa, cum aſſignacione Redditnum L. librarum *Hall.* de quibusdam bonis ipſi Caſtro adiacentibus ſolvendorum, conſenciendo benivole approbamus; Et fide data ac corporali preſtito deſuper iuramento, quod renunciacionem & tradicionem huiusmodi, ſub modis & condicionibus eisdem ratam habebimus & inviolabiliter obſervabimus, promiſimus & promittimus. Sub harum noſtrarum, Sigillis noſtris ſignatarum teſtimonio litterarum. Acta ſunt hec, preſentibus

CRAFTONE de *Hatzfeld* Officiato,
IOHANNE Cellerario. WIGANDO de *Marlorf.*
GYSELBERTO de *Radenbuſen* & HEINRICO dicto *Marolf* Militibus.
Mgro CONRADO de *Wizenburg* Clerico.
SYFRIDO *Marquardi*, & IOHANNE de *Trabe* Armigeris. DYTMARO de *Rodinkeym* & ARNOLDO *Oſterman* Opidanis in *Ameneburg.*

Datum Anno Dni MCCCXXV. VII Idus Marcii. *9 Mart.*

CLXIX.

RATIFICATIO *eorum ſub n. CLV.*

NOS THEODERICVS de *Solmze* Canonicus Eccl. *Colonienſis*, nec non BERNHARDVS & SYMON fratres Comites *de Solmze* recognoſcimus - -, Quod deſignacionem ſeu demonſtracionem Redditnum L. librar. *Hall.* in quibusdam bonis Caſtro . . *Hohenſolmze* adiacentibus, que bona in Litteris quibus . . preſens . . eſt transfixa ſunt ſpecificata, factam; Vna cum - - tradicione eiusdem Caſtri . . per IOHANNEM fratrem noſtri *Theoderici* predicti, & HEINRICVM fratrem noſtrorum *Bernhardi* & *Symonis* - - Comites *de Solmze* Reverendo - - MATHIE - - -, conſenciendo benivole approbamus - - - - Datum - - MCCCXXV VII Idus Marcii.

CLXX.

CLXX.

„ *Littera* R. & S. *de* Nuenftein, *quod ipfi funt Caftrenfes perpetui in caftro* Hufen; *Caftrumque ipforum* Nuenfels *eft apertum perpetuo Ecclefiæ Mogunt.* „

An. 1325.

NOS MATHIAS *Dei gratia Sce* Maguntine *Sedis Archiepifcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognofcimus in his fcriptis, quod nos Strenuos viros, RABENONEM & SCHROTONEM Milites, & GOZONEM, filium eiusdem *Rabenonis*: & RABENONEM, filium quondam HEROLDI, Armigeros *de Nuenftein*, in noftros & Eccl. Magunt. Caftrenfes *hereditarios* ac perpetuos in Caftro noftro *Hufen*, per nos noviter comparato, conquifivimus - -, in hunc modum, Videlicet, quod caftrum & opidum *Nuenvels* contra quemcunque hominem, nullo penitus excepto, aperte Munitiones nobis, Succefforibus noftris & Ecclefie *Magunt.* perpetuis temporibus effe debent: Et fi quos homines armatos proceffu temporis ad eadem Caftrum & opidum *Nuenfels* fortaffis nos - - ponere contingeret, hoc fub expenfis noftris facere debemus.

Eft etiam actum expreffe - -, quod predicti noftri Caftrenfes nobis - - - fervire & affiftere cum fuis munitionibus, & etiam fuis Perfonis propriis, contra quemcunque hominem fideliter perpetuis temporibus tenebuntur; eorum Confangwineis, fi eis iniuria inferretur a Nobili viro CRAFTONE de *Hohenloch*, quem *Schroto* & *Rabeno* iunior ad biennium exceperunt; & Nobilibus viris CONRADO & GOZONE fratribus *de Hohenloch*, quos *Rabeno* fenior & *Gozo* filius fuus . . etiam ad VIII annos exceperunt, duntaxat exceptis. Contra quos, videlicet eorum Confangwineos, quam diu iuftitia contentari voluerint, & contra etiam illos *de Hohenloch* predictos, quam diu

diu eorum termini quibus eos exceperunt, duraverint, iidem noſtri Caſtrenſes cum eorum perſonis nos - - - iuvare nullatenus tenebuntur. Terminis vero eorundem *de Hohenloch* expirantibus, & ſi ipſorum - - Caſtrenſium conſangwinei nollent iuſtitia contentari; tunc contra illos, ſicut & contra alios, nos - - iuvare, & nobis aſſiſtere tenebuntur.

Quilibet etiam ipſorum, ſecundus in armis ſervire tenetur, ſi contingeret Gwerram aliquam nos habere. ITEM condictum extitit, ſi, quod abſit, cum *Craftone* de *Hohenloch* quem *Schroto* & *Rabeno* iunior exceperunt, Gwerram habere nos contingeret, tunc *Rabeno* ſenior & *Gozo* filius eius, cum perſonis ſuis & munitionibus . . nobis ſervire & aſſiſtere tenebuntur. Et hoc idem *Schroto* & *Rabeno* iunior nobis facere tenentur, ſi cum *Conrado* & *Gozone* de *Hohenloch* quos *Rabeno* ſenior & *Gozo* filius ſuus exceperunt, gwerram contigerit nos habere. Nec dicti Caſtrenſes noſtri aliquem . ., quacunque de cauſa contra nos - - - ad dictas munitiones *Nuwenfels* aliqualiter intromittent. Ipſi etiam ex nunc inantea ſe minime obligaverunt, - - - niſi ſuper eo nos requirant, & ad id noſter conſenſus acceſſerit & voluntas. — — —

Nos vero pro huiusmodi ſervicio - - - Eccleſie noſtre impendendo, - - - XL libras *Hallenſ.* eis dabimus, quarum XX expediri volumus in feſto bti *Iacobi* Ap. proxime affuturo; quibus - - expeditis, Redditus XX librarum in bonis eorum propriis & liberis, dicto Caſtro noſtro *Huſen* magis vicine iacentibus, aut in bonis conſimilibus - - comparare, nobisque - - - in feudum caſtrenſe hereditarium denumerare; Ipſique, & poſt eos eorum heredes recipere, & more aliorum bonorum Caſtrenſium in d. caſtro *Huſen* deſervire fideliter tenebuntur. Et poſtquam redditus huiusmodi ſic denumeraverint, ex tunc in octava Epiphanie Domini nunc proxima, reſiduas XX libras ipſis debemus expedire. Dantes ſuper eo has noſtras Litteras, noſtri ſigilli appenſione communitas.

Datum *Oppenheim* III Kal. Aprilis. Anno Domini MCCCXXV. *30 Martii.*

CLXXI.

„*De consensu Dni* Mathie *Ar.* & *obligatione castri* Crumbach.„

An. 1325.

Mathias *D. G. Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus*, *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoscimus in his scriptis, quod nos ad instantem peticionem Spectabilis viri Ludewici Comitis *de Rienecke* iunioris, fidelis nostri dilecti, ad hoc quod idem Comes bona infrascripta, villulas videlicet *Rodenbach*, *Wonenbach*, *Nuendorf*, curiam dictam *Wysendau*, cum suis inribus universis; Hominibus siquidem & iurisdictionibus, pascuis, pratis, nemoribus, aquis aquarumque decursibus, & aliis suis pertinenciis quibuscunque; nec non & Redditus V. librarum *Hall.* ac V. maldrorum cum dimidio siliginis in bonis in *Affoldirbach* sita, que idem Comes a nobis & Eccl. nostra M. . tenet & tenebat in feodum, vendere - - Decano & Capitulo . . *Asch.* . ac ipsi ecclesie poterit, & iuste vendicionis titulo vendidit; nostrum consensum expressum & benivolum adhibuimus, & presentibus adhibemus.

Idem eciam Comes in consensus nostri huiusmodi recompensam pariter & restaurum, dominium Castri *Crumbach*, ac ipsum castrum, cum villis scilicet *Bercheim*, *Crumbach*, *Rimpur* & *Kurnach*, ac iuribus iurisdictionibus & aliis ipsius castri pertinenciis quibuscunque, quod & que ad se proprietatis titulo pertinere asserit. Cum tamen nos, predicta omnia ad nos pertinere tamquam ad Dominum feudi - - - asseramus; in manus nostras voluntarie & liberaliter resignavit; & ipsum castrum, cum villis & pertinenciis earumdem a nobis titulo feudi recepit, & in feudum tenebit a nobis & nostra Ecclesia Magunt. Premissis tamen apposito signanter, & adiecto, quod quam primum ipse Comes, aut sui liberi veri & legitimi predicta bona reemerint, & eadem a nobis - - - iteratis vicibus in feudum

dum susceperint & possederint sicut prius; quod ex tunc castrum *Crumbach* cum eius dominio, villis & pertinenciis prenarratis, nobis assignatis & in feudum ut premittitur receptis, ad eundem Comitem & suos heredes, possidendum ut prius liberaliter devolvetur. Et quia pred. Comes ipsum castrum - - - ad se proprietatis titulo pertinere asserit; & nos vice versa - - - a nobis in feudum descendere dicimus; expresse est condictum, si ullo umquam tempore compertum fuerit, quod ipsum castrum - - - ad ipsum Comitem proprietatis titulo non pertineat, sed quod a nobis descendat in feudum; ex tunc ad universa & singula bona eiusdem Comitis apud nemus nostrum *Spessbart* sita respectum habere possumus & debemus, ipsaque nobis usurpare & attrahere sine eius molestia & offensa, donec de pred. bonis a nobis quondam in feudum descendentibus, per ipsum de consensu nostro alienatis, obligatis, seu venditis, unde - - Ecclesie - - *Maguntine* fiat debita & equivalens recompensa.

In quorum omnium premissorum evidens testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Aschaffinburg* III Nonas Iunii. Anno Domini MCCCXXV.

CLXXII.

„*De decimis in* Affolderbach, Ruckersbach & Rychenbach.„

An. 1325.

NOS LUDEWICUS Comes *de Rienecke*, iunior, dictus de *Rotinvels*. In nostri, nostrorumque progenitorum remedium salutare damus, tradimus & donamus, Donatione inter vivos in his scriptis & liberaliter assignamus, Honorabilibus viris, Dominis Decano & Capitulo Ecclesie *Aschaffinb*. . Mag. diocesis, quos sincere prosequimur, ac ipsius Ecclesie, in qua divini cultus officii frequens viget exercitium, Decimas nostras in *Affoldirbach*; dimidiam videlicet

partem decime in *Ruckirsbach*, & tertiam partem decime in *Rychinbach*, cum ſuis appertinenciis univerſis perpetuis temporibus poſſidendas. De quibus nobis iidem Domini, dum vixerimus, Redditus XX maldrorum ſiliginis dare, & indepedenter ſolvere annis ſingulis tenebuntur. Hoc tamen proviſo ſignanter & adiecto, quod ſi filii noſtri, tantum legitimi, ſi quos Domino procreaverimus annuente, easdem volentes habere & poſſidere Decimas; memoratis Dominis centum & quinquaginta libras *Hall.* legalium, per ipſos in noſtri noſtrorumque progenitorum ſalutem fideliter convertendas, priusquam easdem ſibi aſſumere preſumant decimas, ſolvere tenebuntur, & integraliter aſſignare. Domini quoque Decanus & Capitulum predicti annis ſingulis noſtrum peragere Anniverſarium tenebuntur. Dantes predictis Dominis has Litteras noſtras, Sigillo noſtro ſignatas in teſtimonum ſuper eo.

18 Iunii. Datum Anno Domini MCCCXXV, XIIII Kal. Iulii.

Necrologium Aſchaffenb. ad *V Nonas Iunii:* „Anno Domini „MCCCXXXIII Ludewicus *de Renecke* Comes, di„ctus de *Rotinfels.*

CLXXIII.

LORETTA *Com.* Spanheimenſis *indemnes ſervare ſpondet, qui pro ea fideiuſſerunt*, Eberhardum *de* Randeck *&* Emerchonem *a* Löwenſtein, ANDREÆ Steinio *oppigneratos.*

An. 1325.

ex Autogr. Wir Lorethe Gravinnin van Spanheym Dun kunt - - - -, dat wir ind unſe Kint gelobin in guden truen . . , ſchadelois zu haldene Herin Eberarde van Randeckin, Hrn Wilhelme van Randeckin, inde Hrn Emberichin Limbezun van Lewinſteyn, alſe van der burgeſcheffe wegin, dat Sy unſe Burgin ſynt wor-

wordin, ind wir Sy virsast hain zu Hrn Endrese van dem Steyne. Dat dit war sy ind stede, so hain wir unse Ingesigel * an disen Bryf gehangin zu eyme Urkunde - - -

Dit gesach da man zalte dye Jar nach Godis geburte Druzheinhundirt ind funf ind zwenzich Jar, uf Sente Laurencys dach *10 Aug.*

* *Notum omnibus est, Scutum* Sponheim. *consistere in Fritillo, seu tesserulis. Hic autem additum videmus protensum Leonem. Inscriptio evanuit.*

CLXXIV.

„*Littera* IOHANNIS Pape, *continens revocationem* „*cuiusdam Gracie, facte cuidam Clerico civita-* „*tis* Mag. *de Canonicatu - -*„

An. 1325.

IOHANNES *Episcopus Servus servorum DEI.* Venerabili fratri, MATHIE Archiepiscopo *Moguntino* salutem & Apostolicam benedictionem. Petitio tua, & Dilectorum filiorum Prepositi Decani & Capituli Ecclesie tue Moguntine nobis exhibita continebat; Quod nos dudum volentes Dilecto filio SALMANNO, dicto *Cleman*, * Preposito ecclesie S. *Stephani* Magunt. gratiam facere specialem; Canonicatum ecclesie Moguntine predicte cum plenitudine iuris canonici eidem *Salmanno* auctoritate Apostolica duximus conferendum. Prebendam vero ac Dignitatem, Personatum vel Officium, si que, vel si qui, aut si qua, in eadem Ecclesia Mogunt. tunc vacabant, vel cum vacarent; quas vel quos, seu que idem *Salmannus* per se vel per Procuratorem suum ad hoc spe-

* *Ab ædibus. Patre* IOANNE zum Cleman *Schulteto Iudicii secularis. Cognomine* Walpot. † *An.* 1352 *provisione Pontificia inscendit Cathedram* Wormatiensem, *istius Ecclesia Canonicis peraque exosus ac Moguntinis.*
† T. II. p. 483. 515.

ſpecialiter conſtitutum infra unius menſis ſpatium, poſtquam ſibi vel eidem Procuratori, huiusmodi vacatio innoteſceret, acceptaret conferendas, - - ſibi poſt acceptationem huiusmodi cum omnibus iuribus & pertinenciis ſuis donationi Apoſtolice per noſtras certi tenoris litteras reſervavimus; certis ſibi ſuper hoc per alias noſtras litteras Executoribus deputatis: Quodque occaſione huiusmodi Gracie, ex eo, quod eiusdem SALMANNI *progenitores & conſangwinei, ab antiquis temporibus in ſubverſionem ſtatus proſperi eiusdem* Moguntine Eccleſie *nequiter conſpirarunt, ipſamque fuerunt boſtiliter proſecuti*; Et quia etiam repertum *per experientiam extitit, quod, cum Terrigene civitatis* Moguntine *locum vel ſtatum alias habere in eadem Eccleſia ſatagebant, ipſi eccleſie fuit per eos dampnabiliter derogatum; quia contra eam in* Arcum *pravum converſi fuerunt, qui debuiſſent eam a pravorum incurſibus preſervare, innumera odia & ſcandala ſunt exorta*; & veriſimiliter dubitatur de gravioribus eventuris, *ex quibus Gwerrarum diſcrimina, Cedes & ſtrages hominum*, non absque divini cultus & obſequii detrimento, niſi ſuper his provideatur celeriter, poterunt provenire;

Quare tu, dictique Prepoſitus, Decanus & Capitulum nobis humiliter ſupplicaſtis, ut providere ſuper his: predictam graciam ipſi *Salmanno* in aliam, & in aliqua alia Eccleſia, commutando de benignitate Sedis Apoſtolice dignaremur;

Nos igitur huiusmodi ſcandalis & periculis obviare volentes, huiusmodi ſupplicationibus inclinati; Fraternitati tue, conferendi eidem *Salmanno* Canonicatum, *Colonienſis* vel *Treverenſis*, aut *Herbipolenſis* vel *Spirenſis* eccleſiarum; illius videlicet quam idem *Salmannus* eligendam duxerit, - - & faciendi eum ex tunc - - in dicta eccleſia recipi in Canonicum & in fratrem; Stallo ſibi in Choro, & loco in Capitulo - - aſſignatis, — — — — — auctoritate predicta — — — —
13. Aug. comittimus. ——— Datum *Avinioni* Idus Auguſti. Pontificatus noſtri anno Decimo.

CLXXV.

CLXXV.

„*Littera de Vinea in* Bredinbach *quondam* Gerlaci *dicti* Kornreyn *in* Lune. *

* *Lein* Oppidulum *Solmense.*

An. 1325.

VNIVERSIS perpetue presens Scriptum intuentibus. Ego IOHANNES, natus sive filius GERLACI dicti *Kornreyn*, Armigeri in *Lune* cupio fore notum, publice protestans; Quod cum anno Dni *MCCC Quintodecimo* idem pater meus, legitima necessitate compulsus, commodo ac voluntate sui ipsius, Mei, meorumque omnium coheredum diligenter perpensatis, Vineam nostram, quandam, in loco qui vulgariter *Bredinbach* dicitur, sitam in confinio ville superioris de *Bile*, Religiosis in Xpo personis, . . Priori, . . Magistre, & . . Conventui in *Aldinburch* Ord. *Premonstr.* - - pro certa Summa pecunie sibi super hoc tradita, numerata integraliter & assignata, in usus que nostros conversa optimos, vere propr'etatis tytulo vendiderit in perpetuum pacifice & absque revocacione inpedimenti cuiuscunque omni tempore ab eisdem possidendam; sicut in Litteris nomine dicte vendicionis confectis plenius & lucidius est expressum. *ex Autogr.*

Extractus earundem.

„*Ne facta modernorum* - - - - . *Hinc est quod ego* GERLACVS de Lune *Armiger*, *Castrensis in* Solmisse, *Nepos quondam* REYNHARDI *Militis* de Lune, *universis* - - - *cupio esse notum*, - - - *Quod urgente me quadam necessitate inevitabili*, *commodo ac utilitate mea*, *meorumque heredum diligencius perpensatis*, *vendidi ac vendo* - - - *Vineam meam*, *sitam in loco qui* Breydenbach - - *appellatur*, - - - - *Magistre & Conventui* - - - *in* Aldenburch, „ - - - - *pro precio XX marcarum & duor. solidor.* (&c.)

In

„*In cuius rei testimonium - - - quia sigillum non habeo,*
„*Sigilla Nobilium Dnor. meorum, Dni* IOHANNIS *dicti* de
„Spanheim, *nec non* MARQVARDI *&* GERHARDI *fra-*
„*tris sui, Comitum* in Solmisse, *rogavi & optinui presenti-*
„*bus Litteris apponi. &c. Actum* - - - - MCCCXV.
„*Ipso die* . . Mathie *Ap.*

Ne igitur prenotatum Monasterium aut ipsius persone in ipsa empcione aliqualiter valeant aut possint in posterum inpediri vel gravari; Cum iam annos plene maturitatis & discrecionis sim adeptus, memorate vendicioni, effestucando, plane renunciavi more debito & consweto; renuncioque in his scriptis; Consensum mee perpetue voluntatis & assensum benivole, & absque omni inductione, coactione vel timore apponendo ad premissa; nunquam in contrarium faciendo vel agendo, per me, vel alium aliquem, in Iudicio sive extra, aliqua racione, ingenio sive causa. Renuncians publice & expresse omnis Iuris auxilio tam canonici quam civilis quod michi in toto vel in parte contra omnia & singula premissa quomodolibet posset suffragari.

Preterea Ego GERLACVS supradictus, cum ELIZABETH nunc *Legitima mea secundaria*, ex habundanti, vel ex iure, si quod amplius nobis communiter vel divisim in sepesata vendicione contrarium aliquali adinvencione conpetere videretur, renunciamus simpliciter & expresse. Dantes universaliter memor..is emptoribus has Litteras, obtentu nostrarum precum Sigillo Dni MARQVARDI Comitis *de Solmisse*, . una cum sigillo Civitatis *Wetflar*. . firmiter communitas.

Nos vero MARQVARDVS Comes predictus, MARQVARDVS de *Nuvern*, HERMANNVS Monetarius, & GERBERTVS *Vdo* Scabini civitatis predicte, cum aliis quam pluribus concivibus ibidem & viris fide dignis, testibus ad hec vocatis & rogatis, omnia prescripta testamur esse vera, & ad rogatum *Iohannis*, *Gerlaci* & *Elizabeth* predictorum, Sigilla nostra huiusmodi renunciacioni pro certo testimonio appendisse.
18 Nov. Actum & datum *Wetflarie* Anno Domini MCCCXXV. In Octava bti *Martini*, festi hyemalis.

CLXXVI.

CLXXVI.

Venditio Redditus annui sub certis pactis & conditionibus.

An. 1326.

Nos MATHIAS *Dei gratia Sce* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoscimus publice per presentes, quod nos, Honorabilium Virorum BERTOLINI* Prepositi, IOHANNIS Decani, ** GOTFRIDI † Custodis, EBERHARDI †† Cantoris totiusque Capituli Magunt. - - ad hoc expresso accedente consensu, Strenuo Militi HARTMODO de *Cronenberg* Burgravio nostro in *Starckenburg*, eiusque veris & legitimis heredibus masculini sexus, quos iam habet, seu si quos inantea cum Honesta Matrona GREDA coniuge sua procreabit, iusto vendicionis titulo vendidimus XX librarum Hall. redditus annuos, super Curia & area Honeste Matrone ERMENGARDIS, relicte quondam Strenui Militis HEILMANNI Burgravii in *Starckenburg*, sitis in Opido *Frankenford* in strata Iudeorum prope pontem, - - - - - - pro mille libris *Hall.* - - nobis traditis & solutis, ac in usus & utilitatem nostram & Eccl. M. predicte, videlicet in solucionem Castri *Steyna*, siti super fluvio *Neckar*, conversis. Que bona idem *Hartmodus* & sui heredes a nobis - - - in feudum tenebunt, & perpetuo possidebunt.

* *de* Canali. *Francigena.*
** *Vnterschopff,* al. *de Constantia.*
† de *Eppenstein.*
†† de *Lapide.*

Idem quoque *H.* in nostra presentia constitutus, super - - pred. bonis, nostra voluntate & consensu ad hoc benevolo accedente, GREDE coniugi sue . . supradictas mille libras . . , nomine Dotis seu dotalicii ad sue vite tempora assignavit: Et ob favorem quo eundem *Hartmodum* prosequimur, volumus, quod si forte ipse sine heredibus masculini sexus decederet, quod tunc Filie ipsius - - - -, aut si illas sine heredibus legitimis decedere contingeret, proximiores heredes sui, suprad. bona - - - in feudum a nobis - - - tenebunt. [*&c. &c.* quia nimis prolixa est.]

Datum *Pinguie* V Idus Ianuarii - - MCCCXXVI. *9. Ian.*

CLXXVII.

BONA *posse auferri, Censu non soluto.*

An. 1326.

Ego EBIRHARDUS de *Rynecke* Miles, filius quondam Prudentis & honesti viri GOZONIS, Advocati ibidem. Recognosco tenore presentium, pro me & meis heredibus & sucessoribus universis publice profitendo, quod, si quam graciam - - Decanus & Capitulum eccl. *Ascb.* ., quibus teneor solvere XXX libras *Hall.* annuatim de bonis in nostris Litteris comprehensis, fecerunt, vel fecerint in futurum graciam specialem, dissimulando vel expectando de censibus prenotatis, in toto vel in parte ultra terminum vel terminos in pred. litteris positos seu statutos; quod hoc non debet eis preiudicare in suo iure aliqualiter vel nocere, quin ipsi, si ego vel heredes - - mei, negligentes fuerimus in aliquo termino, possint nomine Pene a nobis aufferre bona omnia & singula, & suis usibus in perpetuum applicare, de quibus solvuntur redditus pecuniarii prelibati, sicut in Litteris super hoc confectis plenius est expressum; Nisi de hoc in singulis terminis gracia per nos obtenta fuerit specialis.

In cuius rei testimonium Sigillum meum duxi presentibus appendendum. Datum Anno Domini MCCCXXVI. Idus
13 Iun. Iunii.

CLXXVIII.

„*Littera* IOHANNIS *Pape* (XXII) *que continet unio-* „*nem parochialis ecclesie in* Gernsheim *Mense* „*Archiep*[li] *Eccl. Mog.* „;

An. 1326.

IOHANNES *Episcopus Servus servorum* DEI. Venerabili fratri MATHIE Archiepiscopo *Mogunt*° salutem

tem & Apoſtolicam benedictionem. Dum tue devocionis conſideramus affectum quem ad Romanam geris Eccleſiam, & Nos ipſos, petitiones tuas quantum cum DEO poſſumus favorabiliter exaudimus.

Sane petitio tua nobis exhibita continebat, quod *Starkenburg* & *Winheim* caſtra, ad Menſam & Eccleſiam tuas *Moguntinam* ſpectantia, que in Dyoceſi Mog. circa Terram LVDOVICI Ducis *Bawarie* ſita eſſe noſcuntur; Quodque tu, *propter rancorem Odii, quod ipſe* Dux *contra te ex Proceſſuum noſtrorum publicatione per te facta concepit, ipſo Duce impugnante, Villas & Opida, - - - Caſtris eisdem adiacentia*, incurriſti in cuſtodia dictor. caſtrorum gravia onera Expenſarum; preſertim quia Caſtra ipſa, territoria ſterilia obtinent; nec tu ad illorum defenſionem poſſes perſonaliter te conferre, ſive Gentes armigeras ad ipſorum caſtrorum defenſionem ſine magnis expenſis ob penuriam victualium deputare; Quare Nobis humiliter ſupplicaſti, ut Parrochialem eccleſiam in *Gernsheim* . . ad tuam collationem pertinentem, cuius fructus . . & proventus XL marcarum argenti valorem annuum non excedunt, Menſe tue in recompenſationem predictorum, & ſupportacionem futurorum onerum, cum omnibus iuribus & pertinenciis ſuis unire, & annectere de benignitate Apoſtolica dignaremur;

Nos itaque tibi ſuper his paterno compacientes affectu, huiusmodi ſupplicationibus inclinati, eandem parrochialem eccleſiam . - - Menſe prefate - - imperpetuum annectimus & unimus; ita quod cedente vel decedente Rectore ipſius - - qui nunc eſt, Tu vel Succeſſores tui Archiepiſcopi Mog. qui erunt pro tempore, corporalem poſſeſſionem ipſius eccleſie, per vos vel alium ſeu alios libere apprehendere: ac eam in uſus veſtros perpetuo retinere, fructusque, Redditus & proventus ipſius libere percipere & habere poſſitis. — — Reſervato tamen de fructibus - - ipſis, perpetuo Vicario canonice inſtituendo in ea, qui animarum parrochianorum eiusdem eccleſie curam gerat, congrua portione, ex qua commode ſuſtentari valeat, iura Epiſcopalia ſolvere, & alia ſibi incumbentia onera ſupportare.

tare. Nos enim ex nunc irritum decernimus & inane; si secus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contigerit attemptari. Non obstantibus — ——

—— ——

13 Aug. Datum *Avinioni* Idus Augusti. Pontificatus nostri anno Decimo.

CLXXIX.

Domini directi consensus, in Dotalitium ex Advocacia in Schwalbach *constitutum.*

An. 1326.

ex Autogr. Nos KUNO Dominus *in Mincenberg* tenore presencium recognoscimus universis; quod precibus Strenui viri, HEINRICI Advocati in *Swalbach*, Armigeri, nostri Vasalli favorabiliter inclinati, ad preces & de consensu IOHANNIS fratris sui, Donacionem propter nupcias, que vulgariter dicitur *Wedemenrecht*, videlicet ducentarum marcarum denar. *Colon.*, tribus *Hallens.* pro quolibet denario computandis, facte ELIZABETH, uxori legitime *Heinrici* antedicti super Advocacia in *Swalbach*, cum omnibus iuribus & pertinenciis ad eandem spectantibus quocunque nomine nominentur, dependente a nobis in feudo, nostrum adhibuimus consensum voluntarium & expressum, & presentibus adhibemus. In cuius rei testimonium presentem Litteram dedimus, Sigilli nostri robore communitam.

Et ego IOHANNES predictus in recognitionem mei consensus ad premissa, meum sigillum duxi presentibus apponen-

27 Aug. dum. Datum Anno Domini MCCCXXVI. VI Kal. Septembris.

* S. CVNONIS SENIORIS DOMINI IN MINZINBERG.

CLXXX.

CLXXX.

„*Donatio iuris Patronatus ecclesie* Nuen Liningen.„

An. 1326.

NOVERINT universi presentium inspectores, quod ego OTTO de *Nuenliningen*, Castellanus in *Swartzburg*, & OTTO filius meus, Ius patronatus ecclesie in *Nuenliningen*, quod ab antiquo, titulo proprietatis nostri progenitores habuerunt, vel quasi possederunt, & nunc nos habemus seu quasi possidemus; in remedium animarum nostrarum & salutem, ac remedium nostrorum Progenitorum ac omnium fidelium defunctorum, Episcopatum Moguntinum & Eccl. M. damus & transferimus per presentes, cum omni iure & utilitate quo iam habemus, & nostri progenitores habuerunt seu quasi possederunt. Ita quod Reverendus in XPO Pater ac Dominus noster, D. Archiepiscopus Mogunt., qui est, vel qui pro tempore fuerit, dum vacat, vel cum vacare contigerit, conferat ecclesiam memoratam.

In cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum. Datum Anno Domini MCCCXXVI, Idus Octobris. *15 Oct.*

CLXXXI.

Quibus pactis sese Moguntino *obstrinxerit* Abbas Fuldensis *ad expeditiones bellicas.*

An. 1326.

Wir Henrich von GOtes gnaden Apt zu Fulde dun kunt *ex Autogr.* vnd veriehen offentliche allen den, die dissen gegenwertigen Brif sehen oder horen lesen; Daz wir vns han vereinit u. verbunden, zu dem Erwirdigen Herren, Hr. Mathias von GOtes gnaden Erzebisschof ze Menze und Erzecanzeler des Heilgen Romischen Riches in Tutschen Landen, Jme u. sime Styfte ze helfen und ze raten mit unserm Libe, Vesten, vnd mit allem dem daz wir ver-

mugen, an alle argelist: Vnd han daz geloubit in guten Truwen, u. geswbren zu den Heilgen ze halten, vnd zu tone, als hie nach von stucke zu Stucke geschrieben stat.

Von Erste ist geredt, daz wir von dem vorgen. Herren von Menze, wan Er uns gemanet, darnach in vierzehen tagen, zu tegelichem Krige suln liehen u. senden funfzig Man mit Helmen wol erzuget, uf unsern Schaden in desselben Herren Kost mit Brote u. mit Wiene, oder mit Biere nach des Landis gewahnheit, wan sie in sien Lant kumen. Wer auch, daz dem egnanten Herren groz Not anginge von Gesezzis weine, (wegen) oder von Lantwer; so sule wir Ime beholfen sien mit aller unser Macht, und mit unsers selbis Liebe, ob wirz denne vermugen; Vnd suln darzu ilen, so wir allerschiers mugen, ane Geverde. Und suln auch daz tun uf unsir selbis kost, u. uf unsern Schaden. Vnd wer, daz denne vns oder unsern Dienern, mit Ime oder mit Sinen Dinern gelunge uf einem Velde; so sule wir den Frumen von Gevangen, von Schatzungen, vnd von allem Nutze der davon kumen mag, teilen nach der Manzal. Wer auch, daz vnser beider Gesinde brantschatzte, oder Viehe neme; daz solde wir teilen nach der Manzal als hie vorgeschribn stet.

Es ist ouch gered; Wer, daz der vorgen. Herre sienen Vienden eine Vesten anegewinne mit unser Hulfe, die In vnd sinen Styft angehöret; die mag Er Yme - - behalten ane alle unser widerrede. Wer aber, daz die Vesten In noch sinen Stift nicht angehörte; so sal man die Vesten mit vnser beider willen brechen, oder aber besetzen gemeinliche, als wir den zu Rate werden. Ane geverde. Auch ist gered, daz wir Ime u. sienen Helfern alle unser Sloz u. Vesten sollen uffen zu allen sinen - - Noten, wan er ez an uns vordert. Ane geverde.

Dise - - Verbuntnisse, Gelubede und Eide sule wir halten u. leisten, von nu vnd Sente Mertins tag der nu nehst kumet, und zehen Jar darnach, gein allermenlich. Ane geverde.

Vz dirre Verbuntnis neme wir alle unsere Eitgenozen, vnd unsere Gesworen zu den wir uns verbunden han, oder Die unsre Brive

ve han uf disen hutegen tag; Vnd unser - - Stiftis Manne, vnd unsere Burgmanne; sie wolten denne rechtis for uns uz gan.

An den Ediln Fursten den Landgreven von Hessen, und den Ediln Man, Greven Bertholde von Hennenberg, vnd Greven Henrichen sinen Sun, uf die sule wir dem vorgen. Herren von Menze nicht beholfen sien, biz nu unser Frouwen tag Lichtmesse der nu nehst kumt. Nach dem Tage sule wir Jme uf die vorgen. Herren den Lantgreven von Hessen, Greven Bertolde von Hennenberg u. Greven Henrichen sinen Sun; ire Gesworn vnd alle ir Helfer, sule wir Jme beholfen sien, mit aller der Helfe als hie vorgeschribn stet.

Wir nemen auch uz, Greven Johann von Cygenhain, Greven Henrichen von Hennenberg den Eltern, genant von Assche unsere Gesworen: Den sule wir unser Brive u. Gelubede, als wir sie Jn geloubet u. gegebn han, halten und leisten. Wir nemen auch uz der vorgen. Verbuntniß daz Romisch Riche; also, wer, daz der vorgen. von Hennenberg, und der Erwirdige Herre Byschof Henrich von Babenberg, und der Edil Man, Burgreve Friderich von Nurenberg Eitgnozen, Sie, oder Jr etslicher under Jn, oder ir Helfer oder Diener, mit dem sie rieten oder der mit Jn riete, wer der were; gein Den u. Deme sule wir Jme beholfen sien als hie vor geschribn stet. An alle geverde.

Wer auch, daz ein Bruch, oder Vflauf zwischen uns u. unsern Dienern beider siet hernach ufstunde; darzu sule wir, u. der - - von Menze, Drie unser gemeinen Frunde kiesen u. schicken, die den Bruch u. Uflauf uzrichten, nach Minne, oder nach Rechte. Ane geverde.

Alle disse Stucke - - - die habe wir geloubt bie guten Truwen, und gesworn zu den Heilgen, ze halten u. zu volfuren - -, ane geverde. Vnd daz dise - - Rede war u. stete blibe; so gebe wir disen Brif, versigelt mit unserm Jngesigel. Der ist gegebn zu Orba, du man zalte von Cristis geburt Driezenhundert Jar, und in dem Sehsten und zwenzigeste. An dem Abende der Heilgen Zwelf Boten *Symonis & Iude*. 27 Octobr.

LXXXII.

CLXXXII.

PARERE *iuridicum, datum* MATHIÆ *ſuper Curia, dicta* Schelm, *controverſa inter hæredes* GERLACI Schelm, *& Canonicos Aſchaffenb.*

An. 1326.

REVERENDO in Xpo Patri, ac Domino eorum, Dno MATHIE Sce Maguntine Sedis Archiepiſcopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario; IOHANNES de *Fontibus* Pinguenſis, BERTHOLDVS S. *Mauricii* Hildenſemenſis Prepoſiti, ac HEINRICVS de *Oppinheim* Cantor Sce *Marie* ad gradus Maguntie eccleſiarum, debitam reverentiam & honorem.

Super eo quod nos conſulere voluiſtis, an Honorabiles viri Decanus & Capitulum eccl. *Aſchaffinb.*, vel Strenui Milites, WENTZELO, SYBOLDVS & GERLACVS fratres dicti *Schelme*, meliores probationes induxerint, ad obtinendam per veſtram diffinitionem & executionem, poſſeſſionem Curie, quam olim GERLACVS *Schelme*, Scolaſticus eiusdem eccl. *Aſch.* usque ad ſui obitum tenuit & poſſedit, & quam inhabitavit ſimiliter poſtea eo defuncto IOHANNES *Schelme* eiusdem Dni Scolaſtici patruelis, usque ad mortem ipſius;

Nos diligenter viſis, conſideratis & penſatis inter alia que invenimus probata, diſpoſitionem ultime voluntatis ab ipſo *Gerlaco* Scolaſtico de curia ſua predicta, & eius poſſeſſione quam usque ad ſui obitum habebat, ut predicitur facta; Nec non contencione poſt mortem ſuam ſuper eiusdem curie poſſeſſione coram b. m. olim Dno PETRO Archiepiſcopo Maguntino interſecuta, & Manufideles Scolaſtici ſupradicti; Diffinitione quoque, prolata pro eiusdem Manufidelibus, in effectum executionis dicte ultime voluntatis ſibi commiſſe; Inſuper quoque conſideratis attente his, que poſt predictum IOHANNEM *Schelmen* circa poſſeſſionem eiusdem curie & predictam ultimam voluntatem facta fuerunt; &, quo animo ſeu voluntate tenuit & tenere voluit habitationem curie ſepedicte, quousque moriebatur;

Veſtre

Vestre requisitioni consulendo referimus, & referendo consulimus, Ipsos Dominos Decanum & Capitulum potiores in eiusdem curie possessione fore, & ius suum quoad hoc melius probasse; Ideoque ipsis deberi a vobis adiudicari & assignari possessio Curie memorate: Salva questione proprietatis utrisque Partibus, si super ea, in quantum ipsis ius competit, voluerint litigare.

Sic, Domine Reverende, nos ipsi, si coram nobis huiusmodi verteretur questio, sentenciaremus. Et ideo id vobis consulimus & rescribimus confidenter. Appendentes nostra sigilla in testimonium super eo.

Datum *Aschaffinburg* Anno Domini MCCCXXVI. Feria II: post festum *Omnium Sanctorum.*

CLXXXIII.

MATHIÆ

Laudum in Causa prælibata.

An. 1326.

MATHIAS *Dei gratia Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius:* Recognoscimus, quod in Causa que inter Honor. viros Decanum & Capitulum Eccl. *Asch.* . ex una, nec non WENTZELONEM, SYBOLDVM & GERLACVM fratres dictos *Schelme* Milites ex parte altera, super possessione Curie quam olim GERLACVS *Schelme* Scolasticus *Asch.* . ad vite sue tempora tenuit, & quam eo defuncto quondam IOHANNES Can. *As.* ipsius Scolastici fratruelis deinde possedit & tenuit dum vivebat, vertebatur coram nobis; Testibus iuratis, probationibus & instrumentis Partium hinc inde per Honor. virum Dn. LVPOLDVM * Prepositum - - S. *Severi Erford.* & quondam CONRADVM *Rude* Militem vice nostra receptis, ipsisque testibus diligenter examinatis, Dictis eorum in scriptis redactis &

* *de Bebenburg, factus Episc.* Bamberg.

& publicatis; demum in negocio concluſo, terminoque ad ſentencionandum diffinitive ſtatuto, videlicet Feria IIª poſt *Omnium Scor.* proxima, Qua, comparentibus coram Nobis Decano & Capitulo . . pro ſe: *Wentzelone* vero & *Syboldo* fratribus preſentibus, *Gerlaco* fratre tercio abſente, pro quo IOHANNES de *Cleen* & RVPERTVS de *Buches* Milites de ratihabitione caverunt, in Nos, tamquam in Arbitrum, Arbitratorem ſeu amicabilem compoſitorem ſuper poſſeſſione dicte Curie & eius proprietate h. i. compromiſerunt, voluntarie & preciſe.

Aſſumpto igitur nobis arbitrio huiusmodi, quia invenimus Decanum & Cap. - - - intentionem ſuam tam per teſtes quam per inſtrumenta melius dictis fratribus probaviſſe; Nos poſſeſſionem & proprietatem d. Curie Decano & Cap. . per noſtram pronuntiacionem arbitrariam adiudicamus, & eandem ad Ipſos & eorum Eccleſiam pronunciamus & dicimus perpetuo permanere. Ita tamen, quod *Graslacus* * dicte Aſchaffinb. eccleſie Canonicus, Natus quondam *Graslaci* Militis de *Dyppurg*, d. curiam, quoad vixerit & Canonicus in d. eccleſia fuerit, inhabitare Aſchaffenburgenſis eccl. nomine debeat, pacifice & quiete. Ipſo vero *Graslaco* de medio ſublato, vel ſi Canonicus *Aſcb.* eſſe deſierit, ipſa curia ad - - - Capitulum libere revertetur. Quam pronuntiacionem Partes h. i. ratam habebant & gratam; ipſam laudantes & approbantes voluntarie & expreſſe.

* *Eſt cognomen illorum, qui poſtea* de Groſchlag *vocabantur.*

Acta ſunt hec *Aſchaffenburgi*, preſentibus Honor. viris, LVPOLDO Prepoſito eccl. S. *Severi* pred. GVNTHERO de *Landeſberg* Canonico eccl. *Spirenſis*. HERMANNO, Proviſore Allodii noſtri *Erffordenſis*. HERMANNO *Schelriſs*. IOHANNE de *Cleen*. RVPERTO de *Buches*. IOHANNE de *Rockenburg* Vicedomino noſtro *Aſchaffinb.* WIGANDO & HARTMANNO fratribus *de Buches* Militibus; & pluribus aliis, Clericis & Laycis fide dignis.

Eſt etiam actum, quod dictus *Graslacus* Can. Aſch. de pred. Curia ſolvet annis ſingulis duas libras *Hall.* quam diu eam in-

inhabitaverit, Census seu pensionis nomine, ecclesie *Asch* . . iam predicte. Datum *Aschaffinburg* Anno Domini MCCCXXVI. Feria II. post festum Omn. Scor. preexpressa. 3 Nov.

CLXXXIV.

„*de Decima in* Nuseze *iuxta* Sunneburnen.

An. 1326.

NOVERINT universi presentium inspectores ad quos presens scriptum pervenerit; quod ego HARTMANNVS de *Gunsrode*, Miles, iustis causis ad hoc me moventibus transferre decrevi, & transfero simpliciter in his scriptis, in Honorabiles viros Dnos Decanum & Capitulum ecclesie *Aschaffenb* - - Decimas meas, tam magnas tam minutas, in villa *Nuseze* iuxta *Sunnenburnen* & eius terminos sitas quascunque per me quondam *Albeydi* uxori mee in donationem propter Nuptias assignatas, perpetuis temporibus possidendas; ad hoc Honorabilis Viri, Dni IOHANNIS Prepositi eccl. *Asch*.., a quo dicte Decime descendunt in feudum, accedente consensu benevolo & expresso, pro LX libris *Hallensium* legalium & bonorum, numerate michi pecunie ab eisdem Dominis integraliter, & solute. Transferens in eosdem omne ius quod michi in decimis huiusmodi quomodolibet competebat. Promittens expresse, memoratis Dominis super ipso contractu facere Warandiam, iuxta patrie consuetudinem generalem. Promittensque pro VLRICO, THILMANNO, & AGNETE pueris & heredibus meis, a memorata quondam *Albeyde* procreatis, iam infra annos existentibus, ut, quam primum annos discretionis attigerint, iam dictum contractum approbent, &, prout in eis est, ratum teneant atque gratum.

Super qua quidem Warandia ut premittitur facienda, ego HARTMANNVS predictus me ipsum, HERTWICVM filium meum, Canonicum *Aschaffenb* . . * WORTWINVM de *Babenhusen*, & HENRICVM filium meum, Armigeros, fideiussores

* 1334. VII. Kal. Apr.

ſores conſtituo in his ſcriptis, quemlibet eorum in ſolidum obligando: Qui, Warandia non expleta, ex parte dictorum Dominorum moniti, commeſſationes vel obſtagium in Aſchaffenburgenſi facient hoſpicio, quouſque ipſa warandia effectum debitum ſorciatur. Altero etiam dictorum fideiuſſorum recedente, vel, quod abſit, decedente, in locum recedentis vel decedentis eque bonum ſubſtituam, a recedentis vel decedentis obitu vel receſſu infra menſem. Alioquin fideiuſſores ſuperſtites, moniti, commeſſacionibus facient, ut predicitur, quouſque equivalens fideiuſſor fuerit in locum recedentis vel premortui ſubrogatus.

Nos quoque HERTWICVS, WORTWINVS & HENRICVS fideiuſſores predicti, in Nos onus fideiuſſionis predicte ad prefati Dni *Hartmanni* inſtantiam ſponte elegimus, & ad hoc nos preſentibus obligamus.

In quorum omnium teſtimonium & omnimodam roboris firmitatem Sigilla noſtri *Hartmanni* & *Hertwici* predictorum, una cum Sigillo Honorabilium virorum, Dominorum Iudicum eccleſie *Aſchaffenb.* . predicte, ad preces mei *Wortwini* & *Henrici* predictorum preſentibus ſunt appenſa. Quod & nos Iudices *Aſch.* . predicti, ad rogatum *Wortwini* & *Henrici* ac *Hartmanni* predictorum, in premiſſorum omnium teſtimonium appoſuimus huic ſcripto. Teſtes vero huius rei ſunt

IOHANNES *Gobelonis.* CONRADVS Plebanus eccleſie *S. Marie.* HENRICVS *Swabb.* CONRADVS de *Omenſtad* Vicarii eccleſie *Aſchaffenb.* . predicte.

HERMANNVS *Ruſchenbuſch* Armiger. WOLFRAMVS Sultetus in *Stocſtad.* CONRADVS *Ratgebe* Sculteus in *Oſtheim.* HEYLMANNVS *Engelmari*, & GODEBOLDVS *Piſcatur*; vocatis ad premiſſa pro teſtibus, & rogatis.

16 Nov. Datum & actum Anno Domini MCCCXXVI. in craſtino bte *Katherine* Virginis.

CLXXXV.

CLXXXV.

CONRADVS de Trimperg *assumitur in Castrensem* Ronneburgi.

An. 1327.

[*p. 650. n. 5.*]

NOS MATHIAS D. G. sce Moguntine *Sedis Archiepiscopus*, *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius* recognoscimus publice in his scriptis; Quod Nobilem virum CONRADVM de *Trimperg*, fidelem nostrum dilectum, in Nostrum & Ecclesie - - *Maguntine* Castrensem in castro nostro *Ronnenburg* conquisivimus & conquirimus, in hunc modum videlicet, quod eidem *Conrado* de *Trimperg* nomine castrensis feodi de redditibus & pensionibus Salinarum nostrarum in *Vrba* XX libre *Hall.* per Officiatum nostrum qui p. t. fuerit, in festo B. *Martini* debent annis singulis ministrari, tam diu, donec per nos, Successores nostros aut . . Ecclesiam *Mag.* ducente libre *Hall.* eidem *Conrado* fuerint plenarie persolute. Quibus persolutis Eidem ex tunc dicti redditus XX librar. . ad nos absolute & libere revertentur; Et ipse CONRADVS de *Trimperg* Redditus XX librar. . in bonis suis propriis & liberis, ad ipsum directo dominio pertinentibus, dictoque castro *Ronneburg* magis vicine adiacentibus, resignare & donare, a Nobis - - & Ecclesia Mag. . . titulo & nomine castrensis feodi recipere & habere; in predictoque castro - - necessitatis tempore, more aliorum bonorum Castrensium tenebitur fideliter deservire.

Datum *Aschaffenburg* II Kal. Iunii Anno Domini MCCCXXVII. *31 Maii.*

 CLXXXVI.

CLXXXVI.

Familiæ Erciſcundæ, cum pacto ſucceſſorio inter Nobiles de Randeck.

An. 1327.

ex Autogr.

WIR Gotfrit und George gebrudere, Hern Eberhards ſeligen Sune von Randecken Veriehen und dun kunt allen den, dy dyſen Brif anſehent oder horent leſen, Daz eymudeclich und gutlich, mit unſer Muder und mit unſer gemeinen Frunde Rade unſ geſezzit und verryneget han umbe unſer Erbe, bit (mit) Eberharde, und mit Wilhelme, unſer Bruder, alſo hernach geſchriben ſtet; Alſo daſ wir Gotfrit u. George alle unſer Vadir Scholt, und ſin Selegerede gelden ſollen, und nit Sy; und geloben auch, Mezzen u. Hildegarten zu beraden, unſer Suſtern, und nit Sy, an (ohne) Eb. u. Wilh. Schaden; alſo daz E. u. W. ſellent haben und nemen bydenander allez daz Gut daz unſer Vader ſelege lys, es ſy Eygen oder Lehen, und alſo hernach geſchriben ſtet. Wanne ir einer ſterbet; Bit dem Erſten ſo ſal es vallen uff dem andern; Wanne Sy auch bede nit inſint, ſo ſal es wyder vallen an unſ und an unſer Erben.

Bit dem Erſten ſo ſollent Sy haben und nemen alle dy Gut dye unſer Vadir und . . Muder hatten in den Dorfen und in den Marken, ſy ſin Eygen oder Lehen, zu Sulzen daz Lyningen aller nehiſte lit; und zu Offeſtein und zu Horgeheim. Auch ſollent Sy haben dy Zehenden zu Gymmisheim, zu Oberndorf, zu Mannewilre, zu Randecken; es ſy Korn oder Wyn, oder alles daz do zehent, und alſo ſy unſer Vader ſel. hatte dy wile daz er lebete; ſy ſin auch eygen oder lehen; Auch ſollent ſy haben alle Zynſe dy do vallent in den Dorfen und in den Marken, von Hallern * zu Alesheim und zu Gleffiswelre, ſy ſin eygen oder lehen.

* Hellers Zins.

Auch ſollent ſy haben alle dy Zinſe von Hallern dy do vallent zu Wormeſſen, und uf den Mulen dy gelegen ſint uf der Primmen. Auch ſollent haben alle dy Zinſe von Hallern dy do vallent

zu

zu Nunnenmunster und zu Birsegarthen; Vnd den Walemulen do by; Auch sollent sy haben virhalbe Vnze und zehen Punt, dy unſ unsers Herren Schultheissen von Wormessen und von Ladinburg und von Peffelkeim reychent und gebent. Auch sollent sy haben zwey Fudir Wingeltes zu Dirmistein, dy do rurent von unserm Hrn von Wormesse. Auch sollent sy haben Eb. u. Wilh. alles daz Gut - - - daz der Senger unser Fedir hat, und besessen hat wan er gesterbet, - - daz do gelegen ist in dem Dorfe u. in der Marke zu Hemmesbach; es sy Husgerethe, Wege, Wasser oder Weyde - - Auch solent sy han Erenburg und dy Wysen gynesithe Rines wy Er sy besessen hat, sy sin eygen oder lehen.

Vnd geloben wir Gotfrid und George bit guden druen uf den Eyt daz wir unsern Bruder dy do vor genant sint, oder ymant von unsern wegen sy gehindern oder geerren sollen an allem dem vorgenanten Gude, oder an dem nuzze des Gudes - - - Vnd verbinden uns auch, daz uber alles daz Gut, das Lehen - - - ist, der Herren gehengnisse - - - zu erwerben, von den das Lehen ruret, daz unsre Bruder das Gut - - - mogen nuzzen wile sy lebent; Unverlustet den Herrn ir Rechtes, G. u. G. und unser Erben unsers Rechtes, wan - - - Eb. u. W. unsere Bruder gesterbent. Vnd wanne nu unser Herre der Kunic von Romen in dem Lande nit in ist, von dem der Zehende zu Randecken, zu Mannwilre, zu Oberdorf ruret; So geloben wir - - -, daz wir daz Lehen der Zehenden dragen sollen, und Sy den Nuzze u. Frummen nemen sollen; und sollen sy do an nit erren. Wer es, daz sy von unsern wegen - - gehindert worden; so sollen wir sin, legen wir daz hindernisse nit abe, - - - -, trueloz, erloz und meynedic; Vnd zu bezzeren sicherheyde, brechen wir den vor genanten Beschept; so sollen alle die Lehen dy wir han von unsern Herren den Graven von Zweynbrucken, ledic sin — — — —

Daz dis stede und vesthe sy, so henken wir Gotfrid, Eb. Wilh. u. George unser Ingesile an disin Brif, bit Ingesile unser Mudir und andern - - gemeinen Mage, dy wol umbe disin Beschept wissent, Hern Johannes von Frisenheim, Hern Dyderich

rich Randeckers, Hern Gerhartes des Camerers, Hern Johannes des Sengers von Nuhusen unsers Fedirn, und Hern Johannes Hern Heintich seligen Son des Camerers von Worm.., und Hern Wilhelmes unsers Fedirn, und Hern Conrades von Randecken; und Johannes - - von Wyssenstein; Vnd Hern Johannes, Hrn Johannes Son von Worm..

Vnd wir Johan von Frisenheim — — — — — durch Bede willen unser Mage, Gotfrides E. W. u. G. zu einer stedickeide, henken unser - - - an disin Brif. Der do wart gegeben do man zalete von Cristes geburte Druzehen hundirt Jar, in dem Sybenezwinzegesten iar, An dem nehisten Mandage vor Sancte Johannes dage des heillegen Dauferes.

CLXXXVII.

Vlrici Comitis *de Wirtemberg*, „*quod ipse ius quod competit sibi in Opido* Lauff, *partem suam in* Magenheim, Brackenheim, Guglingen *&* Blanckenhorn, *in persona* Mathie *Archiepiscopi vendidit Ecclesie* Moguntine.„

An. 1327.

Wir Vlrich Grave zu Wirtenberg veriehen offentliche, und thun kunt allen - - -, Daſ wir mit wolbedachtem mute, und mit gutem rate unser Frunde habin verkoufft u. zu kouffen geben, recht u. redelichen, unserm gnedigen Erwerdigen Herrin, Hrn Mathias, Erzbischoff zu Mentze und Ertzkantzler des H. R. Richs zu Dutschen Landen - -, und sinem Stifft alle unser Rechte, die wir haben an der Stad zu Lauffen, unsern teil zu Magenheim und zu Braggenheim; Guglingen die Stad, und Blan-

Blanckenhorn die Vesten, [cum omnibus pertinentiis] umme Achte tusent Phunt guter Heller furbaz zu haben u. zu nuzzen. Und sullen dem vorgen. unserm gnedigen Herren - - - uzze denselben Guten bewisen Sibenhundert Phunt Heller geltes, nach Herrengelte, als daselbis gewonheit ist. — — — Wird da Bruche, wir sollen sie, des Bruche ist worden, bewisen an dem nehsten ungeverlichen, da wir es haben.

Dirre - - Dinge aller zu urkunde - - , haben wir geben unserm Hrn von Mentze - - diesen Brieff, besigelt mit unserm Insigel. Diz geschah in dem Besesse vor den Giezzen, * da man schrieb Druzenhundert Jar, und in dem Sibin und zweinzigisten Jar, an der Mitewochen nach Sant Laurencien tage.

* *Oppidum* Gisen (*an.* 127. . *ex potestate Comitum* Tübingensium *transiens in* Hassiacam) *obsidione Copiarum Principis* MATHIÆ *hoc anno* 1327 *fuisse cinctum*, *expugnatumque*, *vid.* IOANNIS Vol. I. Mogg. *p.* 650. *n.* 3.

CLXXXVIII.

„*De bonis in* Butelburnen, *emptis apud* HENRICUM de Hohenloch.„

An. 1327.

In nomine Domini Amen. Preciosus memorie thesaurus est scriptura, que rem gestam ineffabili proloquitur veritate. Noverint igitur universi presencium inspectores---, quod nos HEINRICUS de *Hohenloch*, dictus de *Werrnsberg*, & ELYZABETH conthoralis eius legitima, ex iustis causis ad hoc nos moventibus vendere decrevimus, & iuste venditionis titulo communicata manu, consensu unanimi parique voto, voluntarie vendimus in his scriptis - - - Capitulo Eccl. *Aschaffinb*. . — — quosdam Redditus, Curias & pensiones nostras proprias, - - - - in villa *Butelburnen* & eius terminis sitos inferius denotatos. Videlicet Curiam quam tenet & colit HEINRICUS d. *Wyckenacker*, solventem annis singulis redditus XX

trium maldr. silig. - - - - & unum Optimale, quod vulgariter dicitur ein Bestheubt. Item Curiam — — —, pro CCCLXXVII libr. *Hall.* - - numerate nobis pecunie. — — — Immittentes ipsos in curiarum & reddituum huiusmodi, - - possessionem simpliciter corporalem.

Volentes & ordinantes expresse, quod dictarum curiarum & pensionum Coloni & pensionarii, ab omnibus & singulis exactionibus, contributionibus, precariis, sturis, herbergis, vino dicto *Banwin*, ac ab omni servitutis onere, quocunque nomine censeatur - -, quibus nobis aut nostris heredibus usque modo obligati fuerant & astricti, ex nunc inantea - - - in nullo penitus obligentur, seu quomodolibet astringantur. Volentes nichilominus ipsos - - - in pascuis, pratis, aquis, nemoribus, & in quibuscunque iuribus aliis ad universitatem dicte Ville spectantibus, tamquam alios ipsius ville colonos plenum & conforme ius & libertatem habere, in quibus ipsos confovere promittimus & tueri. Nolentes etiam, ut ab eisdem Colonis & pensionariis aliqua pecora, in grege vel extra, per nos, aut nostro nomine auferantur, si & quando a grege dicte ville pecora nostro nomine aufferri oporteat & contingat. Volumus tamen, ut - - - coram nobis aut nostris Officiatis in d. villa Iudicio presidentibus, nostro stare teneantur Iudicio; & super inquirendis accusare, &, si deliquerint, emendare debeant, sicut & alii - - Rustici consueverunt. — — —

Promittentes insuper - - Decanum & Capitulum . . super Contractu & omnibus premissis - - *warandare* - - - iuxta patrie consuetudinem generalem. Super qua facienda warandia Strenuos viros HILTMARUM de *Nesselbach*, RAPOTONEM & HEINRICUM de *Gebsatel* Milites, ac ENGELHARDUM de *Sauwensheim* Armigerum, nostros fideiussores, fideiussionis onus in se sponte suscipientes, - - - constituimus & presentibus obligamus. Qui, si d. warandia impediretur, in toto vel in parte; nomine Decani - - - moniti, in opido *Bischovesheim* exsolvent in publico fideiussionis debitum hospitio; quilibet cum Equo tantum & famulo, commessationes factu-

factturus, quousque warandia ipsa effectui mancipetur. — —

In quorum omnium - - - testimonium - - - nos HEINRICUS de *Hobenloch* & ELYZABETH - - predicti, Sigilla nostra una cum sigillis fideiussorum - - - - apposuimus huic scripto. Datum & actum in villa *Butelburnen* predicta. Anno Dni M. CCC XXVII, feria secunda, que est festum Sci *Mathei* Ap. & Ewangeliste. *21 Sept.*

✠ ✠ ✠

Sterilis diplomatum est Annus 1328: *Idem ille, quo, IV Idus Sept.*, MATHIAS *in medio Regiminis prosperi cursu e vita migravit. Epitaph.* T. II. p. 821.

Sede sic vacante, Capitulares, postulationis via, detulerunt Mogunt. Ecclesiæ gubernacula BALDVINO *Principi Electori* Trevirensi. *Summus Pontifex autem inopinato submisit Archiepiscopum, motu suo proprio creatum*, HENRICVM, *ex Comitibus* de Virneburg, *Nepotem ex fratre* Coloniensis *Archiepiscopi. Vnde malorum seges.*

✠ ✠ ✠

CLXXXIX.

Transumptum Bullæ Apostolicæ, de tradenda HENRICO Virneburgio *possessione terrarum* Moguntini *Principatus.*

An. 1329, habito vero respectu negotii principalis, an. 1328.

[p. 1018. in Addit.]

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Per hoc presens Instrumentum publicum universis & singulis pateat evidenter, Quod anno nativitatis Dominice MCCCXXIX, Indict. XII, presidente Sanctissimo in Xpo Patre & Domino nostro, *ex Autogr.*

Dno IOHANNE divina providente clementia Papa *XXII*, pontificatus sui anno *Terciodecimo*, die XI mensis Marcii, que fuit in vigilia bti *Gregorii* Pape, hora diei eiusdem quasi sexta, in maiori ecclesia *Moguntina*, Honestus vir, Dns THEODERICVS ad *Auream Rotam*, pro tunc existens Magister civium Civitatis Moguntine, in mei Notarii publici ac testium subscriptorum presentia constitutus, quoddam Instrumentum publicum, per WINRICVM dictum *Marcolf*, de *Bunna* Colon. dioc. Clericum, publicum Imperiali auctoritate Notarium conscriptum Signoque suo signatum, quod in suis tenebat manibus, michi Notario ex parte & nomine Civitatis *Moguntine* tradidit & assignavit; rogans & requirens me, ut eiusdem Instrumenti copiam facerem, & signo meo proprio consignarem. Cuius Instrumenti tenor ad verbum noscitur esse talis:

IN NOMINE DOMINI. *Amen. Anno nativitatis eiusdem* MCCCXXIX, *Indict.* XII, *sexta die mensis Marcii hora quasi sexta, in presentia mei Notarii publici & testium subscriptorum ad hoc vocatorum & specialiter rogatorum presencialiter constitutus Discretus vir, Dns* IOHANNES de Ederyn, *Canonicus Scor. Apostolorum in* Colonia, *quoddam Instrumentum bullatum vera bulla plumbea more Curie Romane cum filo canapis, SSmi Patris & D. N. Dni* IOHANNIS *Pape XXII, quod in manibus suis tenebat, michi Notario . . infrascripto, ex parte Reverendi Patris & Dni D. .* HEINRICI *de* Virnenburch *Archiepiscopi Sedis* Moguntine *presentavit & assignavit; petens & rogans, ut ipsum instrumentum in publicam formam redigerem meoque Signo consueto consignarem. Cuius Instrumenti seu Littere tenor talis est:*

[CXC.]

IOHANNES *Episcopus Servus servorum Dei.* Venerabilibus Fratribus, . . Archiepiscopo *Coloniensi* & Episcopo *Leodiensi*, ac Dilecto filio . . Preposito ecclesie *Seslicensis* Colon. dioc. salutem & Apostolicam benedictionem.

Pridem

Pridem Ecclesia *Maguntina* per obitum bone mem. MATHIE Archiepiscopi . . qui nuper in partibus illis sicut Domino placuit diem clausit extremum, vacante; Nos de ipsius provisione Ecclesie, quam dudum ante vacationem huiusmodi, dispositioni nostre & Apostolice Sedi ea vice reservavimus; decernentes irritum & inane si secus per quoscunque quavis auctoritate scienter vel ignoranter super his attemptari contingeret, studio paterne solicitudinis cogitantes, & ad Personam Dilecti Filii HEINRICI Electi *Maguntini*, tunc Prepositi ecclesie *Bunnensis* Col. dioc., nobis & eidem Sedi de probitate meritorum multiplicium commendatam dirigentes intuitum mentis nostre; de ipso HEINRICO Ecclesie memorate de Fratrum nostrorum consilio providimus, ipsumque illi prefecimus in Archiepiscopum & Pastorem; sibi administrationem eiusdem Ecclesie in spiritualibus & temporalibus plenarie committentes.

Volentes itaque quod Provisio nostra huiusmodi, sublatis impedimentis quibuslibet suum debitum sorciatur effectum; Discretioni vestre per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus Vos, vel duo, aut unus vestrum, per vos vel alium seu alios, prefato *Electo* efficacis defensionis presidio assistentes, Dilectos filios . . Prepositum . . Decanum, & Capitulum ac Canonicos & Personas, nec non Vasallos, homines feudatarios, fideles, & subditos Ecclesie prelibate; ac quosvis alios Clericos & Laicos, cuiuscunque sint preeminentie, conditionis ordinis dignitatis & status, quorum interest seu interesse poterit, etiamsi pontificali vel superiori prefulgeant dignitate, de quibus expedire videritis, moneatis, & ex parte nostra efficaciter inducatis, ut infra competentem terminum peremptorium quem eis & eorum singulis - - - duxeritis prefigendum, eundem *Electum*, in Prelatum & Pastorem eiusdem Ecclesie recipiant & admittant, nullumque impedimentum prestent, seu prestari faciant aut procurent, per se, vel alium seu alios, directe vel indirecte, publice vel occulte, quominus idem *Electus* possessionem pacificam Castrorum, munitionum, fortalitiorum & aliorum quorumcunque locorum, iurium & bonorum ad Ecclesiam memoratam spectantium, per se suosque Vicarios, Officiales, ministros seu procuratores apprehendere valeat, & pacifice possidere; Quodcunque impedimentum, publicum vel occultum, per ipsos - - - quomodolibet oppositum, realiter & effectualiter infra dictum terminum revocando; ac permittendo, me-

memoratum *Electum*, suosque Vicarios, Officiales - -, eiusdem Eccl. *Mag.* ac omnium - - bonorum & iurium - - administrationem plenam & liberam exercere. Alioquin omnes & singulos, tam Clericos quam Laicos, cuiuscunque status - - - existant, - - -, qui monitioni huiusmodi contumaciter parere contempserint, seu in predictis se contradictores indebite reddiderint & rebelles, quos ex tunc, videlicet singulares personas, excommunicationis: Capitulum vero suspensionis: & Ecclesiam ipsam Interdicti sentenciis subiacere volumus ipso facto, excommunicatos & suspensos, dictamque Ecclesiam ecclesiastico subiacere interdicto, in ecclesiis & locis earum partium - - -, candelis accensis & campanis pulsatis publice nuncietis. Quibuscunque personis singularibus huiusmodi apertius intimantes, quod si - - monitionibus & mandatis huiusmodi contempserint contumaciter obedire, nos ad privationis & inhabilitacionis penas, contra ipsos - -, prout eorum rebellionis & inobedientie contemptus & contumacia exegerint, ac nobis videbitur, procedemus.

Eos autem, quos contemptores manifestos monitionum & requisitionum ac sentenciarum huiusmodi repereritis, peremptorie citare curetis, ut infra certum terminum - - - Apostolico conspectui personaliter se presentent; facturi, responsuri & recepturi super predictis - -, quod iusticia suadebit. De die Citationis & forma huiusmodi, & his que inde feceritis, nos reddituri per vestras patentes Litteras, seu Instrumenta publica presencium seriem continentia, certiores.

Ceterum volumus, quod Processus super predictis habendos, per Edicta publica, in locis proponenda & affigenda publicis, de quibus sit verisimilis presumptio quod ad eorum quos tangent pervenire possint notitiam, vel alias prout melius & utilius vobis videbitur, ratione previa faciatis. Adversus Clerum & populum Civitatis & Diocesis *Maguntine*, qui eisdem non paruerint forsitan Processibus, per Interdicti, suspensionis, & alias spirituales sentencias per vos promulgandas - - - -, nichilominus processuri. Nostre tamen intentionis nequaquam existit, quo minus idem *Electus* iurisdictionem suam ordinariam super predictis & aliis ad eum spectantibus, libere, quociens oportunum extiterit, valeat exercere.

Datum

Datum *Avinioni* V. Idus Octobris. Pontificatus nostri Anno terciodecimo. † † 1318.

Actum & presentatum Anno Domini, Indictione, Mense, die & hora predictis. In domo Honorabilis viri Dni . . Prepositi ecclesie Bunnensis, *sita in emunitate ecclesie Bunnensis. Presentibus viris honestis & discretis*, Mgro HVGONE *Beneficiato in eccl.* Bunn. *predicta*, MARSILIO *Rectore ecclesie parochialis in* Steyldorp, *&* THYLMANNO *de* Attindaren * *laico, testibus ad premissa vocatis specialiter, & rogatis.* * Attendorn.

Et ego WINRICVS *dictus* Markolf *de* Bunna . . *Clericus, publicus Imperiali auctoritate Notarius, premissis omnibus & singulis una cum testibus supra positis presens interfui, ea vidi & audivi, & Transsumptum huiusmodi instrumenti seu Bulle manu mea propria confeci, & in hanc formam publicam de mandato & rogatu prefati Dni* IOHANNIS *de* Ederyn *redegi, meoque Signo consueto signavi, ad premissa vocatus specialiter & rogatus. Sub Anno, Indict. Mense, die, hora & loco supradictis.*

Petita fuit hec Copia sive transcriptum sub Anno Domini, Indictione, Pontificatu, - - - superius designatis. Presentibus Honorandis viris, Dnis, SALMANNO Camerario, EMERCHONE Sculteto, VOLGMARO Iudice seculari, ac KRAFTONE zum Rebestocke, Consulibus civitatis *Moguntine*; Testibus ad hoc vocatis specialiter & rogatis.

Et ego HEINRICVS, *Heinrici* de *Augusta*, ** Clericus Moguntinus, Imperiali auctoritate Notarius publ. suprascriptum Instrumentum . . de verbo ad verbum transcripsi & fideliter copiavi; nil addendo, minuendo aut mutando, quod mutet sensum aut variet intellectum; In hanc quoque formam publicam redegi, & Signo meo solito signavi, prout super hoc fueram specialiter requisitus. ** [illegible] filius.

CXCI.

CXCI.

PP. Ioannis XXII
Bulla provisionis de Ecclesia Mogunt.
An. 1328.

IOHANNES *Episcopus Servus servorum Dei.* Dilectis filiis Decano & Capitulo Ecclesie Maguntine salutem & Apostolicam benedictionem.

Vacante pridem Ecclesia Maguntina per obitum bone mem. MATHIE Archiepiscopi Maguntini, cuius dispositionem dudum ante vacationem huiusmodi cum duxerimus nobis & Apostolice Sedi specialiter reservandam; ne diutine vacationis officeretur incommodis, illumque ei desideremus preficere, qui eidem utiliter presideret; ad Personam Dilecti filii HEINRICI Electi Maguntini, Prepositi *Bunnensis* convertimus aciem mentis nostre, ipsumque de Fratrum nostrorum consilio prefecimus eidem in Archiepiscopum & pastorem. Sperantes in Domino, quod per eius gubernationem providam Ecclesia ipsa spiritualiter & temporaliter prosperetur.

Rogamus itaque vestram prudentiam, & attentius exhortamur, quatinus provisionem huiusmodi, vobis & Ecclesie predicte sicut indubie supponimus perutilem, cum debita reverentia amplectentes, eidem *Electo* velut Pastori animarum vestrarum, & eius Vicariis & Officialibus, pro divina & Apostolice sedis reverentia humiliter pareatis. Eisdem nichilominus consiliis & auxiliis in hac parte adeo favorabiliter assistentes, quod proinde nostram & Apostolice sedis gratiam valeatis uberius promereri.

16 Octobr. Datum *Avinioni* XVII Kal. Novembris. Pontificatus nostri Anno tertiodecimo.

CXCII.

CXCII.

EIVSDEM,

„continens redargutionem, quod Decanus & Capi-„tulum Ecclesie Mogunt. *Archiep.* Treveren-„sem *in Episcopum postularunt.„*

An. 1328.

[*p.652. n.2.*]

IOHANNES *Episcopus Servus servorum Dei.* Dilectis filiis Preposito Decano & Capitulo Ecclesie *Maguntine* salutem & Apostolicam benedictionem. Non absque grandi admiratione percepimus his diebus, quod licet nos dudum ante obitum bone mem. MATHIE Archiepiscopi . . provisionem Ecclesie Maguntinensis ex certis causis rationabilibus que ad hoc nostrum induxerunt animum, ea vice nobis & Sedi Apostolice duxerimus reservandam, decernentes ex tunc irritum & inane, si secus per quoscunque scienter vel ignoranter contingeret attemptari; pretextu tamen cuiusdam Postulationis, quam vos, vel aliqui vestrum de Venerabili Fratre nostro BALDVINO Archiepiscopo *Treverensi*, nescimus quo ducti consilio, cum reservationem predictam notam fuisse in eis partibus supponamus indubie, de facto dicimini attemptasse; Idem Archiepiscopus Munitiones, Castra, fortalicia, Loca, & bona quam plurima eiusdem Ecclesie Magunt. de manu vestra recepisse asseritur, eaque contra statuta Canonum, graves penas adversus talia committentes infligentium, occupasse; Et quamvis de tam prudentibus viris premissa credere vix potuerimus; attendentes tamen, quod si attemptata premissa forsitan fuerint, & perseveraretur, quod absit, in eis, magna possent exinde pericula & scandala tam vobis quam vestre Ecclesie ac memorato *Treverensi* Archiepiscopo provenire; Vestram prudentiam attencius exhortamur, sano vobis nichilominus consilio suadentes, quatenus, ut ea que per eundem Archiepisco-

ſcopum & vos circa traditionem & occupationem Munitionum, caſtrorum, fortaliciorum & bonorum prediĉtorum attemptata ſicut premittitur fuerint, ilico revocentur, & dileĉto Filio HEINRICO Eleĉto *Maguntino*, quem de conſilio Fratrum noſtrorum ſanĉte Romane Eccleſie Cardinalium eidem eccleſie prefecimus in Archiepiſcopum & Paſtorem reſtituantur & aſſignentur libere, ſic operoſum adhibere ſtudium procuretis, quod periculis & ſcandalis omnino in hac parte ſublatis, veſtra debeat circumſpeĉtio merito commendari.

11. Nov. Datum *Avinioni* III. Idus Novembris. Pontificatus noſtri Anno terciodecimo.

Cum ergo BALDVINVS *Oppida munitiones & Caſtra ſibi taliter contradita in poteſtate haberet, non ſe permittebat eiusmodi traditio retraĉtari tam faciliter. Et quamvis* HENRICI *Opitulator S. P. Q. Civitatenſis nihil eniti potuerit contra, quoad Munitiones externas ſive diſperſas per Diœceſin, potentia tamen ſua interna* Balduino *aditum ad ipſam Metropolim manu forti præſtruxit. Interea* Moguntini *Cives, occaſionem hocce Diſſidio captantes opportunam, quatenus Venerabili Clero, ex odio ipſis adgenito nocerent; immo demum ſimultatis effeĉtus eundem (partes* Balduini *ſecutum) perſentire facerent acerbiſſimos; ſic, anno poſtero* 1329, *die ſacra* Laurentii *urbem in manu valida furore rabido egreſſi, nobiliſſimam D.* Viĉtoris *Baſilicam, una cum ædibus Canonicorum & Caſtello* Weiſſenau *funditus everterunt. Idem facturi* Albanenſi *monaſterio, niſi grandine ſagittarum* arciti remeare domum, *ſuppoſito tamen prius igne,* coaĉti *fuiſſent.* * *Pro qua temeritate* LVDOVICVS *Cæſar,* Francofurti *pro tribunali ſedens, non modo ad ſex millia marcar. argenti* Viĉtorinis *denumeranda, ipſos condemnavit,* † *ſed & urbis Primores pœna Banni coercuit.*

* Ioannis *T. II.* p. 732.

† ——— p. 666.

CXCIII.

CXCIII.

„*Littera* HENRICI, *continens, quod Baptisterium* „*in Ecclesia* Sce MARIE ad gradus *possit de lo-* „*co moveri & in alio loco in eadem ec-* „*clesia collocari.*

An. 1329.

HEINRICVS *D. G. Sce* Moguntine *sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, Dilectis in Xpo Decano & Capitulo Ecclesie *S.* MARIE ad gradus *Mag.* salutem in Domino.

Cum in Ecclesia vestra causa devocionis pro exoranda in ea *beata* MARIA *Virgine*, & divina gracia imploranda frequens & magnus sit populi concursus; ac multocies ipsa ecclesia, que arcta fore dinoscitur, venientes ad eam non sine magna & interdum nociva pressura hominum recipiat difficulter; aliquando etiam nonnulli qui ad eam venire desiderant, ipsam intrare non valeant pre pressura; Nos ex his & aliis certis veris & racionabilibus causis nos ad hoc moventibus volentes per nostram sollicitudinem pastoralem super hoc, & prout etiam ad nos pertinet, providere; Volumus, mandamus, & presentibus ordinamus, quod Baptisterium seu Fons baptismalis, vestram ecclesiam in premissis & aliis impediens, quod quasi in medio corporis vestre ecclesie per Honorabiles Viros Prepositum, Decanum, *Capitulum, Canonicos & personas nostre maioris ecclesie* Maguntine *haberi & teneri debuit, seu consuevit*, * per eos deinceps sub modo & forma, disposicione & quantitate, quibus & prout per ipsos hucusque habitum est, & nequaquam aliter, habeatur. Et quod nichilominus dictum Baptisterium, ut sit ante altare *bti* ANDREE Ap. in dicta ecclesia situm, & nullatenus alibi ponatur & poni debeat, competenti tamen spacio inter ipsum altare & dictum baptisterium derelicto. Cum ibi minus quam in alio loco vestre ecclesie, dicta

cta vestra ecclesia per prefatum baptisterium in premissis & aliis occupetur. Consuetudinibus, ordinationibus seu Statutis in contrarium hucusque habitis non obstantibus quibuscunque.

16 Dec. Datum *Moguntie* Anno Domini MCCCXXIX, XVII Kal. Ianuarii.

* *Huius rei causa est, quod Metropolitana, utut simul Parochialis, non habeat baptisterium, sed ei serviat idem illud, de quo littera praesentes agunt. Cumque* B. V. *ecclesia respectu hominum in suo ambitu degentium peraque sit Paræcia, tamen Plebanus eo uti non audet; recens natis ad sacrum fontem in* D. Mauritii *Templo positum deportandis.*

CXCIV.

ORDO Ioanniticus *vendit bona sua in* Nied, HELWIGI *eiusdem loci Comitissæ.*

An. 1330.

NOS *Frater* RVDOLFVS de *Masmunster*, sacre Domus hospitalis bti IOHANNIS *Iherosolimitani* per Alamaniam Prior humilis.

Publice recognoscimus in his scriptis, Venditionem bonorum nostre Domus in *Nythe*, que se extendunt in Redditibus annis singulis ad VIII marcas, tribus *Hallensibus* computatis pro denario, Nobili Domine, Dne HELWIGI Comitisse in *Nythe*, cum nostra licentia & voluntate, per nostrum Capellanum *Fratrem* WYDRADVM Commendatorem, & Fratres domus in *Nythe*, propter urgentem necessitatem ratione antiquorum gravium debitorum dicte Domus esse factam. Quam venditionem approbamus & ratificamus; ac Litteras desuper confectas, cum omnibus suis clausulis, condicionibus & formis tenore - - presentium ex certa scientia confirmamus. Sigillo nostri Prioratus - - appenso in testimonium super eo.

3 Ian. Datum Anno Domini MCCCXXX, tertio Nonas Ianuarii.

CXCV.

HENRICI Quiddenbaum *abrenuntiatio iuris Curiæ in* Vtph.

An. 1330.

EGO HENRICVS *Quiddenbaum* Miles, Castrensis in *Butspach*, omnibus presentem paginam inspecturis. Publice recognosco, quod omni iuri, actioni & Cause, que michi contra Religiosos viros Dnos de *Hegene* . . competere videbatur in quadam Curia & manso, in villa *Odephe* sitis & eius terminis, eisdem Dominis a sorore mea nomine CYSA * dicta *Quiddenbaum* venditis, abrenuntiavi, & abrenuntio in his scriptis, totaliter & expresse. Ita sane, quod dictos Dnos de *Hegene* in dictorum bonorum possessione nec impedire teneor, nec debeo ullo modo nec verbo vel opere molestare, sed magis in omnibus quibus potero, fideliter promovere. Testes huius abrenuntiationis sunt

Dns CONRADVS de *Rode* Miles,
GERHARDVS & WERNERVS de *Hufftersheim* Militares, & quam plures alii fide digni.

In cuius rei testimonium ego Henricus Quiddenbaum feci presentem Litteram meo Sigillo firmiter roborari. Datum Anno Domini MCCCXXX feria tertia post festum Pasche. †

* *nomen a* Lisa *diversum.*

† *incidit h. a. ad VIII Apr.*

CXCVI.

Incurrerant Moguntini cives excommunicationem propter devastatas sacras ædes &c., a *qua* Henricus *eos absolvit.*

An. 1330.

[*p 656 n. 7.*]

HEINRICVS D.G. *Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Dilectis

Dilectis in Xpo Iudicibus Sedis nostre salutem in DOmino. Quia propter incendium & effractionem S. *Albani*, & incastellationem S. *Iacobi* monasteriorum, ac ruinam Turrium & aliquorum murorum Ecclesie S. *Victoris* extra muros *Mogunt.*, ac spolium apud predictum S. *Albani* monasterium & contra quasdam personas Ecclesiasticas ut dicitur perpetratum; nec non detencionem quarundam Personar. eccl. non sine iniectione manuum violenta secundum assercionem quorundam, contra auctores predictorum Pene comprehense in Statutis provincialis Concilii Maguntini vendicant sibi locum, que tamen contra temerarios auctores talium excessuum a nostris Predecessoribus fore edita dinoscuntur; Nos, quia hi, quibus, & quorum Monasteriis & Ecclesiis per Perpatratores premissorum si forent culpabiles esset satisfactio impendenda, maioris excommunicationis vinculo tam Sedis Apostolice quam nostra auctoritate dudum fuerunt & adhuc sunt propter ipsorum manifestam inobedienciam & rebellionem publice innodati, & incorrigibiles penitus sunt effecti; Ne pretextu huiusmodi, Civitas nostra *Maguntina* ac ejus Cives & incole fideles nostri dilecti penis diu subiaceant supraſcriptis; facta nobis caucione fideiussoria de satisfactione debita, si, in quantum, prout & quibus fuerit facienda; & salvo, quod ad illam, predictorum Incendii, effractionis - - & spolii auctores, si & in quantum inventi fuerint culpabiles teneantur; Aliis eciam iustis & racionabilibus causis secundum statum presentis temporis, presertim mortis periculo, merito nós moventibus in hac parte; Penas in pred. Statutis contra talia facientes quomodolibet promulgatas, & eorundem Statutorum effectum tollimus, in quantum penas ipsas Cives & incole civitatis nostre Mag. forsitan inciderunt; Et illos, qui auctores exstiterant incendii, effractionis, incastellationis, & spolii predictorum, ab excommunicationis sentencia, si quam propter hoc a Iure inciderunt, absolvendos duximus, & absolvimus in his scriptis in nomine DOmini ad cautelam, cum nondum sint excommunicati per Ecclesiam publicati.

Illos

Illos autem, qui Clericos in maioribus vel minoribus ordinibus constitutos nobis subiectos, cuiuscunque condicionis, preeminentie dignitatis - - aut status existunt, [dummodo iidem Clerici in Causa provisionis nobis facte per Sedem Apost. de Archiepiscopatu Maguntino, eiusdem sedis & nostra auctoritate propter ipsorum manifestam inobedienciam & rebellionem maioris excommunicationis sentencia tunc fuerint innodati] forsitan detinuerunt, non sine iniectione ut predicitur manuum violenta; nulla propter hoc excomm. sentencia decernimus innodatos; cum nos tales & alios Clericos nobis subiectos inobedientes, rebelles & incorrigibiles, alias mandavimus taliter detineri.

Discretioni vestre mandantes, quatinus has nostras Litteras apud Ecclesias & parrochias Maguntinas, & alibi ubi opportunum fuerit, publicetis, & auctoritate nostra mandetis per alios publicari. Datum Anno Domini MCCCXXX. XI Kal. Iunii. *22 Maii.*

CXCVII.

Bonorum, quæ nuper a Iohannitis *acquisiverat Comes* Nidana, *nunc vero donavit* Haynensibus, *distincta enumeratio.*

An. 1330.

Nos Helwigis Comitissa *de Nydehe.* Recognoscimus tenore presentium publice profitendo, quod dedimus & - - damus iusto donationis titulo, donatione irrevocabili nomine Testamenti, Religiosis viris Dno Abbati & Conventui . . in *Hegene* nobis in Xpo dilectis, VIII marcarum redditus, proprietatis titulo perpetuis temporibus pacifice possidendos, quos nostris propriis denariis apud Religiosos Dominos Domus in *Nydebe* Ordinis S. *Iohannis Iberosolim.* comparavimus, in locis & villis infrascriptis sitos.

Vide-

Videlicet in antiquo Opido *Nydebe* in quodam *Orto*, quem possidet GERLACUS dictus *Selbolt*, dimid. marcam *Wedereibiensium* denariorum. ITEM in *Rimp* in quadam area & orto, quos possidet WASMUDUS Piscator, IX. solidos denar. ITEM ibidem de area & orto quos THEODERICUS *Schnidewing* possidet, VI solidos.. Item in *Rampach* XVI solidos, & tria octalia siliginis pro XVI solidis computata, de bonis que possidet HEILMANNUS d' *Sparwasser*. ITEM ibidem HEILMANNUS XVI sol. de quibusdam bonis. ITEM ibid. HEILMANNUS *Zuckwolff* unam marcam.

ITEM in *Hespach* VIII solidos denar. de bonis que possidet GUNTHERUS, filius dicti *Warloz*. ITEM ib. VIII solidos de bonis que possidet HEINRICUS *Sume*. ITEM in *Walderhusen* XXVII sol. de bonis que possidet vidua dicta *Bruningen*. ITEM in *Olipbe* V. sol. de bonis que possidet CONRADUS *Sparre*. ITEM in *Bingesbusen* V. sol. de bonis que possidet d' *Genzell*. ITEM in *Gera* duo Talenta denar. de septem bonis ibidem, de quibus, annis singulis Conventui suo octo *Consolationes*, quamlibet pro marca, octo videlicet vicibus, temporibus subnotatis facere debebunt. Videlicet in quatuor Vigiliis bte Marie Virginis gloriose, & in quatuor sextis feriis Quatuor temporum, pro remedio anime Nobilis Dni Comitis ENGILBERTI, * quondam domini nostri & Mariti pie mem., nostreque anime, nec non omnium progenitorum nostrorum animarum subsidio & salute.

* *de Zigenhain.*

Ut autem hec nostra Donatio firma permaneat & inconvulsa, presentes dedimus prefatis Dominis de *Hegene*, nostro Sigillo firmiter communitas. Datum & actum Anno Domini MCCCXXX, feria quarta post Festum sancte & individue Trinitatis.

6 Iunii.

Chartarum, res Monasterii Haynensis *tractantium est hæc ultima. Cumque, tam in libro Copiali,* † *quam Litteris aliunde collectis, Abbates repererim fere multos, hinc, ne dispareant, in sequentem Syllabum eos redegi.*

† T. I. p 438.

Opera

Opere ad prelum iam disposito accesserunt Ludovicus & Hermannus, *chartulas quorum intercalavi suis locis.* [*an.* 1368. 1377.]

GODESCALCVS, *occurrit anno* 1196.
WILHELMVS 1219 ——— 1229.
WIGANDVS 1234.
WERNHERVS 1251 ——— 1261.
HERMANNVS 1273.
HENRICVS 1278.
SIFRIDVS 1316.
HERTWICVS 1328.
LVDOVICVS 1368.
HERMANNVS 1377.
STATIVS 1415 ——— 1423.
IOANNES 1437.
NICOLAVS 1444.
IOANNES Gaugreve 1451 ——— 1466.
IOANNES Fischbach 1479 ——— 1497.
IOANNES 1516.
DITHMARVS de Wetter 1520. *Cum toto Monachorum coetu expulsus an.* 1527. ☉ Moguntiæ 1529.
IOANNES Falckenberg, *alias* Gladbach, ☉ *ibidem* 1558.
HERMANNVS Angelicus ☉ ib. 1574.

Vltimi duo fuerunt solum titulares, utpote Monasterium Ordini restitutum iri, spe, ast in vanum, erecti.

* * *

CXCVIII.

„HARTMANNI de Crufftelbach, *de marca quam vendidit* Conrado *de* Colmaria *&c.*„

An. 1330.

ex Autogr. NOVERINT universi presentium perceptores, quod ego HARTMANNVS de *Cruftilbach*, Civis *Wetflar..*, communicata manu OSTERLINDIS uxoris mee legitime, accedente eciam voluntate & consensu unanimi IDE, GERLACI & ELISABET coniugum, nec non GELE, relicte quondam ARNOLDI filii mei, IRMENGARDIS eius filie, ac HERMANNI, filii *Ide* filie mee predicte, meorum puerorum & heredum, quos cum olim IRMENGARDI uxore mea bone mem. genueram, vendidi & vendo iuste Venditionis titulo in his scriptis, CONRADO de *Colmaria*, IVTTE uxori sue Civibus *Wetflar.* & ipsorum heredibus, unam marcam den. *Col.* annui redditus, sibi in Dominica qua cantatur *Letare*, cum duobus pullis carnisprivialibus annuatim Census nomine persolvendam ex domo mea & Curia seu tota hereditate mea, sita infra muros *Wetflarienses* . prope domum *Arnoldi* de *Frideberg* iunioris, precipue & precise.

Et quia IDA & ALHEIDIS pueri quondam ARNOLDI filii mei predicti minores etatis sunt; totam *melioracionem* meam dicte hereditatis titulo pignoris obligavi & obligo, donec dicti pueri ad annos discrecionis pervenerint, & *guarandiam* debitam faciant & consuetam. In quorum omnium testimonium & robur, Sigillum Civitatis *Wetflar..*, meis, Vxoris mee predicte, meorum puerorum & heredum predictorum precibus, presentibus est appensum.

Huius facti Testes sunt MARQVARDVS de *Nuvern*, HERMANNVS *Monetarii*, GERBERTVS *Vdonis;* Scabini, & alii fide digni. Datum Anno Domini M. CCC. XXX, in
28. Oct. festo btor. *Symonis* & *Iude* Apostolorum.

CXCIX.

CXCIX.

Obligatio, quam in se suscipit Godfridus *Miles* a Randeck, *de procurando suis fratribus*, Eberhardo *Scholastico &* Georgio, *Litteras ad Comitem* Bipontinum *ratione cuiusdam Reditus frumentarii, ipsis ad percipiendum assignati a parthenone* Kirschgarten: *Sub obstagio, in casum defectionis* Wormatiæ *tenendo.*

An. 1331.

Ich Godefrid eyn Ritter von Randecken dun kunt - - - - *ex Autogr.* Daz ich, Eberharte dem Schulmeyster und Georgien, minen brudern eynen Brif irwerben sal - - -, thussin hie und Sant Jacobis dage, an den Hrn von Zweynbrucken, umb die (35) malder Korngeldiz die ich sie bewysit han zu dem Kirsgarten; * alsu, worden [*Eberh. & Georgius*] gehindirt, von mir oder von miner Muter, - - - oder von den Hern von den daz rurit; worde ich dann gemanet von In - -, So sal ich inriden zu Wormizen in eyne kuntliche Herberge in Gysels wiz, nummer dannen zu komen, den . . *Eberhardo & G.* si (sey) dann ir volle geschehen daz In genuwlichen si.

* *ad urbis Wormat. mœnia. Olim.*

Vnd han des zu Urkunde min Ingesigel an dysen Brif gehangen; Vnd . . zu merer stedekeyde gebeden Emerichen Lumelzunen von Lewinsteyn und Johannen Randecker Rittere, mine Mage, daz sie ir Ingesigel - - - — (1331) an Santhe Prischen dage der heyligen Jungfrauwen. *18 Ian.*

CC.

LAUDUM, *obiecti hæreditarii, afficiens Nobiles* Randekos.

An. 1331.

ex Autogr. Wir Emeriche Lumelzun von Lewinstein, Friderich der
*cum 6 Scutis, iuxta Sigillum. Alde von Schonenburg, * Johan Randeckir Ritter, und Johan von Lewinstein, genant von Gudelbach, Dun kunt allen den die dysen Brif ansehint odir horint lesen, Daz wir thussin Godefride von Randecken unde Johanne von Wizensteyn Rittern geredit han einen rechten Bescheyth, bit ir beyder wizze unde willen; Also, daz der vorgen. Godefrid dem . . Johanne v. Wizenstein sin funfdeyl sal geben an alleme deme Gude, eygen u. Lehen, daz sins Anen waz, uzzevendig der Burg zu Randecken; Vnde ein dritdeyl sins Anen Gudiz zu Bylestein u. waz dar zu horit.

Me sal er han, bit namen zwey Burglehen, eyns zu Stauf, unde daz ander zu Landisburg, unde an keynen sinis Anen burglehen me. Vorbaz sprechin wir; Weriz daz die Herren von Stauf ymme daz burglehen nit inwolden lihen; So sal Godefrid in bewisen in diz Jars frist - - ** Punt geldiz do er sicher si. — — — —

** VIII

Me sprechin wir, daz er ein Zehen Deyl han sal an dem Dorf zu Osthoven - - - (*Item*) daz er sin . . deyl han sal an Hrn Gernhardz Gude von Ravingisburg, daz do gelegen ist zu Aunzgerheim. (*Item*) Daz Godefrid die (20) maldir Korngeldiz wyder sol losen in deme Gude zu Northen. — — — —

Me sprechin wir, daz unse Mume Jde, Godefridiz Muter - - yren Wideme haben u. nuzen sal genzlichen die wile sie lebit; Vnde nach irme Dode sol Johan v. Wizensteyn sin funf deyl han. — — — Me sprechin wir auch, daz *Godefr. & Ioan.* uns hant gelobit bit truwen Eidiz stat, den vorgen. Bescheyt bit allen den

den Vorworten, als do vore geschriben stet, stede u. veste zu halde-ne unde unzebrochen. Unde hant sich verbunden an dysen Brife, Welcher under In zweyn so bose were, der dysen Bescheith breche - - -, der solde sin truwelos, erenlos, meyndedig, in dez Babi-stez Banne, In dez Richiz Achte; Unde alle sin Lehene ledig, u. an die Herren gevallen von den sie rurint.

Zu eyner meren stedekeyde: Weriz, daz der . . Godfrid den Bescheyth breche, und der Broch an ime vonden wurde - -, So solde er synen Marstal zu Randecke verloren han; unde solde val-lin an den . . Johannen von Wizenstein - - - Vorbaz spre-chin wir, das sich *modo dictus* do wieder verbunden hat, *quod si contra-veniat ille*, so solte er sine Hovestad zu Randecke verloren hán; Un-de solde vallen an Godefriden - - an alle widersprache - -

Daz dirre vorgeschriben Bescheith - - - stede si, So han wir G. . u. J. v. W. unsir Ingesigele - - - *cum Reliquorum sigillis* an dysen Brif gehangen. — — ——

Diz gesach, do man zalthe nach Godiz geburthe Druzehin hundirt Jar, in deme eyne unde drizzigisten Jare; an deme nehisten Fritdage nach Sante Jacobiz dage dez Heilige zwolfbo-den. *2.. Iul.*

CCI.

Quorundam Oppidanorum in Confluentia *obligatio debendi Iudæo* Simoni, *sub pœna accrescentiæ unius marcæ hebdomadatim ex mora.*

An. 1332.

NOVERINT universi, quod nos IACOBUS, dictus *Morsel* de *Wysse*, & HEYNMANNUS *Wesenbecker* de *Inferiori Lanstein*, & HENKINUS *Zolner*, Opidani *Confluentini*, tenemur in solidum, ex causa Mutui, SYMONI de *Epternaco* ac eius heredibus Iudeis *Confl.*., aut presencium con- *ex Autogr.*

ſervatori, in XII marcis bonorum denar., tribus *Hallenſ.* pro denario computatis; Quam pecuniam ipſis ſolvere promittimus bona fide, quandocunque duxerint requirendam, ſub pena inmiſſionis omnium bonorum noſtrorum, mobilium & inmobilium ubicunque ſitorum, cum duobus denariis dicti pagamenti ex nunc in antea quamlibet marcam *ſeptimatim* accreſcentibus, ſive inmiſſio fiat ſive non. Et nos IACOBUS & HEYNMANNUS prenotati promittimus *Henkinum* antedictum indempnem ſervare ſub predicta pena.

penſones promeb.

In cuius rei teſtimonium Sigilla Honeſtorum virorum *Elye* & *Zacharie* Scabinorum *Conflu.*., noſtris precibus, preſentibus ſunt appenſa. Quod nos Scabini iam dicti fatemur eſſe verum. Datum Dominica *Vocem Iocunditatis*, Anno .. MCCC *Trigeſimo ſecundo.*

26 Apr.

CCII.

Obliteratio damnorum, perpeſſorum a Nobilibus Kuppelin, *in nupera cum* Admin. BALDVINO *guerra.*

An. 1332.

ex Autogr.

Wir Ekhard Rytter, Herman unde Cunrad, Knechte, gebrudere, die Koppeline genant; Dun kunt allen Luden, daz wir vorzigen han, unde vorzigen eynveldicliche u. luterliche an diesen Briefe alles des Schaden, der unſ geſchach, unde geſchehen iſt in deme Kriege, den wir hatten mit dem Erwerdigen in GOte Vater u. Herren, Herren Baldewine, Erzebiſchove zu Triere u. Phlegere des Stiftes von Menze, Unde mit dem Stifte von Menze, u. ſinen Amptluden u. Frunden. Unde enſullen oder enwollen, Oder nieman von unſir weyne, unſirm vorgen. Herren Erzebiſchof Baldewinen oder dem Stift von Menze umme den Schaden nummer anegeſachen, mit worthen oder mit werken, oder mit keynen Stukken.

Ouch

Ouch han wir vorzigen - - mit namen der Hundirt Marg phenninge-werunge, drie Heller vur den phenning zu rechenende, die uns zuirteylet worden von unsirn Ratluden, geyn unsirn egen. Herren Erzeb. Baldewinen - -, und han die Burgen, die wir darvure hatten, des geburgezes u. des geldes ledig u. los gesaget, - - - an diesem Briefe. Unde geben des, diesen brief besigelet mit Ingesigelen des Edelen Mannes unsirs Herren Johans Greven von Cygenhain, daz her durch unsir Bede daran hat gehangen; unde mime Ekhartes Koppelines Rytters des vorgenanten.

Zu eyner stedikeyt dirre vurgeschribenen Dingen des bekennen wir Johan Greve von Cygenhain . ., daz wir durch Bede willen Hern Ekharts, Herman unde Conrat der vurgeschr. Gebrudere die Koppeline genant, unsir Ingesigele han an disen Brief gehangen. Der gegeben ist, do man zalte nach Cristes geburthe Druzehen hundirt Jar, und darnach in deme Zweyundedrizigesteme iar. An Sente Walpurge tage der Heyligen Jungfrowen. 1. Maii.

CCIII.

„LITTERA *venditionis Decime in* Lyder. „ *(Leiter)*

An. 1332.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* NOS GODFRIDVS Dominus *in Eppenstein* recognoscimus, ad universorum - - noticiam deducendo, - - Quod Decimam ville *Lyder* iuxta *Aschaffenburg* extra in campis, & infra septa dicte ville, in frugibus, sive in animalibus, in parvis sive magnis qualitercunque provenientem; quam nos & nostri Progenitores ab Honorabilibus viris Dnis Preposito Decano & Capitulo ecclesie *Asch..*, a qua ipsa decima descendit in feudum, ab antiquo & usque modo in feudum tenuimus; eisdem Dominis - - assignandam & restituendam duximus, & apud ipsam Ecclesiam manendam perpetuo, pleno iure & integritate, — — — pro septingen-

gentis libris *Hall.* — — Pro qua pecunia iidem Domini - - dictam apud nos redimerunt Decimam, & sic ad eandem ecclesiam a qua prius descendebat, . . simpliciter revocarunt, de consensu - - Dni IOHANNIS - - Prepositi expresso & benivolo, per nos, usque ad Festum Sce *Walpurgis* proximum pleno robore obtinendo. — — ——

Pro quo - -, & pro warandia facienda, - - GODFRIDUM natum nostrum, GILBERTUM de *Gunse*, BURCKARDUM *Fritz* de *Hobenberg*, Milites: GODFRIDUM nostrum Patruum, Canonicum eccl. S. *Marie* ad gradus *Magunt.* WORTWINUM *Korb* de *Steynheim* & CUNONEM de *Stertzelnheim* Armigeros, fideiussores constituimus, & in se onus fideiussionis assumentes voluntarie, presentibus obligamus. Qui quidem Fideiussores, si dictus consensus usque ad dictum *S. Walpurgis* festum per nos obtentus non fuerit, - - - ex tunc in *Selgenstad* intrabunt hospicium infra mensem, quilibet cum uno famulo & Equo, more consueto commessationes faciendo continue, donec idem consensus & warandia ipsa effectui debito mancipata fuerit, & donec expense, si quas idem Decanus & Capitulum, monendo fideiussores ad obstagia fecerint, refuse fuerint & solute. Altero etiam - - fideiussorum recedente vel - - decedente, eque bonum - - - subrogare promittimus infra mensem, post monitionem nobis faciendam computando. Alioquin si in eo essemus desides aut remissi, fideiussores superstites moniti, fideiussionis exolvent debitum modo & ordine sicut prius, donec fideiussor equivalens in locum - - fuerit subrogatus. —— —— ——

Datum Anno - - MCCCXXXII. Feria VI proxima post
23 Maii. Dominicam qua cantatur *Cantate Domino.*

CCIV.

CCIV.

„*Littera* LVDOVICI *Imp. continens libertationem, tunc Ville, nunc Opidi*, Eltevil.„

***An.* 1332.**

LVDOWICVS *Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus.* Vniversis suis & Sacri Imperii fidelibus presentem Paginam inspecturis, Gratiam suam & omne bonum. Solet Imperialis altitudo, Principum suorum votis semper promcius annuere, & ipsorum subditis, eorum interventu consulere commoditatibus, & munificenciis graciosis. ...

Sane igitur ad instantiam Venerabilis BALDEWINI Archiepiscopi *Treverensis*, Sce *Maguntine* Sedis Provisoris, Principis & *Secretarii nostri dilecti*, nec non etiam ad commodum Ecclesie *Maguntine*, locum *Eltevil*, situm in *Ringowia*, ad Eccl. Mag. pertinentem, auctoritate nostra Imperiali tenore presentium libertationis beneficio decoramus; ita quod idem locus Muris, fossatis, & aliis munimentis circumcingi valeat & muniri; Locus & Incole ipsius, libertatibus & emunitatibus, adinstar Opidi nostri *Frankfordensis*, cum peractione Fori ebdomadalis, perpetuo libertati intelligantur, & per omnia habeantur. Nulli ergo omnino hominum liceat - - -

In cuius rei testimonium presentes conscribi, & nostre Maiestatis Sigillo iussimus communiri. Datum *Nuremberg*, X. Kal. Septembris. Anno Domini MCCCXXXII, Regni nostri XVIII, Imperii vero V. *23 Aug.*

CCV.

Argumenti consimilis [n. CCII.] *pro parte* Sigefridi *de* Bidenfeld.

An. 1332.

ex Autogr. Ich Syffred von Bydenfeld ein Knappe von deme Wapene, bekennen uffenberliche an dieseme genwortigen Brive vor allen die en anesehent adir horent lesen; Daz ich und mine Erben vorzihen gantz u. redeliche aller der Sache, dez Schaden, und der Ansprache, der ich hayn, und gehait hayn von des Styftes wegene von Mentze zu Byschoph Baldewine dem Ersamen Herren, eyme Ertzebisschofe von Tryre und eyme Vormunde adir eyme Beschirmer dez Byssdumes von Mentze; Es sie von Amptis wegen, adir von gefengnisses wegen Adolfes mines Sunes, adir wie sich der Schade erloufen hait.

So vorzihen ich und mine Erben, daz Ich aber Sie, vorwertme keyne Vorderunge ensullen hayn uffe den Styft von Mentze; Also beschey denliche; werdent mir adir minen Erben zwey hundirt Mark Pennige-werunge, drie Haller vor eynen penning zu rechene, von dem Zolle zu Loynstein, alse mir beschey din ist, und ouch alse mir der vorgen. Herre Byschoph Baldewin sine Brive darubir hait gegebin. Were ouch des Sache, daz ich u. min Erbin gehindert wurden an deme vorgen. Zolle zu Loynstein von Dodes wegene dez vorgen. Herren Byschoph Baldewine, adir von dez Styftes wegen von Mentze, daz mir - - dez geldis daz da vorgenant ist nicht enwurde vergolden; so mochte Ich u. mine Erben unser Vorderunge behaldin an deme Styfte von Mentze, alse lange, biz uns Recht geschehe umе disse sache.

Daz diese Sache u. Rede feste sie und blybe, darubir gebe ich Syffrid von Bydenfeld - - diesin Brif, besigelt mit mime selbis Ingesigele; Und mit Ingesigele der Stat zu Ameneburg, die ich darumme gebedin hain, daz Sie durch miner Bede willen er Ingesigele an diesen brif haint gehangen.

Und

Und wir Dythmar und Ludewig von Selheym; Gunther, Gerhard Amelung, Wernher zehender, Johan Erpele, vnd Wernher under der Lynden, Scheffen zu Ameneburg bekennen, daz wir durch Bede willen Syffredes von Bydenfeld unde siner Erbin, der Gemeynde Ingesigele der Stat zu Ameneburg * an disen Brif gehangen hain zu eime Urkunde und eime bezugnisse dirre Sache.

Dirre Brif ist gegebin, alse man zalte nach GOdis geburte Druzehen hundirt Jar, und zwey und drizig iar. An deme Frytage nach unsir Frowen tage, alse sie geboren wart. M. Sept.

* *Figura Præsulis, inter duas, muris circumdatas Turres conspicua.*

CCVI.

„Philippi *de* Beldersheim — *recognitio, quod* W. „Rost & Iohannes *frater suus, Armigeri, ha-* „*bent in feudum - - Redditus, cedentes in duabus curiis* Treyse.„

An. 1332.

Wir Philips von Beldersheim und Conrad Colbendensel von Berstad, Rittere, bekennen unſ, — — daſ wir mit Helfe u. mit Rade des Ersamen Ritters, Hern Craftiß Gruppen, den Wir zu unſ durch gröser Sicherheit gewonnen han; Der mit unſ gesehen u. gehort hat von den Ersamen Luden in dem Dorf zu Treyse, beyde von Rittern u. von den Nachgeburen obenwendig u. nidenwendich, daz Wernher Rost u. Hentzigin sin Bruder, Knechte von dem Wapene, bewiset han, u. offgelazzen han irs rechtlichen Eygens [*in villa Treyse pred.*] dem Stifte von Mentze - - - me dan Achtzig Phunt Heller wert Gudes, vor acht phunt Heller-geldes. Mit namen iren Sadelhop zu Treyse, da ir Vader in wonete; und iren Hoffe den man heysset der Melbecherin Hof, und den Hoff der da heysset der Schafhoff.

Ecclesia tenemus, vel habebimus . . , alienare, vel infeodare quomodolibet in futurum.

In cuius rei testimonium Sigillum meum presentibus est appensum. Datum Anno Domini MCCCXXXIII, in crastino bte *Marie Magdalene.* *23 Iulii.*

CCVIII.

HASSIÆ *Principum Littera, de Bonis, Eisdem a Capitulo* Wezlariensi *in Emphyteusin datis.*

An. 1334.

Frustillatim inseruit b. m. D. *Kuchenbecker* T. I. *Analect.*
Exemplar præsens do ad litteram ipsiusmet originalis.

NOS LUDEWICUS *Dei gratia* Monasteriensis *Ecclesie Episcopus.* Recognoscimus in his scriptis, quod voluntate & consensu Illustrium Principum, HEINRICI Lantgravii, Terre *Hassie* Domini, LODEWICI & HERMANNI, fratrum eiusdem, eorumque Heredum, nostrorum Consangwineorum Karissimorum plenissime accedentibus & legitime assignavimus & presentibus assignamus, Honorabilibus viris Decano & Capitulo Ecclesie *Wetflar.* Redditus XX marcarum denar. *Aquensium*, duobus *Wedrebiensibus* aut tribus *Hallensibus* pro quolibet denario computandis, nomine annue pensionis seu census, ex *precaria* nostra in *Marpurg* singulis annis in festo Natalis XPI per Cives nostros ibidem, eisdem Decano & Capitulo expedite ministrandos, loco & occasione quorundam bonorum infrascriptorum.

Videlicet Officium villicacionis in *Byrgelin*, & in *Culbe*, ac aliis ibidem locis sitorum; tam annonam quam denarios, ac alia minuta queque solvencia: cum Hominibus ac aliis attinenciis, videlicet Decimis, piscaturis, nemoribus, ac aliis quibuscunque; que CONRADO de *Marpurg*, filio quondam ANDREE Militis concesserant ad tempora vite sue possidenda. Que sunt huiusmodi:

Videlicet tota villa in *Byrgelin*, cum omnibus suis attinenciis, Decimis, novalibus, ac aliis quibuscunque. *Item* medietas ville in *Culbe*, que continet novem mansus. Ibidem medietas Molendini. Ibidem aqua manans sive piscatura apud eandem villam. ITEM Curia in *Fleckinbule* cum molendino & aliis attinenciis. In *Schonenstad* tres mansus. In *Swartzinburnen* unum mansum. In *Betzechindorf* tres mansus. Ibidem Mansus solvens VIII solidos, quem WERNHERVS Miles *de Gerhardishusen* sibi usurpat. *Item* omnia bona in *Roßnrode*, in quibus idem *Wernherus* iniuriatur Ecclesie. In *Ramichehusen* V. mansus, & area, solvens unum solidum. In *Guntzelindorf* Curiam, cum mansu attinente, quem possidet SIFRIDVS dictus *Wyder*.

ITEM *die Waltmulen* cum omnibus attinenciis. ITEM Nemus, quod dicitur *Wolinshygen*, quod Dns Lantgravius sibi usurpat. In *Byrgelin* aqua dimidia in superiori parte molendini usque *Dydelachen*. Ex inferiori parte eiusdem molendini tota aqua usque *Scheydeich*. In *Lychtinscheit* Decima, & ius, quod dicitur *Medeme*, infra *Scheidesteine* & *Isenbach*. ITEM XII iugera in *Culbe*, & area cum uno iugere, que RVDEGERVS, HERMANNVS *Dens*, & heredes *Hartungi* emerunt. ITEM in *Culbe* area cum tribus iugeribus, que WILHEYT emit. ITEM in *Schonenstad* quidam ager, quem *Schutzesper* & *Milchelingus* sibi usurpant.

In *Damprachtishusen* unum mansum. In eadem villa EMICHO duo iugera sibi usurpat. In *Brachthe* mansum, & aream molendino congruentem, que OSBERTVS de *Marpurg* emit. Item *Osbertus* emit unum agrum & pratum in *Fleckinbule*. Item HERMANNVS de *Wylandisdorf* iniuriatur Ecclesie in quibusdam agris, & Ecclesia in *Culbe*. In *Bertzegindorf* mansum, quem possidet *Capelin*. ITEM mansum in *Schonenstad*, quem WYGANDVS de *Nyderin Wettere* iniuste detinet. ITEM Nemus in *Loneburg* contra *Culbe*, de *Habechinstad* usque *Heytegisgrunt* versus *Sarinowe*, de *Holinstein* usque *Heydilberg*. ITEM in *Swartzinburnen* CONRADVS & WALTERVS tres solidos

lidos levium, duos anseres & duos pullos. In *Fleckinbule* HERMANNVS IIII solidos - - — — In *Brunbischop* talentum & XVIII denar. In *Ramitisbusen* CONRADVS III solidos.
[*Ob prolixitatem praetereuntur XII lineae.*]

In *Fleckinbule* Curia, solvens annonam. In *Culbe* mansum, solventem annonam. In *Byrgelin* quosdam agros solventes annonam. - - - In *Solbach* agros solventes annonam. In *Lychtenscheit* agros solventes annonam.

De bonis itaque predictis, ac aliis si qua forte distracta vel alienata invenerimus, solvet nobis & Consangwineis nostris annuatim in Epiphania DOmini quinque talenta, & in Maio tria talenta *Colon.* denar., sive levium *Wetflar.* currentium. Et hoc erit de nostro arbitrio voluntatis. ITEM VIII maldra siliginis & VIII maldra avene - - annuatim circa festum *Michahelis* nobis solvet; & tam Denariorum redditus quam Annone, nobis sub suo periculo, quilibet in solucionis termino presentabit. Que omnia & singula bona prefata Decanus & Capitulum, prout in Litteris eorum nobis desuper datis lucidius apparet, iure *Empbiteotico*, nobis & Consangwineis nostris antedictis, eorumque heredibus, hereditarie possidenda, rite & racionabiliter locaverunt. Ita sane, quod huiusmodi locationi perpetue, nobis - - - - facte, renunciare - - - non poterimus aliqualiter, nec debemus.

Addicimus eciam, quod postquam dictus Census prefatis Decano & Capitulo, termino ad hoc statuto persolutus fuerit & presentatus; ex tunc ad eorum - - requisicionem d. censum, pro omnibus nostre voluntati parere volentibus, ad Civitatem *Wetflar.* nos nostrique Consangwinei ordinabimus assecurari, pariter ac deduci. Si autem in solucione prefati census negligentes, quod absit, dicti Cives invenirentur, vel remissi, ex tunc dampnum possibile quod Dec. & Cap. occasione huiusmodi fecerint, pignoribus concedentibus exclusis, monitione & requisitione ipsorum tamen prehabitis, idem dampnum, cum principali tenebuntur resarcire. Nolentes nichilominus, nec permitti debentes, dictos Dec. & Cap. in prefato censu,

censu, inpedimento arrestacionis sive alio quocunque modo, quod de iure procedere valeat vel de facto, per nos nostrosque Consangwineos, vel quemcunque alium aliqualiter inpediri.

Actum est insuper & condictum, quod si dictos Cives nostros in *Marpurg* ad tantam inopiam, causa incendii vel cuiuscunque alterius infortunii devenire contingat, ut ad solucionem dicti census minime sufficiant; ex tunc prefatis Decano & Capitulo, in alio loco ipsis competenti, d. censum deputari favorabiliter faciemus. In evidenciam omnium premissorum & robur perpetuum, Sigillum nostrum, una cum Sigillis Consangwineorum nostrorum, presentibus duximus apponendum.

Et nos HEINRICUS Lantgravius Terre *Hassie* Dominus, LODEWICUS & HERMANNUS fratres ipsius, omnia suprascripta, per Reverendum Dnm LODEWICUM Monasteriensis Ecclesie Episcopum, Dnm Patruum nostrum karissimum facta & contracta ratificamus simul & approbamus. Et in signum approbacionis, Sigilla nostra pro nobis & nostris heredibus ex certa sciencia ad requisicionem ipsius, presentibus duximus apponenda. Actum Anno Domini *M. CCC. Tricesimo quarto*, Quinta feria post diem bti *Iacobi* Apostoli.

Appendent Sigilla IV.

1) LUDOWICI DI GRACIA MONASTERIEN. ECCE EPI. *Sedens pontificaliter amictus in faldistorio. Cum scutis*, Monast. & Hassiaco *a lateribus.*

2) *Formæ magnæ admodum. Sub Equo conspicitur leo naturalis, stans.* † S. HENRICI DEI GRACIA LANTGRAVII DOMINI TERRE HASSIE. *In Contrasigillo, quod Galeam refert, hæc verba leguntur:* S. HEINR. ABNEPOTIS BTE ELYZABETH.

Quo splendidius est sigillum Principis regnantis, eo exiliora sunt binorum Fratrum; utpote circumferentiæ non amplioris, quam capitelli. [*moneta.*]

3) S.

3) S. LOD. FILII LANTGRAVII HASS. *Leo includitur clypeo sexangulari.*

4) S. HERMANNI DE HASSIA. *Vnde coniicere licet, non fuisse permissum secundo genitis, sigillis equitantibus, nec etiam titulo Principis uti.*

CCIX.

AB *extorto per Iudaeos iuramento de solvendis immodicis Vsuris, Moguntini cives relaxantur.*

An. 1335.

[p. 657. n. 10.]

HENRICVS D. G. *Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniversis presentes Litteras inspecturis cum subscriptorum noticia salutem in DOmino sempiternam.

Fama ad nos perventa publica, referente quod Prudentes viri, Camerarius Iudices seculares Magistri civium Consules & universi cives *Civitatis nostre* Maguntine, occasione obediencie, quam, velut devoti sce Romane Eccl. filii eidem Ecclesie impenderunt, recipiendo videlicet nos ad mandatum felicis record. quondam Domini IOHANNIS Pape XXII in ipsorum Archiepiscopum & Pastorem; preter alia mala innumerabilia que sustinent, sint permaximis debitorum oneribus diversimode pregravati; que inquam Debita apud nonnullos Iudeos, *Argentinensis*, *Basiliensis*, *Spirensis* & *Wormaciensis* civitatum & diocef. sub usuris gravissimis contraxerunt; dictique Iudei multa ab eisdem *nostris* Civibus communiter extorserint, & adhuc extorquere nitantur per usurariam pravitatem; de solvendis in certis terminis & sub certo modo & forma, ac non repetendis usuris huiusmodi, per dolum extortis ab eis nichilominus iuramentis; Et quia, si dicti nostri Cives in tanto necessitatis articulo quererent suis satisfacere iuramentis, scilicet de solven-

dis usuris, & non recipiendis eisdem; rei publice Civitatis *nostre* predicte propter hoc plurima dispendia provenirent;

Cum igitur melius sit ante tempus occurrere, quam post causam vulneratam remedia querere; Nos ipsos Camerarium, Iudices, Magistros civium, Consules & universos cives *nostros* predictos, a iuramentis huiusmodi sic extortis, cum omnibus suis clausulis sub quacunque forma verborum prestitis, in nomine Domini absolvimus in his scriptis; & in eisdem cum ipsis *nostris* civibus ex officio dispensamus. Dantes ipsis has nostre absolucionis & dispensacionis Litteras in testimonium super eo, quibus se defendere valeant a iaculis Emulorum.

8 Apr. Datum Anno Domini MCCCXXXV. VI Idus Aprilis.

CCX.

„*Littera* Baldewini —, *quod* Conrado *P.* de „Erpach, *Avunculo* Gerlaci *&* Reinhardi *de* „Iaza, *contulit in feodum mediam partem castri* Dagesberg.„

An. 1335.

[*p. 655. n. 9.*]

Nos Baldewinus *Dei gratia Sce* Moguntine *Sedis Provisor.* Recognoscimus per presentes, quod nos ad preces Gerlaci & Reinhardi de *Iaza*, ac Lvckardis * Matris eorundem, ad hoc, quod ipsi supra mediam partem Castri *Dagesberg* ac Ville *Gugenheim* sub dicto castro, sitis in *Berstracia*, nec non bonorum ad ipsas spectantium, que a nobis & Ecclesia Moguntina descendunt in feodum, & a nobis *Reinhardus* recepit . . . supradictus, Strenuo Militi Conrado *Pincerne* de *Erpach* Avunculo *Gerlaci* & *Reinhardi* prefatorum Redditus annuos unius carrate vini vendiderunt iuxta continentiam Litterarum desuper confectarum; quos redditus eidem *Conrado* in feodum contulimus; Et ex nunc inantea, una cum

* *nata de Erpach.*

cum aliis bonis suis que ab Eccl. Moguntina in feudum tenet, a nobis - -, suique heredes post eum, recipere & tenere debebunt in feodum perpetuis temporibus successivis; nostrum consensum adhibuimus, & presentibus adhibemus; vendicionem eandem, quantum in nobis est, presentibus approbantes.

In cuius rei testimonium Sigillum Archiepiscopatus nostri *Treverensis*, quo in hac parte utimur, presentibus est appensum. Datum *Aschaffenburg* Anno Domini MCCCXXXV, XIII Kal. Iulii. *19 Iun.*

CCXI.

GERHARDUS & EBERHARDUS *fratres* de Spanheim *se constituunt Debitores erga* Conradum *de* Schöneck, *dictum* Ruffus, *pro Summa* 100 ℔. *Brabantiæ*, *assecurata in bonis apud* S. Adelgundam, Bremm & Neve.

An. 1336.

Wir Gerhard ind Everard gebrudere, dye man heyst van Spanheym, dun kunt - - - Dat wir uf alle unse Gut, dat wir zu Sente Aldegunde, zu Bremme, ind zu Neve han, bekennen Hrn Conrade van Schonecke, de man heyst der Rode, ind sinen Kinden ind Erben hundert Marc Brabentz, dri Haller vur eynen pennig . ., dy he uns - - gezalt - - het, mit alsolchen Vorworden, wy id queme mit mir Gerharde - - ind mit Adelheyde miner elicher Hußfr., dat wir an (ohne) Erben sturvin, so solin dy (*præd. 100 marcæ*) an Hrn Conrade - - - vallen. — — — *ex Autogr.*

Alle dy vorgen. Dinc, dye geloven wir in guden truwen stede zu haldinne an allerleye Argelist, ind nummerme darwyder zu done, noch uns zu behelfinne, mit Peslichme of (oder) Wertlichimme Gerichte. Were aber dat Sache, dat wir eyniche wyß hierwyder deden, so solin wir truwelos, Erlos ind meyneydich sin.

Dat

Dat alle dye vorgen. Dinc stede ind vaste syn, so han wir Gerhard ind Everhard - - unse Ingesigille * an disen Brief gehangin. Ind zu eyner mere stedecheyde so han wir gebedin Hrn Philipse van Virninburg ind Hrn Bovin van Ulmin, dat sy ire Ingesigille an disen Brief - - - han gehangin. Ind wir Philips ind Her Bove Ritter - - - bekennin, - - - ———

21 Ian. Dit geschag, do man zalte Dusint Jar, Druhundert Jar, in dem Seß ind drisichsteme Jare, uf S. Agneten dach.

* a) *Corruptum est.*

b) *In principali convenit cum typo huius nominis Comitum, tacto ad n.* CLXXIII. *In eo differt, quod loco gradientis illic supra tessulas leonis, heic se præsentet Lemniscus. Epigraphe:* S. EBERHARDI DE SPANHEYM.

CCXII.

Charta feudalis Hassiaca.

An. 1336.

ex Autogr. Nos Heinricus *Dei gratia Lantgravius, Terre Hassie Dominus.* Pro nobis & nostris Heredibus in his scriptis publice profitemur, quod Ludewico de *Schreckisbach* Castrensi nostro fideli & suis veris heredibus Aream unam in preurbio Castri nostri *Aldinburg*, ad habitationem per eosdem desuper construendam, cum Orto uno ante portas dicti castri . . sita, ad castrense pheodum hereditarium absque omni inpedimento nostro, & nostrorum Officiatorum perpetuis temporibus tenendum & habendum, contulimus & conferimus per presentes.

Dan-

Dantes ipsis has Litteras sigillo nostro * firmiter sigillatas in testimonium super eo. Anno Domini M. CCC. XXXVI. Sabbato proximo post *Reminiscere*. *m. Febr.*

* S. HEYNR. ABNEPOTIS BTE ELYZABETH. *Formæ minoris, solam exhibendo cassidem.*

CCXIII.

GODEFRIDUS *Dominus* in Eppenstein *assensum præbet in vidualitium, constitutum a* Conrado *de* Bommersheim *Milite, uxori suæ* Mechtildi *in bonis* Heidersheim & Hedernheim. *Idque annuentibus* Conradi *fratribus*, Ioanne, Heilmanno & Wolframo, *ceu Ganerbiis ad ista bona.*

An. 1336.

Wir Godefrit Herre zu Eppinstein - - - Und dun kunt - - - -, daz wir durch Bede willin Kunrades von Bumersheim eins Ritters unsers L. G. han gewedemit zu rechtem Widemesrechte, Mezzen syn eliche Wirtin mit . . (300) Punden Helren - - - uff syn Gut, daz da liget in dem Dorf zu Heidersheim, Und syn Gut, daz da liget in dem Dorf zu Hedernheim, - - - wi man daz nennen mag, dy derselbe Kunrat von uns zu Lehen hat. Mit willen Johannis von Bumersheim eins Ritters, und Heilmans u. Wolframes von Bumersheim siner Bruder, dy da Ganerbin syn an den selbin Lehen. Were auch, daz der . . Cunrad ane Lehens Erbin abe ginge, daz Got nyt enwolle, so mochten *Heredes prælibati* dyselben Gut losen mit 300 Punden Hellern - -, und solden auch dazselbe . . anlegen zu Widemerechte. *ex Autogr.*

Und wir Johan, u. Heilman u. Wolfram von Bumersheim Gebruder bekennen uns, daz dis myt unsime gudin willin ist

 gesche-

geschehin. Vnd des zu eime . . Vrkunde - - - — han wir unsir Ingesigel - - - - gehangen an dysen Brif. Der da wart gegebin da man zalte Anno Domini M.CCC.XXXVI, in die
1. Maii. Apostolorum *Philippi* & *Iacobi*.

CCXIV.

Concessio feudi castrensis in Laneck, *illis* de Geisenheim.

An. 1336.

ex Autogr. Nos Baldewinus *Dei gracia sancte* Treverensis *Ecclesie Archiepiscopus*, *Sacri Imperii per Galliam Archicancellarius*, *Sancte* Moguntine *Sedis Provisor* Notum facimus universis, quod attendentes grata obsequia, que Boemundus de *Gysenheim* nobis & Ecclesie *Moguntine* sepius inpendit, & inpendere poterit in futurum, Feodum castrense quod quondam Iacobus de *Gysenheim*, Avunculus ipsius *Boemundi* dum vixit, in Castro nostro *Lanecke* habuisse dinoscitur, prefato *Boemundo* liberaliter contulimus, ac ipsum duximus de eodem presentibus infeodandum: tenendum per ipsum eo modo a nobis & Ecclesia Moguntina, & deserviendum iuxta ipsius Castri nostri ius & consuetudinem; & per omnia sicut iam dictus *Iacobus* dum viveret tenuit & possedit.

In cuius rei testimonium Sigillum Archiepiscopatus nostri *Treverensis*, quo in presenti utimur, presentibus est appensum. Datum *Treveris* Anno Domini MCCCXXXVI, die VII mensis Novembris.

CCXV.

CCXV.

INSTRVMENTVM *solenne publicum super insinuatione ac publicatione Litterarum Papalium, Populo facta Moguntino: Quibus litteris, duobus Nuntiis Apostolicis,* GVIGONI *de* S. Germano *&* NICOLAO Capocia *in mandatis datur, Mogunt. Ecclesiæ castra, fortalicia, oppida &c. a* BALDVINO *Administratore in manus* BENEDICTI *posita ac resignata, recipiendi.*

An. 1337.

[*p. 654. n. 1 fin.*
p. 655. n. 14.]

IN DEI NOMINE. *Amen.* Noverint universi, quod cum Anno a nativitate Eiusdem MCCCXXXVII, Indict. V. Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris & D. N. Dni BENEDICTI divina providencia Pape XII anno *Tercio*, die Iovis X. mensis Aprilis, in nostrum Notariorum Publicorum & testium infrascriptorum presencia constituti Venerabiles & Circumspecti Domini, GVIGO de *Sancto Germano*, Aniciensis: & NICOLAVS *Capocia* de urbe Sancti *Audomari*, de Sto *Audomaro* Morinensis diocesis ecclesiarum Prepositi, Apostolice Sedis Capellani, & Nuncii specialiter deputati ad recipiendum in manibus suis nomine ipsius Dni Pape corporalem possessionem Castrorum, fortelliciorum, Villarum, Oppidorum, Iurisdictionum & iurium universorum Ecclesie *Maguntine*; & ad gerendum administracionem in spiritualibus & temporalibus predictorum; ac quam plurima alia faciendum & exercendum ex parte ipsius Domini nostri Summi Pontificis; duas Litteras Apostolicas vera bulla plumbea ipsius Dni Pape more Curie Romane bullatas, non viciatas, non cancellatas, nec in aliqua sui parte corruptas, sed omni vicio & suspicione carentes ut *ex Autogr.*

prima

prima facie apparebat ibidem oſtenſas, quarum tenores inferius deſcribentur, publicaſſent; & contenta in ipſis inſinuaſſent Nobilibus & providis Viris, Camerario, Iudicibus ſecularibus, Magiſtris civium, & Conſulibus civitatis *Maguntine;* videlicet SALMANNO Camerario, NICOLAO & VOLMARO Iudicibus ſecularibus: IACOBO ad *Barbam*, DILMANNO ad *Iuvenem*, IACOBO de *Foro ferri*, HENRICO *Spengeler* Magiſtris civium: Dno PETRO de *Lapide* Militi, THEODERICO dicto *zum Wolckenburg*, HENRICO dicto *zum Cleman*, PETRO dicto *zum Waldertheimer*, CRISTIANO ad *Advocatum*, IACOBO ad *Quercum*, DILMANNO dicto *zum Naſſau*, HENRICO *Monacho*, ARNOLDO ad *Ranam*, NICOLAO ad *Pomerium*, PETRO *zum Blaſoven*, ARNOLDO ad *Iuvenem Abam*, MARTINO ad *Aridam arborem*, IACOBO dicto *Benache*, HENNEKINO filio *Iacobi* ad *Barbam*, IOHANNI dicto *Suzzenriet*,* EMERICO dicto *Lucheimer*, PETRO de . ., LUDOVICO & SWIGKERO fratribus; HENNEKINO dicto *Leiſt*, DIZO Sellatori, HEILMANNO *Wylauer*, PETRO dicto *de Baldenhuſen*, HEILMANNO *zum Helffenſtein*, CULMANNO *Bender*, NICOLAO Ortulano, CRAFTO Fuſori cantrorum, CONRADO *Stube*, CONRADO Vaſorum ligatori, HEILMANNO dicto *zum* . ., ALBERTO *Lyzewel*, WENZO *Rorheimer*, IOHANNI dicto *Gengenbach*, IOHANNI Lapicide, IOHANNI Carpentario; Conſulibus eiuſdem civitatis *Maguntine* ibidem preſentibus, pro ipſis & nomine univerſorum Civium ac populi dicte civitatis *Maguntine*, per dictos Magiſtros civium & Iudices ſeculares convocatis ut dicebatur propterea, & eciam congregatis; Per IOHANNEM *Iaquineti* Notarium infraſcriptum eaſdem Apoſtolicas Litteras de verbo ad verbum prius legi, & deinde per Magiſtrum CONRADUM de *Auguſta* Clericum iuratum eiuſdem civitatis *Mag.* vulgari theotonico interpretari ſeu legi, meliori modo ſeu fideliori ut videbatur quo exponi potuit, demandaſſent; Prefatus Mgr *Conradus* de *Auguſta*, nomine Camerarii, Iudicum ſecularium, Magiſtrorum civium, Conſulum & univerſorum civium ac populi predictorum peciit cum inſtancia, ab ipſis Dominis Nunciis copiam dictarum Littera-

* *al.* zur Scarete.

terarum apostolicarum sibi dari & concedi, & eas per nos Notarios infrascriptos in presentem formam redigi fideliter, & transcribi; Quam Copiam iidem Capellani & Nuncii eisdem concesserunt, & per nos Notarios - - supradictas Litteras - - in formam presentem redigi fideliter & conscribi mandaverunt. Tenor autem unius litterarum Apostolicarum cum filis siricis rubei croceique coloris, sequitur in hec verba:

[CCXVI.]

BENEDICTUS *Episcopus Servus servorum Dei*, ad futuram rei „memoriam. Dudum felicis record. IOHANNES Papa XXII[9] „Predecessor noster, Ecclesie Maguntine per obitum bone mem. MATHIE Moguntini Archiepiscopi tunc vacanti, ac per eundem predecessorem, dum adhuc idem *Mathias* eiusdem Ecclesie regimini presideret, disposicioni Apostolice reservate, Venerabilem Fratrem nostrum HENRICUM Archiepiscopum Maguntinum, tunc Prepositum „Ecclesie *Bunnensis* Colon. dioc., Virum utique de multis gratis obsequiis Ecclesie Romane per eum prestitis, ac aliis virtutibus multipliciter commendatum, de Fratrum suorum consilio prefecit in „Archiepiscopum & Pastorem; ac deinde sibi fecit in partibus munus consecracionis impendi, ac Pallium de corpore bti *Petri* sumptum more solito assignari.

Patentes, quis nunciatur facta per Balduinum resignatio - - ad manus PP.

„Verum circa tempus provectionis predicte de d. *Henrico* facte eidem „Ecclesie Mag., BALDEWINUS Archiepiscopus *Treverensis* administracionem in Spiritualibus & temporalibus eiusdem Ecclesie, ad instanciam ut asserit Capituli d. ecclesie, & Nobilium civitatis & diocesis Maguntine suscepit, & per plures annos gessit, dicto *Henrico* „Archiepiscopo ad administracionem & regimen - - non admisso. „Noviter vero per Dilectos filios, BOEMUNDUM Archidiaconum „*Treverensem* & RUDOLFUM *Lose* * Notarium, suos Procuratores „& Nuncios speciales, patentes Litteras sui appensione sigilli munitas nobis specialiter destinavit; per quas eisdem Procuratoribus dedit plenarium mandatum & liberam potestatem, exponendi nobis „causas & motiva, quare ad gubernacionem seu protectionem dicte „Ecclesie Maguntine ut asserit, fuerit inductus, ac super conservacione sui status & honoris humiliter supplicandi; nec non Castra, „fortellicia, villas, oppida, iurisdictiones & iura d. Ecclesie Maguntine in manibus nostris ponendi & resignandi; aliaque suo nomine

* *factus 1346 Decanus Mog.*

Pp facien.

„faciendi, que circa hec necessaria forent, vel eciam oportuna. „Supplicantes nichilominus, ut suo statui & honori, suisque commo„do & paci dignaremur favorabiliter providere; prout in eisdem Lit„teris inde confectis, eiusdem Archiepiscopi noto & magno Sigillo „munitis, nobis per dictos Procuratores in Consistorio presentatis, „& in presencia nostra & Fratrum nostrorum solenniter lectis plenius „& feriosius continetur. Dictique Procuratores in nostra & Fratrum „eorundem presencia in eodem consistorio constituti, pure & libere „Castra, fortellicia - - - - procuratorio nomine dicti Archiepiscopi „Treverensis prout in mandatis habebant, in nostris manibus posue„runt, & eciam resignarunt. Nosque positionem & resignacionem „huiusmodi - - - duximus admittendas. Vt autem de his inposte„rum plena noticia habeatur, tenorem dictarum litterarum eiusdem „Ar. *Trev.* super premissis nobis missarum, de verbo ad verbum pre„sentibus inseri fecimus, qui talis est.

[CCXVII.]

Balduini *Littera cessionales.*

Sanctissimo in Christo Patri ac Domino suo, Dno BENEDICTO, *Sacrosancte Romane & universalis Ecclesie digna Dei providencia Summo Pontifici,* BALDEWINUS *Archiepiscopus* Treverensis *cum omnimoda subiectione, reverencia devota, pedum oscula beatorum.* *Pater Sanctissime.*

Cum vacante alias Ecclesia Maguntina *ex obitu bone mem. quondam Dni* MATHIE - - -, *ad instantes preces, & continuum ad me recursum Capituli dicte Ecclesie Mag. nec non Nobilium & Vasallorum ipsius, multiplicibus tribulacionibus & incommodis graviter & intollerabiliter oppressorum, de protectione seu gubernacione predicte Eccl.* —, *solita amicicia motus ad eosdem me intromiserim; in eum, ut* DEUS *novit, effectum, ut mediante adiutorio Ecclesie mee* Treverensis *& Amicorum meorum, ipsam ecclesiam* Maguntinam, *Nobiles, Vasallos, Gentem & possessiones eiusdem, ab huiusmodi oppressionibus & incommodis relevarem; In quo,* DEO *primum, deinde Sancte Romane Ecclesie gratum & acceptum sperabam obsequium exhibere, & nichilominus Vestre Sanctitatis graciam, hec solicite prospiciens, promereri.*

Nunc

Nunc autem intelligens indiciis, Vestram Sanctitatem in hoc deliberasse, ut gubernacionem & protectionem ipsius eccl. Mag. *ad manus S. V. ponam; de V. S. clemencia non immerito confisus, quod videlicet meo Statui, Ecclesie mee* Treverensi, *& ipsi Eccl.* Maguntine *prospicere debeat; Ego, tanquam Devotus V. S. filius, qui vestris & Sacrosancte Romane Ecclesie iussionibus semper & humiliter obedire volo; Honorabilem virum* BOEMVNDVM *Archidiaconum Treverensem, Strenuum virum* SIMONEM Phi * *de* Regalibus *de* Pistorio, *Dominum* de Longo prato *Militem, &* RVDOLFVM dictum *Lose Notarium meum exhibitores presencium meos Procuratores & Nuncios speciales ad pedes Vre Beatitudinis duxi humiliter transmittendos. Dans eis, vel duobus ex ipsis plenum mandatum & liberam potestatem, vestre sperate Clemencie meas & pred. Ecclesie* Mag. *ingentes & inevitabiles necessitates, ipsi Ec. M. & michi graviter imminentes exponendi; Causas & motiva, quare ad gubernacionem seu protectionem ipsius Eccl. M. inductus fuerim, plenius explicandi; Vestre Sanctitati super conservacione status mei & bonoris & d. eccl. M. humiliter explicandi, ac eciam - - - Castra, Fortellicia, Villas, Oppida - - in manus S. V. ponendi & resignandi, aliaque nomine meo faciendi, que circa hec necessaria fuerint vel oportuna. Ratum & gratum habiturus, quicquid mei Procuratores predicti meo nomine egerint in premissis, sub rerum mearum omnium ypotheca. Per ipsos & cum ipsis Vre Sti humillima devocione supplicans, quatenus me, vestrum devotum filium, Ecclesiam meam Trevirensem, ac ipsam Eccl. Maguntinam in vestris dignemini gerere visceribus caritatis; michique, Statui meo & honori, & ipsius eccl. Mag. iam dudum per me desideratis commodo & paci, pie Pater, dignemini favorabiliter providere.*

* *cum signo abbrev.*

In quorum omnium evidenciam Vre Sti presentes Litteras mei appensione sigilli munitas duxi in ferventi devocionis constancia destinandas. Datum Treveri *Anno Domini MCCCXXXVI. die XII mensis Novembris.*

„Nulli ergo hominum liceat hanc Paginam noſtre inſer-
„cionis infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis
„autem hoc attemptare preſumpſerit, Indignacionem omnipo-
„tentis DEI & btor. *Petri* & *Pauli* Apoſtolorum eius ſe no-
16 Dec. 1336. „verit incurſurum. Datum *Avinioni* XVII Kal. Ianuarii.
„Pontificatus noſtri Anno ſecundo.

Tenor vero alterius Litterarum apoſtolicarum cum filis videlicet canapis, talis eſt.

[CCXVIII.]

Plenipotentia Nuntiorum.

BENEDICTVS *Epiſcopus Servus ſervorum Dei.* Dile-
„ctis filiis, Populo Civitatis & dioceſis *Maguntine* ſalutem
„& Apoſtolicam benedictionem. Cum Dilectos filios GVI-
„GONEM de Sancto *Germano* Anicienſis: & NICOLAVM *Ca-*
„*pociam* de urbe S. *Audomari* de S. *Audomaro* Moricenſis dio-
„ceſis eccleſiarum Prepoſitos, Capellanos & Nuncios noſtros
„ad recipiendum corporalem poſſeſſionem Caſtrorum, fortel-
„liciorum, villarum, opidorum, iuriſdictionum & iurium
„Eccl. *Maguntine*, nuper in manibus noſtris per ſpeciales Pro-
„curatores & nuncios BALDEWINI Archiepiſcopi *Treverenſis*
„poſitorum, & ad gerendum adminiſtracionem in ſpiritualibus
„& generalibus predictorum, ac eciam eiusdem eccleſie Ma-
„guntine, ad eandem Eccleſiam providerimus ſpecialiter deſti-
„nandos; Nonnullis aliis per Litteras noſtras commiſſis eisdem,
„que ſpiritualibus & temporalibus profectibus eiusdem Eccle-
„ſie ac Cleri & Subditorum ipſius cognovimus expedire; Vni-
„verſitatem veſtram requirimus & hortamur attente, vobis in
„virtute obediencie diſtrictius iniungentes, quatenus eisdem
„Nunciis noſtris ſuper premiſſis devote parere & efficaciter
„obedire curetis; eis in omnibus ſuper quibus in premiſſis vos
„requiſiverint, preſtantes oportunum auxilium, conſilium &
„favorem. Alioquin ſentencias quas ipſi rite tulerint in rebel-
„les ratas habebimus, & faciemus auctore DOmino usque ad
„ſatisfactionem condignam inviolabiliter obſervari.

Datum

„Datum *Avinioni* Quarto Idus Ianuarii. Pontificatus no„ ſtri Anno *tercio.*

Acta fuerunt hec *Maguntie*, in domo Capitulari ipſius Eccl. Mag. Anno, Indictione, Pontificatu, die & menſe predictis. Preſentibus Reverendis Patribus Dominis, SALMANNO Epiſcopo *Wormacienſe*. GVILELMO Abbate monaſterii *Eberbacenſis* Ciſt. ord. Mag. dioc. PETRO *Orſelli* * Fratre Ordinis S. *Antonii*, Preceptore in *Alſacia*, & Magiſtro dicte Maguntine dioceſis; ac Diſcretis viris Magiſtris PETRO *Blanchionis* Canonico eccleſie Sci *Agrippani* Anicienſis, & NICOLAO de *Secia*, Iuris peritis in Romana curia Procuratoribus. Domino MARCELLO *Neiron* de *Breſcilbaco* & PETRO de *Boſco*, Notariis publicis, Anicenſis & Rothomagenſis dioc. ac quam pluribus aliis teſtibus ad premiſſa: Et me IOHANNE *Britonis* de *Ballent* Clerico Abrincenſis dioc. Notario infraſcripto. Et nos GVIGO de Sco *Germano* & NICOLAVS *Capocia* Nuncii prelibati ad maiorem evidenciam premiſſorum Sigilla noſtra preſentibus duximus appendenda. Datum ut ſupra.

Et ego IOHANNES *Britonis* de *Ballent*, Clericus, publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius, copie dictarum Litterarum Apoſtolicarum petitioni, conceſſioni, ac omnibus & ſingulis ſupradictis preſens interfui, & prout ſupradicta inveni, vidi & legi; audivi & in litteris ap. ſupraſcriptis [Vna videlicet cum filis ſiricis rubei croceique coloris, & Alia filo canapis, more Curie Romane bullatis, non viciatis non can-

* *Obiit* Moguntiæ *in monaſterio ſui Ordinis, (nunc pauperum Clariſſarum) cyppo ſepulchrali intra cancellos Aræ maioris a cornu Epiſtolæ etiamnum proſtante. Æram iuxta cum vocabulis aliquot, temporum evaneſcere fecit ætas, & continua aræ miniſtrorum, Lapidem offendendi neceſſitas. Interim legibilia adhuc ſunt ſequentia:*

„Hic iacet Fr. PETRVS ORSELLI, olim Magiſter . . . . .
„Oretis pro eo fideles populi per XPM qui nos proprio San-
„guine redemit, ut a penis eripiat, ad gaudia Paradiſi perducat.
„Amen.

cancellatis nec in aliqua ſui parte corruptis, ſed omni Vicio & ſuſpicione carentibus] ut ſuperius eſt expreſſum. Ita hic de verbo ad verbum, nil addens vel minuens quod ſenſum mutet vel variet intellectum, fideliter tranſcripſi, & facta diligenti auſcultacione de preſenti tranſcripto cum predictis litteris Ap. una cum Iohanne *Iaquineti* de *Bodricuria* Notario ſupra & infra ſcripto, quia ea concordare inveni, in hanc preſentem formam redegi, Signumque meum conſuetum appoſui rogatus in teſtimonium premiſſorum.

Et ego IOHANNES *Iaquineti* de *Bodricuria*, Clericus *Tullenſis* dioc. Publicus Apoſtolica & Imperiali auctoritate Notarius premiſſis omnibus & ſingulis, una cum IOHANNE *Britonis* Notario & teſtibus ſupradictis preſens fui; & hoc Tranſcriptum manu ipſius Ioh. Britonis ſcriptum una cum originalibus litteris Apoſt. cum eodem I. B. diligenter & fideliter auſcultavi; & quia utrumque concordare inveni, ideo hic me ſubſcripſi, Signumque meum conſuetum appoſui rogatus in teſtimonium premiſſorum. Anno, Indict. Pontificatu, die, menſe & loco predictis.

Vtriusque bis in Chartis memorati Nuntii res geſtas cum exequantur Scriptores *apud* Baluzium, *idcirco nonnulla huc duxi transponenda. Præſertim quod inde nobis innoteſcat, Vnum ad Epiſcopales, Alterum plane ad Cardinalitios, emerſiſſe honores.*

Scilicet de GVIGONE, Baluzius *in* Vitis Paparum Avinionenſium *p.* 784 *præliminariter hæc refert:* „Anno MCCCXLI „die 19 Iulii Guigo de Sancto Germano Epiſcopus Caſinenſis „olim Canonicus Anicienſis ita ſcripſit in ſuo teſtamento: - - -

De Cardinalatu Nicolai *expedit audire prius Auctorem primæ Vitæ* Clementis VI, p. 259. „Dicto (*ait*) etiam anno „(1348) præfatus Papa fecit creationem XII Cardinalium, „videlicet decem Presbyterorum, & duorum Diaconorum, & „hos die XVII menſis Decembris, quæ fuit feria ſexta quatuor „temporum. Presbyteri autem fuerunt iſti: Dns Ægidius Al„vari - -, D. Raymundus de Canillaco, — — — „Dns

NICO.

„Nicolavs de Capocia Romanus, tunc Episcopus Vr-„gellensis.„

Porro de eius obitu Auctor primæ Vitæ Vrbani VI p. 382, *sequentia addit:*

„Eodem anno (1368) die 26 Iulii obiit in dicto loco „(*Montesflasconis*) Dominus Nicolaus *de* Capocia Episcopus „Tusculanus Cardinalis Romanus, Vir utique magnæ littera-„turæ, zelator maximus iustitiæ, & pauperum continuus su-„stentator. Diebus enim singulis per hospitalia panem, vi-„num & alia cibaria, de & in domo sua præparata abundanter „faciebat distribui & pauperibus ministrari. Vltra quæ de „ipso duo laudabilia notanter referuntur. *Primo*, quod in „consistoriis & consiliis sic libere & intrepide locutus est, quod „propter neminem sive præsentem sive absentem omisit dicere „illud, quod sua conscientia sibi dictabat. *Secundo*, cum esset „valde practicus in decisione & prosecutione Causarum, amo-„re Dei & pietatis intuitu pauperibus litigantibus, quos scie-„bat iustas fovere causas, consilia dabat, eorum Processus vi-„debat, positiones & articulos ac alia eis ad hoc opportuna di-„ctabat, formabat, & ordinabat. Salaria etiam notariorum, „procuratorum & advocatorum de proprio ministrabat, & „etiam quandoque victui necessaria, secundum quod eorum „inopia exigebat. De bonis etiam a Deo sibi datis in Studio „Perusiensi fundavit & dotavit notabile Collegium pauperum „scholarium, quod Sanctæ *Sophiæ* voluit nominari. Fecitque „etiam multa bona ecclesie S. Mariæ maioris de urbe, ubi ia-„cet, miraculis coruscando.

Hucusque Vitarum auctores. Nunc & Baluzium *percipere iuvabit* p. 898 *in Notis.*

Nicolavs de Capocia] „ex nobilitate Romana, -„- — In rubricis anni tertii Benedicti XII cap. 43 ista legun-„tur: Guigoni de Sancto Germano Aniciensis, & Nicolao Ca-„pocie de Sancto Audomaro Mimatensis diocesis ecclesiarum „Prepositis. *Mittuntur ad Ecclesiam Moguntinam, cuius ad-mini-*

„*ministratio eis committitur pro reformatione ipsius ecclesie, & „alias pro bono statu & bonore eiusdem ecclesie conservandis.*„ Item Cap. 44. „*Conceditur eis, quod ipsi & familiares sui possint „participare cum Archiepiscopo Treverensi & aliis personis in illis „partibus excommunicatis.* Et in rubricis literarum de curia „eiusdem anni Cap. 13: *Magistris Guigoni de S. Germano Ani„ciensis, & Nicolao Capocie de urbe S. Audomari Morinensis „dioc. Ecclesiarum Præpositis, Apostolice sedis Nunciis ad Eccle„siam & provinciam Maguntinensem destinatis. Datur eis li„centia ad Sedem eandem revertendi.*

„Anno MCCCXL obiit Ioannes de Dieſt Epiſcopus Tra„iectenſis. Tum vero Benedictus XII huic Eccleſie providit „de Nicolao Capocio, qui die 26 Ian. anni 1341 fecit ſolitas „promiſſiones Cameræ Dni Papæ & collegio Cardinalium. „Conſenſit itaque proviſioni de ſe factæ. Poſtea tamen *renun„tiavit episcopatui patenter in publico consistorio*, ut ait Ioannes „de Becka, & Clemens VI recenter factus Papa huic ſedi præ„fecit Ioannem de Arkel.

„Anno MCCCXLVIII exeunte, ut videtur, factus eſt „Epiſcopus Vrgellenſis. — — — — Dictus eſt vulgo Car„dinalis Vrgellenſis. —— ——

„Anno MCCCLVI ab Innocentio VI miſſus eſt in Gal„liam cum Talayrando Epiſcopo Albanenſi ad reconciliandos „Reges Franciæ & Angliæ. —— —— ——

„Anno MCCCLXI factus eſt epiſcopus Tuſculanus. - - - „An. (1368) die 3 menſis Martii, cum capita beatorum „Apoſt. Petri & Pauli oſtenderentur populo Romano, *Papa „portabat caput S. Petri, & Cardinalis Vrgelensis caput S. Pauli.*

„Obiit apud Montem Haſconem eodem anno, ut legitur „in prima Vita Vrbani V. p. 382.

✲ ✲ ✲

CCXIX.

CCXIX.

Confœderatio Imperatoris *cum* Henrico.

An. 1337.

Quam potissimum ideo factam contextus indicat, ut Henricus *in Regimine postliminio reassumpto, auctoritate Cæsarea tueretur.*

Wir Ludowig von Gotes genaden Römischer Keiser, ze allen ziten Merer des Richs. Veriehen offenlichen an disem Brief, daß Wir unß mit dem Erwirdigen Heinrichen Ertzbischof des Heil. Stules ze Meintze, und Ertzkantzler des Heil. Riches über Tütsche Land, unserm lieben Fürsten, veraint haben, vnd Im bei unsern Truwen geheizzen an disem gegenwurtigen Brief, als hie nach von wort zu wort geschriben stât. *ex Autogr.*

Des Ersten, daß Wir In sullen han u. halten fuer einen Ertzbischof zu Megentz, vnd fur unsern u. des Richs Ertzkantzler über Tütschen Land; Vnd sullen In, den Stift, das Capitel u. die Personen des Stiftes ze Meintz, Si sin Pfaffen oder Layen, wie si genant sin, die Im u. dem Stift gehorsam sint, hanthaben, hüten u. schirmen in allen den Rechten, Eren, Freiheiten, Gewonheiten u. Gueten, in aller der wise, als Si es herbracht habent bis uf disen hutigen tag; Beheltnüzze und unversert der Brief, die unß der vorgen. Ertzbischof gegeben hat, versigelt mit sinem Insigel. *Cæsar Henricum ut Mog. Principem recognoscit; Ipsum suosque recipiens in tutelam.*

Ouch sullen wir Im bestetigen, wan Er es vordert, mit unsern Briefen und mit unsern Keiserl. Bullen alle die Recht, Vreiheit u. Gewonheit, die Sin Vorvaren von Vns u. unsern Vorvaren habent geschriben, besigelt u. gebulliert; und nemelichen Ertzbischof Peter, u. Ertzb. Matheiß. *Spondet, privilegia confirmaturum.*

Wir sullen ouch nicht verhengen, noch lazzen lesen dheinen Ban, Gebot, Urteil, Processe oder Brief, wie die genant sin, von Pabst Benedicto oder sinen Nachkomen, iren Legaten, Dele- *Fulmina Papalia & Processus vult avertere.*

 lega-

legaten, oder Richtern wie die geheizzen sin, wider den vorgen. Ertzbischof, den Stift u. das Capitel ze Meintz; oder gegen allen, die dem - - Stift - - angehörnt, und gehorsam sind; Es sin Pfaffen oder Layen; Noch nieman gestaten, als verr wir mügen, daß Si dieselben Gebot, Urtail, Processe oder brief enphahen, nemen, künden, oder offen * lazzen; Vnd dem widersten als verr wir mügen, mit Leib u. mit Guet; mit Landen u. Luten, an alle Geverde.

* öffnen

Suffraganei obedientiam Henrico praestare,

Wir sullen ouch alle Bischof die Sin Suffragani sint, darzue halten, als verr wir mügen, daz Si und alle ir Undertan Jm als einem Ertzbischof ze Meintz gehorsam sein in allen Sachen als recht ist. Vnd ouch daß Sie dheinen Ban, Gebot, urteil, Processe oder Brief, kunden oder kunden lazzen in iren Bistümen von Pabst Benedicto, sinen Nachkomen, oder iren Legaten, Delegaten, oder Richtern wider den vorgen. Ertzbischof, den Stift u. daz Capitel ze Meintz, vnd die zue Jn gehörn oder gehorsam sin.

& ab eo confirmationem petere tenebuntur.

Wir sullen ouch allen Electen ze Bischof in der Provintz ze Mentz darzue halden, daß Si ir Confirmation von Jm nemen als von irem Ertzbischof, wo Er es an unß vordert, als verr wir kunnen u. mügen. An geverde.

Adversarios quoscunque reprimet.

Griffe ouch ieman an den - - Ertzbischof, den Stift oder das Capitel an iren Gueten, die Si ietzund inne habent oder noch ingewinnent; Rechten, Friheiten u. Gewonheiten; das sullen wir helfen weren mit Gericht, Lantfriden, u. mit unserer Macht, wan Si es an unß vordernt, nach aller unserer Mugend. An geverde.

Inducere promittit Status Imp. ut huic Confed. accedant.

Ouch sullen wir alle Fursten, Greven, Herren, Frey-Stet u. ander Stet des Richs darzue halten an Geverde als verr wir mügen, daß Si sich verbinden u. verstrikken zue dem vorgen. Ertzbischof - - - zue den vorgeschriben Artikkeln; Vnd mit namen daz Si wider den - - Ertzbischof, den Stift u. das Capitel dheinen Ban, Gebot, - - - von dem Pabst oder sinen Nachkomen, iren Legaten, - - - lazzen künden, oder öffen, heimlich oder offenlich, wie es Jn geschaden müg; vnd Jn geholfen sin wider allermenniklich die Si an wolten greiffen an iren Gueten, Freiheiten - -, als lang wir

wir leben. Vnd, ob wir abgiengen, als lang darnach, bis daſ man gewinne einen Rômiſchen Kûnig.

Ouch ſullen wir unſ nicht verſûnen mit Pabſt Benedicto, oder - - - mit dem Stuel ze Rome, an den vorgen. Ertzbiſchof, und an das Capitel - -, Vnd ſullen Si nemen in unſer Richtung, und bringen zue des Pabſts genaden; Vnd ſullen Si bewarnen in aller beſcheidenheit, als unſ ſelb. Vnd wâr, daz wir der vorgenanten Verbuntnûzz ledig geſagt wurden, von wem das wâr, daz ſol unſ nicht furtragen, und ſol dannoch ſtât beleiben. Wir ſullen Si ouch Alle, noch Ir dheiner beſunder, darzue dringen, daz Si In diſe egeſchriben Stukke brechen, oder nicht halten. *Papa Cæſar non reconciliabitur ſine Henrico & Capitulo.*

Wir geloben ouch in gueten Truen, vnd bi unſerer Keiſerl. Ere, veſt u. ſtât halten alle die vorgeſchr. Artikkel, und iglichen beſunder; Vnd darwider nicht entuen, weder mit Worten noch mit Werken. An alle geverde.

Vnd darûber ze einem Urchuend, geben wir In diſen Brief, verſigelten mit unſerm Keiſerl. Inſigel. Der geben iſt ze Franchenford an der Heiligen zwelf Boten tag Petri und Pauli. Nach Chriſtus geburt Druizehen Hundert Jar, und in dem Sibenden u. dreizzigſten iar. In dem Drei und zweinzigſten Jare unſers Riches, vnd in dem Zehenden des Keiſertuems. *29 Iun.*

CCXX.

Elector HENRICUS *eximit bona liberorum quondam* Arnoldi *de* Gyſenheim *ab omni genere Collectarum, aſſumendo ſimul ipſos in Eccleſiæ* Mog. *Miniſteriales, & Pares Curiæ.*

An. 1337.

HEINRICUS *Dei gratia Sancte* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoſcimus, tenore preſencium publice profitentes, *ex Autogr.*

tentes, quod ANZONI, BOEMVNDO, PAVLO, quondam HEILMANNO dicto *Meyer*, CVLMANNO & IACOBO, nec non GREDE sorori ipsorum, fratrum *de Gysenheim*, fidelibus nostris dilectis, natis quondam ARNOLDI dicti *Wyderold* de *Gysenheim*, nostris & Ecclesie nostre Ministerialibus, ad imitacionem quondam Venerabilium Dominorum, GERHARDI PETRI & MATHIE, Archiepiscoporum Mogunt., predecessorum nostrorum pie memorie, quorum Litteras pro predictis desuper vidimus, de speciali favore quo ipsos suis meritis & serviciis exigentibus prosequimur, talem graciam duximus faciendam, ut de bonis suis paternis per ipsum quondam *Arnoldum* patrem eorum relictis, nullam exactionem, *Precariam* sive *Sturam* nobis exsolvere teneantur. Ipsos eciam, tamquam ceteros nostros Ministeriales aut *Pares nostre Curtis* liberos esse volumus; & eadem libertate, qua nostri Ministeriales & Pares nostre Curtis, ne ad aliena possint trahi Iudicia, gaudent, perfrui volumus & gaudere. Ita sane, quod predicti fratres & eorum soror predicta, se, aut eorum bona, a nobis vel nostra Ecclesia, & nostro dominio & iurisdictione, distrahant aliquatenus vel divertant.

Datum *Erenvels* IIII. Idus Novembris. Anno Domini *MCCC tricesimo septimo*.

CCXXI.

„LVDOVICI; *quodsi* Henricus *Archiep. & Ecclesia* „Mag. *quascunque molestationes vel dampna in Ex-* „*peditionibus suis intulerunt; super huiusmodi* „*inpetiva eundem* Henricum - - *absolvit*.„

An. 1339.

NOS LVDOWICVS *Dei gratia Romanorum Imperator semper Augustus*. Notum facimus universis, quod ad grata obsequia, per Venerabilem HEINRICVM Archiepi-

chiepiſcopum *Maguntinum*, Principem noſtrum dilectum nobis & Sacro Romano Imperio ſepius fideliter impenſa favorabiliter reſpicientes, eidem Archiepiſcopo hanc Gratiam, ad tempora vite ipſius duraturam duximus faciendam, & tenore preſentium de noſtre Maieſtatis excellentia facimus ſpecialem, ſibi, quam diu vixerit plenarie indulgendo; Quod, quando & quociens eundem Archiepiſcopum, vel Gentes ſuas, in predicti Imperii vel . . ſue Eccleſie neceſſitatibus & iuribus, vel eorum occaſione, in Expeditione cum ſuis hominibus armatis per Loca aliqua contigerit proficiſci; quod idem Ar. vel gentes ſue, pro ſe & ſuis hominibus ſecum in expeditione huiusmodi exiſtentibus, in locis per que ipſum aut dictas ſuas gentes tranſire, & in quibus eum, vel eas cum dictis ſuis hominibus moram aliquam trahere contigerit, hoſpitare, ac hoſpicia capere ſine cuiusquam reclamatione poſſit; & alia circa hec facere, que talis *adventicie* neceſſitatis ſarcina repentina exigit & requirit, ſicut nos ipſi de Imperiali excellentia facere poſſemus, ſi Noſtri nominis expeditionem nos contingeret exercere. Inhibentes omnibus noſtris & Imperii ſubditis, ne prefatum Archiepiſcopum & ſuos ea occaſione moleſtent aliqualiter, vel perturbent.

Et ſi memoratus Archiepiſcopus vel ſui Predeceſſores, retroactis temporibus in . . Imperii ſeu . . Eccleſie ſue neceſſitatibus apud aliquos hoſpitavit, & pro iuribus vel eorum occaſione in expeditione cum Armatis exiſtens, Sibi ac ſuis, de hoſpiciis providit, vel providere fecit, aliaque circa hec neceſſaria exercuit; Eundem Archiep. & ſuam Eccleſiam ab omnibus impetitionibus & offenſis, ſi quas exinde contraxit, haberi volumus, & preſentibus habemus ex noſtra Imperiali manſuetudine ſupportatum. Inhibentes ut ſupra omnibus noſtris & . . Imperii ſubditis, ne quis dict. Archiepiſcopum, ſuos Succeſſores & Eccleſiam ſuam, premiſſorum occaſione impetat quomodolibet, & moleſtet.

In quorum omnium evidentiam pleniorem preſentes conſcribi, & noſtre Maieſtatis ſigillo fecimus communiri. Datum

 Franck-

1. Apr. *Franckford* XIII Kal. Aprilis. Anno Domini MCCCXXXIX, Regni noſtri anno Duodecimo.

CCXXII.

„LITTERA, *continens Confraternitatem Eccleſie* Mag. „*cum Monaſteriis & Fratribus Ordinis* Carthuſienſium.„

An. 1339.

VENERABILIBVS in Xpo Dominis, omnique reverentia & honore dignis, . . Dno Prepoſito, . . Decano totique Capitulo Eccleſie maioris *Maguntine* Frater IACOBVS Prior *Cartuſie*, cunctique Priores Ordinis Cartuſienſium in Capitulo generali conſtituti ſeu congregati, orationum ſuarum ſuffragium ſalutare, in dulcedine vulnerum Crucifixi.

Exigente pie devotionis affectu, quem ad Ordinem noſtrum & ſpecialiter ad Domum *Montis* Sci *Michahelis* prope *Maguntiam* Ordinis noſtri habere vos didicimus; eoquod eandem Domum ab Eccleſia veſtra ſciamus fundatam, & tamquam Gallina pullos ſuos ſub alis confovens, veſtra fideli protectione DEI in vobis gratia cooperante, conſilio & auxilio effectualiter ſubſequente noverimus defenſatam; Nos igitur de divina clementia humillime confidentes, pro tranſitoriis eterna vobis rependere cupientes; Vobis ſingulis ac univerſis plenam participationem omnium bonorum ſpiritualium que fiunt & de cetero fient Domino inſpirante in toto Ordine noſtro, in Miſſis, orationibus, vigiliis, abſtinenciis, ac aliis ſpiritualibus exerciciis, ad preces & requiſitionem Prioris & Conventus Montis S. *Michahelis* ſupradicti noſtrorum fratrum cariſſimorum, concedimus in vita pariter & in morte. Adicientes ex gratia ſpeciali, quod, quando obitus veſter aut alicuius veſtrum noſtro Capitulo generali fuerit intimatus, ibidem univerſorum ſpiritualium exercitiorum, omniumque Miſſarum & orationum

num que singulis annis per totum Ordinem fieri precipiuntur, vos participes facimus, & consortes.

In cuius rei testimonium Sigillum Domus nostre presentibus dignum duximus appendendum. Datum *Cartusie* Anno Domini MCCCXXXIX, in nostro Capitulo generali.

CCXXIII.

„CONRADI de Schonenburg, *resignationis medie-„tatis Decime in* Boventen, *Dnis* de Plesse *conferende*.„

An. 1340.

VENERABILI in XPO Patri, ac Domino suo HEINRICO, D. G. *Maguntine* Sedis Archiepiscopo, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, CONRADVS Nobilis Dominus *in Schonenburg*, CONRADVS & CONRADVS nostri Filii, reverentie & servicii quantum possunt.

Recognoscimus publice in his scriptis, quod dimidiam Decimam in *Boventen*, cum omnibus suis pertinenciis & usufructibus, a vestra Paternitate hucusque possessam & habitam, per duos Phasallorum nostrorum sive Virorum, videlicet per Dn. WERNHERVM de *Adelevessen*, & BERNHARDVM de *Rostorp* Milites, duximus resignandam. Paternitati vestre laudabili quam intime supplicando, quatenus Nobiles viros, Dnm GODESCHALCVM de *Plesse*, & GODEFRIDVM Patruum ipsius, eorumque veros heredes inpheodare dignemini cum eadem, nostre perpetue servitutis ob respectum. Quia parati sumus, dum ad vestre sepedicte Paternitatis presentiam venerimus, ipsam dictam dimidiam Decimam oretenus resignare, dummodo ipsis per vestram Patern. iusto pheodali titulo sit porrecta.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum, quo nos *Conradus* & *Conradus* fratres predicti utimur in premissis, una cum

cum prediĉtorum Vaſallorum noſtrorum ſigillis, preſentibus eſt appenſum. Datum Anno Domini MCCCXL, feria ſecunda ante diem *Scolaſtice* Virginis proxima. *6. Febr.*

CCXXIV.

Vt Eliſabetha *de* Rodenſtein *certas extradat Litteras, redimendas a Marchione* Badenſi RVDOLFO, *ad eam perſcribit* M. HERMANNVS.

An. 1340.

ex Autogr. Der Erſamen Vrowen Elsbeten von Rotenſtein der Kamererin von Worms Entbieten wir Margrave Herman von Baden unſern dienſt und allez gut. Liebe Vrowe, Jr ſolend wiſſen umb unſers Vettern Brief, und umb die unſern, daz Jr die gebent zu loeſen unſerm Vetter Margrave Rudolf von Baden. Vnd daz daz unſer gut Wille iſt; und dez zu Vrkunde, ſo haben wir unſer Jngeſigel gehencket an diſen Brief.

Datum Anno Domini M. CCC. XL. Feria ſecunda ante *Vdalrici* Epiſcopi. *2 Jul.*

CCXXV.

HENRICVS *& Confœderati, moventes Bellum* Comiti Sylveſtri, *obſidendo caſtrum* Daun, *agunt de erigenda Munitione nova in loco* Geyersley.

An. 1340.

ex Autogr. Wir Heinrich von GOtes genaden des Hiligen Stulſ zu Mentz Ertzbiſchof, des Hiligen Romiſchen Richs in Tutſchen Landen Ertzcanzler tun kunt allen Luden. Alleyne Wir und der Erwirdig in GOde Vader, Her Baldewin Ertzebiſchof

schof zu Triere, mit den Edeln Luden, Georgien Greven von Veldentz, Johan Greven von Sponheim, Friderich Wildegreven von Kirberg, Gylief Herre zu Dune, und Conen von Dune Herren zum Stein, wider den Edeln Man Johan Wildegreven von Dune und Sin Helfere under andern Stucken alsus verbunden sin, das die vorgenante Greven u. Herren uber die zwa Vesten die wir und der vorgen. Herre Baldewin - - itzunt begriffen [und Mertinstein u. Santte Johansburg genant] han, eynen dritten burgelichen Buwe, naher by Dune uff der Geyersleyen, zu hant (haben) ane Vorgezog begriffen und machen sullen, als in den Verbuntnisses-brieven die wir under eynander daruber gegebin han vollenclicher begriffen ist.

Doch were es, das wir [& *Balduinus*,] ee der vorgen. Buwe uff der Gyersleyen also verre gemacht u. vollenbracht worde, das man en behalden mochte, als es nutz unsirn Fronden geredet ist von dem Besezze von Dune, Beyde furen, und darabe der . . Buwe - - nicht vollenbracht wurde; darumb ensullen die vorgen. Greven u. Herren, an den . . zweyn Vesten Mertinstein u. S. Johansburg ir teil nicht verlorn han, noch verliesen. Vnd ensullen auch - - keynen andern Buwe nicht schuldig sin zu begriffen, ane uns und - - Herren Baldewin E. z. T., also doch das Sie die andern Stucke alle, und ir iegliches als sie in den vorgen. Verbuntnisses-brieven begriffen, u. ouch beuzzen * den Brieven geredet sin, vollenfuren u. halden, in aller der Wise als sie verbrievet oder geredet sin. Vsgescheiden allerley Argelist an allen disen Stucken u. irme ieglicheme. * baussen: *extra.*

Vnd des zu eyme Urkonde u. stedicheit han wir unsir Ingesigel an diesen Brief dun hencken. Der gegeben ist in dem Here vor Dune, do man zalt nach Cristus geburthe Druzehen Hundert iar, und darnach in dem Vierzegesten Jare. An Santte Jacobs abende des Hiligen Zwelf Boden. *24 Iulii.*

CCXXVI.

„*Littera* LUDOWICI, *continens declarationem Pro-*
„*lati inter Archiep.* Mog. & RUPERTUM Com.
„Palat. Rheni, *super Castro* Furstenberg
apud Twingenberg.„

An. 1340.

Wir Ludowig von Gots genaden Romischer Kayser, zu allen ziten Merer des Richs, dun kunt mit diesem Brieve, daß Wir den Spruch, den die Erbarn Mann, IOHANNES Decanus *Mogunt.* IOHANNES de *Virneburg* Præpositus *Xantensis*, & CONRADUS Pincerna *de Erpach* gesprochen hant; des Inen der . . Gotfrid von Eppinstein mit geholfen und bigestanden ist, umb die Offleuf und Stusse des Huses zu Furstenberg by Twingenberg, die inter HENRICUM Archiep. RUPERTUM *seniorem* & RUPERTUM *iun.* Palatinos bizher gewesen sint, und der an Uns, den Ertzbischof von Tryre, und den Hertzog von Sassen zu lutern bevolen u. gelassen ist; Sprechen wir, daz derselb von Eppenstein den vorgenanten Drey, an dem sprechen daz Sie getan hant, mit beholfen und bygestanden hat; Und daz dazelb Sprechen auch also stede bliben sal. Was auch der . . von Eppenstein me gesprochen hat, ac tres prefati, daz sal ewedder Teyl unschedlich syn, und bliben. Sub dato *Francofurti* 1. Sept. Regni XXVI. Imperii XIII.

CCXXVII.

Plurium Eichsfeldiæ *villarum Advocaciam comparat* Henricus *a fratribus* de Geisſleden.

An. 1341.

ex Autogr. Wir Hug und Johan von Geyßlede gebrudere, bekennen uffinlich an disem Brief, daz wir mit gutem willen, und fulbort allir unser Erben und alle der dy ez anroren mag, rechtlich u. redelich verkouft haben dem Erwirdigen in GOte Vater u. Herren,

ren, unserm Herren Hern Heinrich Erzbischof zu Mentze, sinen Nachkomen - - und dem Stifte zu Mentze, unsir Ansedel * an der Voydige zu Heiligenstat, ubir dy Alden stat, und ubir dy Dorfere dy hie nachgeschriben stent: Geißlede, Hoytene, Crucisebra, Fleinsberg, Udera, Nuwesessen, Wenigen, Luttera, Hadewarterode, Leuterode, Talwenden, Birkenefelde, Schachtebeche, Rengelderode, Mengelderode, Symerode und Glasehusen. Vnd ouch ubir die Wustenunge Greispech u. Krumelbeche; Vnd ubir entzelen Lute zu Kirchberg, mit alle dem Rechte daz wir an dem Ansedel der Voidege hatten mit Funfunzwenzig Malder Voithabern von den vier Dorfern enboben der Stat; mit Diensten ubir dieselben vier Dorf: Den dritten teil den wir hatten an den Bruchen die in der vorgenanten Voydige geschen; Mit dem Richtegelde, Eytschillingen; vnd Achte Schillingen: Mit drin † Schillingen an den Herbegepenningen; und drin Schillingen an den Voydepenningen; Und mit allem dem Rechte als wir daz Ansedel hatten, und unsir Eldern uff uns geerbit hant; Fur Funf und funfzig Mark lotiges Silbers Heilgenst.. gewichtes und Wisse ††; dafur unsir - - Herre uns sin Vorwerk zu Gandera mit alle dem Rechte daz darzu horet bevolhen und gesatzit hat; daz wir daz zu allem unserm Nutze u. fromen haben sollen, biz unsir egenanter Herre, sin Nachkomen u. Stift, uns oder unsirn Erbin die vorgen. Summen geldis gentzliche bezalen u. bereiten; daz Sie tun mugen alle zyt, wann In daz fuget. Wir sullen ouch unsirn Herren - - - geweren vor rechter Ansprache dises .. Ansedels, wo In des Noit ist.

* Rata.

† tribus.

†† Wessaliedinis, sive argenti puri.

Alle dise .. Stucke, und ir iegliches besunder, han wir in guten Truwen gelopt, und zu den Heiligen gesworen stete u. veste zu halden. Ane allirley argelist u. geverde.

Des zu Urkunde han wir Bede unsir Ingesigel an disen Brief gehangen. Der geben ist zu Ameneburg, des Dinstagis nach dem zwelftin tag, daz ist *Epiphania Domini*. Do man zalt nach Cristus geburte Druzehen hundert und Ein und virzig Jar. M. Ian.

CCXXVIII.

CCXXVIII.

„Littera *declarationis Imperialis*, *quod* Ar. M. „*non tenetur coram Advocatis Pacis provincialis* „*respondere: Et indicata contra eum sunt irrita ipso iure*, & inania.„

An. 1341.

Wir Ludowig von Gots gnaden Romischer Kayser, zu allen zyten Merer des Richs Veriehen offenlich an disem Brife, daz Wir dem Erwirdigen Heinrich, Ertzbischof zu Menze unserm lieben Fursten; Wan Yn der von Wangenheime, und der von Erphe fur die Zwelfe die uber den Lantfriden zu Duringen gesetzit sint, geladet . . , und etwe vil Geldes zu Ym erclagit haben; die Genade gethan . . , daſ Wir nicht wollen, wan Er des Richs Gelid und Furste ist, daz die Clage Kraft noch macht habe, noch Ym keynen Schaden brenge: Und waz Sie zu Yme erclagit habent, daz nemen Wir abe, von unserm Kayserl. gewalt mit disem brieve. — — Der geben ist - - *Sabbato ante Domin.* Iudica *MCCCXLI. Regni XXVII, Imperii XIV.*

23 Mart.

CCXXIX.

Ioannis Randeki, *dicti de* Weiſſenſtein, *Relicta*, Margaretha, *nonnullos* Eberhardo *Decano* Spirenſi *vendit reditus*, *cedentes* Sulzæ *prope* Leiningen; *simul renuntiando quintæ parti, quam sibi competere credebat, villarum* Hemſpach & Erenburg, *quas* Eberhardus *accepit a suis Cognatis*, Ioanne *Præposito*, & Ioanne *Cantore Eccl.* Neohuſanæ, *fratribus*.

An. 1341.

ex Autogr.

Ich Margrede, * Wedewe Hern Johannes von Randecke, den man nante von Wisenstein, selgen Frauwe, und Got-

* *nata* Winther *de* Alzey.

Gotfrid min Son verichen - - an disme Briefe, Daz wir verkauft han dem Erbern Manne Hern Eberharte von Randecke, Dechan zu dem Dum zu Spire, dru Malder Korn geldes und ein phunt Heller geldes und dri Kappen geldes, die wir hatten uf sime Gude zu Sulzen, daz Linningen aller nest liget. Vnd han auch verzigen uf alle die Ansprache die wir an den vorgenanten Hrn Eberharten - - - hatten von des Gudes wegen, do uns duchte daz wir ein Funfte deil an sulten han, daz er hat; und daz ime sine Vettern, Herre Johan der Probest, und Herre Johan der Senger von Nuhusen, Gebruder, ime (Eberhardo præp.) gaben; Es sy varende Habe, oder ligende Gut, eygen oder erbe, wie iz an In komen ist; bit (mit) namen Himmesbach Hus und Dorf, Wasser, Weyde und ecker, und waz darzu horet; Vnd Erenburg, und die Wisen hynsyt Rines. Vnd han daruf verzigen, daz wir noch unser Erben nummer keine Ansprache daran sullen han. Vnd verie- hen uns auch, daz wir darumme genomen han Hundert Phunt und (25) Phunt Heller. — — — —

Vnd dez zu Urkunde so han wir unser Ingesigele gehenket an diesen Brief. Der wart gegeben, do man zalte von Godes geburte Druzehen hundert Jar und eins u. virzich Jar, An dem Dinstage vor Sancte Gorgen dage. *m. Apr.*

CCXXX.

HENRICI,

„*affirmantes, quod* RVPERTO feniori *competit ius eligendi Regem Romanorum.*„

An. 1341.

NOS HEINRICVS *Dei gratia Sce* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Notum esse volumus tenore presentium universis, nos vidisse, & plene perlegisse Litteras Serenissimi Principis

pis Dni LVDOWICI Romanorum Imperatoris, & Dni LVDOWICI Marchionis *Brandenb..*, continentes ordinationem & Tractatum de *Comitibus Palatinis Reni*, quis ipsorum, Ius, seu Vocem electionis in Romano Imperio, seu Rege Romanorum quam primum eligendo habere merito debeat! Ex quibus siquidem Litteris liquide apparet, Excellenti Principi, Dno RVDOLPHO Comiti *Pal.* Reni, Duci *Bavarie*, quam primum oportunitas ad hoc se offerret ut Romanorum Rex eligi deberet, competere ius & vocem in electione, duntaxat, & nulli alteri Persone. Ea igitur per dictum Dn. RVDOLPHVM supplicatum nobis extitit, ut ordinationi prefate in predictis litteris contente, nostrum prebere vellemus Consensum benevolum & assensum.

Nos itaque, tamquam is, ad quem hoc de iure sicut Principem & Coelectorem Imperii spectare dinoscitur, Supplicationi predicti Dni Ducis annuere cupientes, prefatam ordinationem factam per litteras predictas ratificamus, & nostrum ei prebemus consensum, assertionem, & assensum expressum. Recognoscentes, Ipsum in prima electione futuri Regis eligendi facienda, habere vocem eligendi, tamquam Principem, & nostrum in ipsa electione Coelectorem. Harum nostrarum testimonio Litterarum. Datum *Franckford* VIII Kal. Iulii. Anno Domini MCCCXLI.

24. Iunii.

CCXXXI.

EIVSDEM,

„*quod* IOH. de Helmstat *X. librar. Hallens. redditus* „ *de Stura in* Amorbach *cedentes in feudum tenet castrense*, Steynach *deserviendum*.„

An. 1341.

NOS HEINRICVS *D. G. sancte Sedis* Maguntine *Archiepiscopus*, - - - - Notum facimus universis — —, quod super Litteris a Reverendo in XPO Patre, Dno BALDEWINO

WINO Archiepiſcopo *Trever.*, olim pro Defenſore ſeu Proviſore Eccleſie noſtre *Maguntine* ſe gerente, quondam SYZONI de *Venyngen* armigero traditis, nec non gratiis eidem *Syzoni* & ſuis heredibus factis per easdem litteras, quarum tenor talis erat ut ſequitur in hec verba:

„Nos BALDVINVS — — — — — Datum *Wormatie* Anno . . MCCCXXX. X Kal. Iunii.

Facta nobis per SIFRIDVM de *Veningen* ſeniorem, Militem, dicti *Sizonis* fratrem, tanquam heredem, ad gratiam in dictis conceſſam litteris captandam proximiorem, reſignatione & renunciatione ſimplici - - - in IOHANNEM de *Helmſtat* armigerum per ipſius *Sifridi* litteras nobis exhibitas ſuper eo, que ſic incipiunt:

„Ich Syfrid von Venningen Ritter, der Elter — — — — [*Dat. 1341. Vigil. Pentecoſtes.*]

Nos ex tunc eidem *Iohanni*, quem in noſtrum Servitorem & Caſtrenſem caſtri noſtri *Steynach* - - - acquiſivimus, pro centum libris *Hallenſium*, decem librarum redditus annuos [*preced. Charta memoratos*] aſſignavimus & preſentibus deputamus ſuper *Stura* opidi noſtri *Amorbach*, ſibi - - - miniſtrandos ex nunc inantea in feſto bti *Martini* hyemali - - -, tam diu, donec ipſi *Iohanni* vel ſuis heredibus per nos — — — de predictis centum libris fuerit - - plenarie ſatisfactum - - - — Tenebuntur quoque prefati *Iohannes* & ſui heredes in d. caſtro *Steynach* reſidentiam facere perſonalem cum armis & Equis, quociens & quando ſuper eo a nobis - - - fuerint requiſiti.

In cuius rei teſtimonium — — — Datum *Buchheym* XVII Kal. Octobris - - MCCCXLI.

CCXXXII.

CCXXXII.

„*Littera, quod* H. *de* Brathbach *&* Katherina „*hereditarunt Monast.* Aldenb. *loco & nomine duarum filiarum suarum* &c. „

An. 1341.

ex Integr. Ego Hermannus de *Brathbach* & Katherina Coniuges - -, recognoscimus tenore presencium publice protestantes, Quod cum Venerabiles & dilecte in Xpo.., Dna Magistra & Conventus Scimonial. in *Aldinburg* . . . . ad preces nostras & instanciam receperint Hildegundim & Wyndrudim filias nostras, & eis Prebendas contulerint propter Deum; Nos, grates ipsis quas possumus referre sicut decet merito cupientes; sana deliberacione prehabita decrevimus, Magistram & Conventum predictas, seu Ecclesiam ipsarum in *Aldinburg* hereditandas legitime, nomine & racione filiarum nostrarum predictarum. Quas quidem communicata manu & consensu mutuo hereditamus, ac heredes nostros sive successores legitimos facimus & constituimus per presentes. Ita quod post mortem nostram de omnibus bonis nostris porcionem hereditariam accipiant, & obtineant pro tanto, quanto filias nostras pred. contingere posset proporcionaliter, & de iure deberet, si in seculo permansissent. Difficultate & contradictione qualibet non obstante. Renunciantes plane, simpliciter & expresse - - - - Exceptionibus doli mali, omnique iuris remedio - - -, quod contra premissa nobis - - - suffragari posset vel prodesse; prefatis quoque Magistre & Conventui - - - - contrariari inposterum aliqualiter, vel obesse.

In cuius rei testimonium & robur dedimus eis presentes Literas, Sigillo universitatis civium de *Wetflaria*, ad preces nostras & instanciam sigillatas. Huius facti testes sunt Ebirhardus *Rode*. Marklo iunior *de Nuvern* & Conradus de *Catzinfurt* Scabini *Wetflar*.., & plures alii fide digni. Actum & datum in Crastino omnium Scor. Anno Dni M.CCC.XLI. 2. Nov.

CCXXXIII.

CCXXXIII.

HENRICVS *per modum Testamenti feudum vasallatus sive masculinum confert Ecclesiæ metropolitanæ.*

An. 1342.

[*p.658. n.14 & p.1018. in Addit.*]

Consistit feudum illud in integra villa, Mumbach *dicta officiaturque per Satrapam, qui semper est de gremio Rmi Capituli.*

IN NOMINE DOMINI. *Amen. Nos* HEINRICVS *Dei gratia* Sancte Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius* notum facimus presentium inspectoribus universis, presentibus & futuris; Quod nos attendentes, nichil esse certius morte, nichilque incertius hora mortis; volentes itaque aliquid boni, sani mentis & corporis, diligenti deliberatione disponere, unde salutem in presenti & remedium anime in futuro de Omnipotentis DEI misericordia consequi valeamus; *ex Autogr*

Sane igitur Feodum vasallatus, quod ein Manlehen vulgariter dicitur, ad nostram dispositionem alias per mortem quondam GYSILBERTI dicti *Grozze* * devolutum, quod quidem ARNOLDO dicto *Unbescheiden* † Armigero, nostro famulo, ad tempora sue vite duntaxat, contulimus possidendum; in nostre, nostrorumque Predecessorum & Successorum Archiepiscoporum Mogunt. animarum remedium, nec non nostram salutem, Honorabilibus viris Decano & Capitulo Ecclesie nostre Moguntine, cum omni dominio, Fidelibus, hominibus, redditibus, censibus, iurisdictionibus altis & bassis, bonis, vineis, pratis, pascuis, aquarum decursibus, agris, terris cultis vel incultis, quesitis & inquisitis; & universaliter omnibus iuribus & pertinentiis suis, in quibuscunque consistant vel nominibus nuncupentur, conferendum duximus & conferimus in his scriptis; Ita quod omnes fructus provenientes de feodo huiusmodi, inter Prelatos, Canonicos & Vicarios

* *qui etiam* de Selhoven, *Armiger.*

† *et is mod*[...] de Lechenich, *modo* de Dorslar *se scripsit.*

 di-

diebus infrascriptis presentes, prout hactenus de cottidianis distributionibus, que *Presentie* nuncupantur, consuevit fieri, equaliter dividantur.

In cuius gratie recompensam iidem Prelati Canonici & Vicarii singulis annis in crastino bte *Katherine* virg. post mortem dicti *Arnoldi*, & in vita nostra pro nostro, gregisque nobis commissi felici statu, unam Missam de S. Spiritu in choro dicte nostre Ecclesie sollempniter celebrabunt. Sed post nostrum decessum de vita presenti, nostras exequias, videlicet diem Depositionis, Septimum & Tricesimum, & deinceps annis singulis in die depositionis nostre Anniversarium nostrum sollempnitate congrua peragent, sicuti anniversaria Archiepiscoporum Mogunt. nostrorum predecessorum peragi & celebrari in ipsa nostra ecclesia hactenus consueverunt.

In quorum testimonium & perpetuam firmitatem Sigillum
20. Ian. nostrum presentibus est appensum. Datum *Erbach* XIII Kal. Febr. Anno Domini MCCCXLII.

CCXXXIV.

Commissio ad excipiendum Homagium a Castrensibus Giboldehusanis, *prout Senatu Civibusque in* Duderstadt.

An. 1342.

[p. 658. n. 16. *Cui add.* p. 673. n. 8.]

ex Autogr. Wir Heinrich von Gotis gnaden des Hilgen Stuls zu Mentze Ertzbischof, des H. R. R. in Tutschen Landen Ertzcantzler; Tun kunt allen Luten, und by namen Den, dy daz ruret oder des zu tunde hant; Daz wir den Erbern Man, Ernsten von Oytgenbach unsirn lieben Magen, Probste des Stiftes zu Sante Petir zu Mentze; Bertolden von Worbiz Ritteren, und Johan von Wintzingenrode unsir Vogde zu Ruste-

Kufteberg, und yrm yglichen besunder gantze frie und volle Macht, gewalt u. gebot gegebin haben, und geben an disem Brief, daz Sy von unsir und unsirs Stiftes wegen an unsir stat, Hulde u. Eide enphahen von den Strengen Luten, den Mannen u. Burgmannen zu Gebeldhusen, Turnknechten, Portnern u. Wechtern daselbis; Und ouch von den Bescheiden Wisen Luten, den Ratismeistern, dem Rate, und den Burgern gemeinliche zu Dudirstat, nach den Reden und Koufe, die wir mit dem Schinbern Fursten, Herren Heinrich Hertzoge zu Brunswig, und Frauwen Hedewigen siner elichen Wirtin, und Sy mit uns getan hant; und darzu alle ding zu tun, die darzu noit u. nutze sint. Und wollen alle ding, die sy alle Dry oder ir Zwen an disen dingen tunt, stete u. veste halten.

Des zu Urkunde ist unsir Ingesigel an diesen Brief gehangen. Der geben ist zu Aschaffinburg des Dunirstages nach Sante Mathias tag des Heiligen Apostelen. Do man zalt nach Cristus geburte Druzehen hundert und zwei u. virzig Jare. 2. Febr.

Commissariis intus nominatis adiunctus postea fuit HARTVNGVS de Northoven *Provisor* Erfurtensis, *Canonicus B. V. ibidem. Præstiteruntque* Duderstadienses *homagium* am Sunnabende vor Mittevasten. SIGILLVM BVRGENSIVM IN TVTERSTAT *duos exhibet Leones.*

Reversales vero Castrensium Giboldeh.. *sic ordiuntur:* Wir Otte von Gots gnade Grave zu Lutterberg, Hartman von Sulingen, und ander Burgman gemeynlich zu Gebeldehusen &c. 1342 *Dominica* Lætare. *Comes leonem gerit, retro quem tres conspiciuntur trabes.* Sulingius *tres calices apertos, locatos in forma triangulari.*

Anno deinde 1347 HENRICVS *Dux cavet, partem Vrbis duodecimam, habentem adhuc, nemini venditurum pignorive daturum, præterquam aut fratri suo Duci* WILHELMO, *aut Ecclesiæ* Moguntinæ.

* * *

CCXXXV.

ELECTORIS Moguntini *consensus in emendationem defectuum Iudicii Curiæ Imperialis.*

An. 1342.

Exemplar quod comparet in editione nova Recessuum Imperii p. 44. *a substrato desumptum est, possuntque mutuo conferri.*

ex Autogr. Wir Ludowig von Gots gnaden Romischer Keiser, ze allen ziten Merer des Richs. Bekennen vnd tun kunt offenlichen an disem Brief; Wan der Erwirdig Heinrich, Ertzbischof zu Meintz, unser lieber Furst u. Ertzcantzler sinen Willen u. Gunst darzu geben hat; daz man an unserm Hofgericht furbaz allermenniklich richten sol nach unserer Vorvarn Kunigen u. Keisern Gesetzen und geschriben Rechten, als an dem nachgeschriben Brief von wort zu wort geschriben stát.

Wir Heinrich von GOts genaden Ertzbischof des Heiligen Stuls zu Meintz, des Heil. Rom. Richs in Tutschen Landen Obrister Canzler, veriehen offenlichen mit disem Brief, daz wir ze dem geboten Hof ze Franchenford, dahin der Allerdurchluchtigest unser gnediger Herre, Keiser Ludowig von Rom, uns under andern Kurfursten, Fursten, Grefen u. Herren durch des Richs notdurft geboten het, under andern Sachen die da ze handeln waren, Uns allen da gekundet und furgelegt wurden grozz Gebrechen, die, Edel und Unedel, Arm u. riche von des vorgenanten unsers Herren des Keisers Hofgericht heten und liden; wan von alter böser gewonheit oft u. dikke davor ungelich gerichtet u. ertailt wurd; Und umb solch Gebrechen ward Er mit uns und andern Kurfursten die da engegen waren, Und wir mit Im ze rat, und komen uberein, Und geben ouch unsern Willen u. gunst darzu mit disem unserm Brief, daz man furbaz vor desselben unsers Herren des Keisers Hofgericht allermänniklichen richten sulle u. müge nach Kunig u. Keisern, seiner Vorvarn an dem Romischen Riche, Gesetzen, und irn geschriben Rechten.

Wer

Wer ouch, daſ dhein ir geſezt oder geſchribens Recht von böſer Gewonheit abgangen, oder ze einem Unrechten worden were; daz ſol und mag Er bezzern, ſetzen u. machen nach der Kurfurſten und anderer Herren rat, als In danne dunket daz ez allermänniclich nuz u. gut ſei. Doch mit behaltnuzz Unſer und anderer Kurfurſten Recht, freiheit, u. guter gewonheit.

Daruber ze urkund henken wir unſer Inſigel an diſen gägenwurtigen Brief. Der geben iſt ze Franchenford, do man zalt von Kriſtes geburt Druzehen hundert Jar, und in dem Zwei und Vierzigſten iar, An Sand Matheus tag.

So haben wir Im, Sinen Nachkomen und ſinem Stift geheizzen u. geſprochen, daz die geſchriben Recht u. Geſezt, die iezu ſin, oder die wir noch ſetzen oder machen, In, als da vorgeſchriben ſtät, nicht ſchaden ſullen an irn Rechten, Freiheiten u. gut gewonheiten, die Sie von Unſ, unſern Vorfarn und dem Riche habent, u. herbracht ſind.

Zu Urchund diſ Briefs. Der geben iſt ze Franchenford an Sand Matheus tag. In dem Acht und zweinzigſten Jar unſers Richs, und in dem Fuifzehenden des Keiſertums. Anno Domini *MCCC Quadrageſimo ſecundo.* 21 Sept.

CCXXXVI.

„*Littera* H. *de* S. *quod ipſe VIII librar. redditus tenet* „*in feudum caſtrenſe in* Biſchoffsheim, *cedentes de Precaria ibidem.*„

An. 1342.

Ego Hildebrandvs de *Sauensheim* Miles Notum facio univerſis, quod Reverendus in X° Pater & Dns meus, D. Henricvs Archiepiſcopus Mogunt. me in ſuum & Eccl. ſue Caſtrenſem caſtri & opidi ſui *Biſſchoffheim* conquiſivit pro L. libris *Hall.*, pro quibus . . VIII librar. Redditus ſuper *Precaria* opidanorum in *Biſſcb.* . deputavit,

 michi

michi annis ſingulis & meis heredibus feodorum capacibus in feſto B. *Martini* miniſtrandos tam diu, donec . . [nobis] predicte L. libre absque defalcatione qualibet perſolvantur. . Et antequam nobis huiusmodi ſumma pecunie perſolvatur, tenebimur ego & mei heredes - - in bonis noſtris propriis & liberis, predictis Caſtro & Opido melius ſituatis, . . Dno noſtro Archiep. & Eccl. M. VIII libr. *Hall.* redditus, & perpetuos demonſtrare, - - ac ab Ipſis in feodum caſtrenſe - - - recipere perpetuo & tenere, cum omni fidelitate, iuramentis & ſerviciis, in talibus feodis debitis de conſuetudine & de iure; & ſuper eo dare Litteras duplicatas, prout alii noſtri Caſtrenſes & fideles facere conſueverunt.

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Herbipoli* in die B. *Nycolai.* Anno Domini MCCCXLII. *6. Dec.*

CCXXXVII.

CAPITULI Aſchaffenburgenſis *obligatio ad perpetuum Anniverſarium, pro* ELISABETA, *relicta* HENRICI *Ducis* Auſtriæ, *filia* RUPERTI *Comitis* de Virneburg.

An. 1343.

In *nomine Domini. Amen.* NOS MARSILIUS *Decanus*, & totum Capitulum Ecclesie *Aſchaffinburgenſis* Moguntine dioceſis, recognoſcimus & tenore preſencium publice profitemur; Quod Excellentiſſima & *Reverendiſſima* Domina, Dna ELYZABETH, Duciſſa *Auſtrie & Styrie*, Relicta Illuſtris Principis, felicis memorie quondam Dni HEINRICI Ducis Auſtrie, Nata quondam *Spectabilis Viri*, Dni RUPERTI Comitis *de Virnenburg*, nobis & Eccleſie noſtre predicte, in animarum ipſius Dne ELISABETH, quondam Dni HEINRICI, mariti ſui; ac dilectorum Parentum ſuorum quondam Dni RU-

PERTI

PERTI patris sui predicti, ac CVNEGVNDIS, ipsius quondam *Ruperti* conthoralis legitime, nec non omnium & singulorum progenitorum & successorum suorum acceptabile remedium & salutem, Centum libras *Hallensium* legalium tradidit, donavit, deputavit, & sincera benivolencia liberaliter assignavit, in certos & perpetuos Redditus convertendos, in eiusdem Dne ELYSABETH & omnium & singulorum predictorum Anniversario inter presentes Canonicos & Vicarios Ecclesie nostre . . distribuendos, & iuxta ecclesie nostre consuetudinem, *Presentiarum* nomine equaliter dividendos. Quod quidem Anniversarium, ex nunc & inperpetuum, in festo bti BLASII *Episcopi* annis singulis, pulsatis campanis, & quatuor candelis, qualibet candela de duabus libris cere, accendendis & ardere debentibus in Vigiliis & in Missis pro defunctis, in ipsa nostra Ecclesia devocione congrua sollempniter & memoriter peragemus. Ad premissorum perpetuam observanciam, nos & nostram ecclesiam sponte, simpliciter, & firmiter presentibus obligantes.

In quorum omnium & singulorum testimonium atque robur, Sigillum Reverendi in XPO Patris & Domini nostri, Dni HEINRICI, Sancte Moguntine Sedis Archiepiscopi, ad preces nostras, una cum Sigillo Ecclesie nostre, presentibus est appensum.

Et nos HEINRICVS, Dei gratia Sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius predictus, Sigillum nostrum huic scripto, Sigillo prefate Ecclesie *Ascb.* . . sigillato, ad preces Decani & Capituli . . appendi iussimus in testimonium premissorum.

Datum *Ascbaffinburgi* II Nonas Augusti. Anno Domini MCCCXLIII. 4 Aug.

CCXXXVIII.

CCXXXVIII.

Pecuniam pro Anniversario deputatam, ipsa ELISABET *converti vult in annuos reditus.*

An. 1343.

NOS ELYZABET Ducissa *Austrie* & *Styrie*, Relicta Illustris Principis felicis memorie quondam Domini HEINRICI Ducis *Austrie*, recognoscimus per presentes; Quod, quam primum Honorabiles Viri, . . Decanus & Capitulum ecclesie *Aschaffenburgensis* Mag. dioc. illas centum libras, quas ipsis tradidimus & deputavimus, in certos commutandos Redditus, in Anniversario nostro, quondam Mariti nostri predicti, ac quondam RVPERTI patris nostri & CVNEGVNDIS conthoralis eius legitime, * cumque progenitorum & successorum nostrorum, annis singulis in festo bti BLASII *Episcopi* in ipsa ecclesia *Asch.*. pulsatis campanis & accensis quatuor candelis in Vigiliis & Missis pro defunctis peragendo sollempniter, inter presentes Canonicos & ipsius ecclesie Vicarios *Presentiarum* nomine equaliter dividendos, prout super eo edite narrant Littere, in Redditus commutaverint; ex tunc prefatos Decanum & Capitulum ab amministratione reddituum XII maldrorum siliginis Aschaffenb.. mensure, quos de granario Presentiarum suarum, usque iniunctum ipsis commutationis pecunie in certos redditus, & donec ipsa pecunia commutata fuerit, tradendos, ministrandos, & in eodem Anniversario ut premittitur distribuendos, iidem Decanus & Capitulum nobis plene demonstr.., quitos & solutos esse volumus; Quos & nos ex nunc prout ex tunc, ipsa commutatione facta, mox ab eisdem XII maldris siliginis redditibus, & eorum amministratione quitamus, quitos & liberos pronuntiamus simpliciter in his scriptis, Sigillo nostro sigillatis in testimonium super eo.

6 Aug. Datum Anno Domini MCCCXLIII, VIII Idus Augusti.

* *Fuisse videtur* RVPERTI *coniux in* secundo *matrimonio, ac proin ipsius* ELIZABETHAE Noverca; *alias enim appellasset* Matrem.

CCXXXIX.

CCXXXIX.
„Luchardis *de* Dudinhoven.„

An. 1343.

Nos : : IUDICES & Scabini *Wetflarienſes* tenore preſencium recognoſcimus litterarum; Quod conſtituta coram nobis preſencialiter in figura Iudicii, HEBELA, relicta quondam HEINRICI de *Pumberg*, noſtra concivis, & propter ſuorum debitorum oppreſſionem tactis ſacroſanctis Dei Reliquiis publice declaravit, quod eam quedam de Bonis ſuis vendere oporteret; Tandem per Sentenciam a nobis iuſte latam obtinuit, quod ad XL marcarum valorem vendere poſſet licite, & deberet. *ex Autogr.*

Vendidit igitur dicta *Hebela*, & vendit per preſentes iuſte venditionis & mere proprietatis titulo, LUCHARDI de *Dudinhoven* noſtre concivi, & ipſius heredibus, quatuor Solidos *Colonienſium* denar. annui & perpetui redditus, ſibi in die bti *Martini* Ep. ex domo *Cuntzonis* de *Nuwenkirchen* Pannificis infra muros *Wetflar*. ex oppoſito cymiterii *Fratrum Minorum*, ſita inter domum Beginarum de *Holtzheim*, & domum CUNEMANNI de *Wylemunſtere*, titulo Cenſus fundi perſolvendos annuatim, pro quinque marcis denariorum numerate pecunie, ſibi ut aſſeruit tradite & pagate. Que inquam domus prius ſolvebat dicte *Luchardi* de *Dudinhoven* quatuor ſolidos *Col.* den. in predicta bti *Martini* die, & Vicario Altaris S. *Margarethe* in eccleſia *Wetflar*. cuicunque exiſtenti pro tempore, quatuor ſolidos *Col.* & pullum carnisprivialem, nomine Cenſus annuatim. In premiſſorum omnium teſtimonium Sigillum Civitatis noſtre predicte Litteris preſentibus duximus appendendum.

Acta ſunt hec, preſentibus nobis GERLACO *Langen* & HENRICO de *Herlisheim* Iudicibus; GERBERTO *Udonis*, EBIRHARDO *Roden*, MARKLONE *Erneſti*, MARKLONE de *Nuvern* iuniore, CONRADO de *Catzinfurt*, & FRIDE-

BERTO *Reyen* Scabinis. Sed ſpeciales teſtes Vendicionis ſunt EBIRHARDVS *Rode* & MARKELO iunior Scabini predicti, & plures alii fide digni. Datum Anno Domini *MCCCXL tercio*. Menſe Novembri.

CCXL.

Colonienſis ELECTOR *duos conducit Nobiles: ad Bellum, quod gerit cum Comitibus, Dominisque* Weſtphaliæ *ceteris.*

An. 1344.

ex Autogr. NOS WALRAMVS *Dei gracia Sancte* Colonienſis *Eccleſie Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Italiam Archicancellarius* notum facimus univerſis, Quod, ut SALANTINVS de *Sowelnheim* * & HERMANNVS de *Vdenheym*, Milites, in Guerra noſtra preſenti contra Comites *Loſſenſes*, de *Marka*, & de *Arnsberg*, ac alios Dominos terre *Weſtphalie*, noſtros Inimicos, & eorum adiutores, tota ipſa guerra durante, quociens & ubicunque neceſſe habuerimus, quilibet ipſorum cum uno armato equite galeato ſibi adiuncto fideliter ſerviat, promiſimus & promittimus cuilibet ipſorum dare Centum florenos parvos aureos, vel valorem eorundem in alio pagamento, in feſto Nativitatis Domini proxime nunc venturo. Si vero in dicta guerra noſtra, que iam per *treugas* eſt ſuſpenſa, compoſitio intervenerit *antequam perveniat ad incendia & rapinas*, ex tunc medietatem duntaxat dicte pecunie ipſis in eodem termino perſolvemus.

*Saulheim.

In quorum teſtimonium Sigillum noſtrum preſentibus eſt appenſum. Datum *Colonie* Anno Domini M.CCC. *Quadrageſimo quarto*, ſexta feria poſt aſſumpt. bte Marie Virginis.

CCXLI.

CCXLI.

Particulæ genearchicæ Solmenſes.

a) Iohannes & Bernardus Comites *occ. in Litteris Ludovici* 1344.
militis *de Hachenberg*, quibus omni renuntiat actioni, habitæ contra Monaſterium *Aldenb.* quoad Redditus in villa *Eringhauſen.* Sabb. ante Dominicam *Quaſimodo.*

b) Wir **Philips** Greve zu **Solmze**, Frauwe **Mene** unſer eliche Wirtin, bekennen — — — daſ wir diſin Brif beſigilt han 1345.
— — —, vor unſ und alle unſir rechtin Erbin; mit namen vor unſirn Son **Reimbolden**, u. unſir nachkummelinge ꝛc. Dominica *Invocavit.*

c) Wir **Johan** Grebe von Solmze, **Irmegart** unſer yliche Frauwe, 1352.
Dyderich unſer Sune, bekennen uffenlichen in diſme Briſe, daz wir eyndreichteliche luterliche durg Got verzyegen han, - - - umme de forderunge u. Anſprache de wir hattin zu ſulichme Gude, alſe dy Yrbern - - Frauwen dez cloiſters zu Aldinburg gehabit han vnd beſezzin zu Lauffdorp - - - *Vigil. Puriſ. M. V.*

d) Wir **Philips** Grebe zu Solmze, Mena *uxor* - - - Daſ wir mit 1352.
ſameder Hant virkaufen - - - ſes Morgin Widen - - - dy da gelegen ſint nidewendig Solmze uf der Lane, das man nennet die Schelde, unſerm Burgmanne Ludewige von Rodeheym umme (60 tb) gudir Wetflar. Werunge ꝛc. *Thomæ Ap.*

CCXLII.

Confirmatio beneficii eccleſiaſtici, fundati in caſtro Libsberg.

An. 1345.

Nos HENRICVS *Dei gratia Sanctæ* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius* notum facimus univerſis, Quod propter divini cultus augmentum, inſtauracioni erectioni fundacioni & dota- *ex Autogr.*

 cioni

cioni Altaris, in honore B. *Pancratii* Mart. per Nobilem virum HERMANNVM de *Liebsperg* in Castro suo *Liebsperg* in sui nec non suorum progenitorum salubre remedium animarum factas, dummodo absque Patroni, Plebani & parochialis ecclesie eiusdem loci, nec non cuiuslibet alterius iuris preiudicio facte sunt, ratas & gratas habentes, easque in DEI nomine presentibus confirmamus. Proviso tamen, quod ad dictum altare tanta Dos fuerit assignata, per quam Sacerdos institutus aut instituendus sustentacionem congruam habere, & alia onera sibi incumbencia commode valeat supportare.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Aschaffenburg* III Idus Aprilis. Anno Domini MCCCXLV.

11. Apr.

Consensum huic fundationi (an. 1344 *fer. 4 post Pascha*) *prebuerat* HENRICVS *Abbas* Fuldensis, *ceu Patronus paraeciae in* Schweikartshausen: *Cuius, Capella* Liebsbergensis *erat filia. Vocans* Hermannum *fundatorem*, Sororium *suum.*

✲ ✲ ✲

Pro faciliori Chartarum, ab anno 1345 *usque ad* 1354 (*res* Moguntinas *tangentium*) *intellectu, earumve comparatione, notanda hoc loco est gravis, quae cum Archiepiscopo* HENRICO *contigit, immutatio. Prae Scriptoribus reliquis circumstantialiter eam refert Abbas* TRITHEMIVS P. 2. p. 198 *in* Hirsaug. *cuius proinde verba sequor.*

„Anno memorato (1345 *ait*) CLEMENS Papa VI in Avenione residens, HENRICVM de *Virneburg* Archiepiscopum Moguntinum ad se in propria persona citavit ad instantiam quorundam delatorum, propterea, quod LVDOVICO Imperatori excommunicato iam diu nimis adhaerere pertinaciter, & de auctoritate Romani Pontificis minus catholice sentire videretur; citatus autem contempsit, unde Papa commotus, eum in publico multorum consistorio excommunicavit, & denuntiari per eius Provinciam praecepit.

Ad

Ad annum vero sequentem 1346 *continuat in hunc sensum:*

„Anno *Wichardi* Abbatis quinto, die vero Aprilis septimo, „*Clemens* - - apud Avenionem in Consistorio publico, de con-„silio & assensu Cardinalium, HENRICVM ex Comitibus *de* „*Virneburg* A. M. citatum, & non comparentem, ut iam dixi-„mus, per sententiam ab omni dignitate Pontificali deposuit, „& privatum omni iure, quod habuerat ad Moguntinam Eccle-„siam, in perpetuum pronuntiavit. Verum ne post *Henrici* de-„positionem Moguntina videretur diutius vacare insignis Eccle-„sia, idem Papa *Clemens* Archiepiscopatum contulit Decano „eiusdem Ecclesiæ maioris GERLACO, filio *Gerlaci* Comitis *de* „*Nassau*, Viri divitis atque potentis, per cuius assistentiam par-„tes Henrici sperabat infirmandas, ac penitus conterendas.

„GERLACVS itaque assumpto Pontificatu, *Henricum* qua „potuit persequitur, & Ecclesia Moguntina, illis inter se per an-„nos ferme octo pro Archiepiscopatu decertantibus, pene tota „desolatur. HENRICVS enim Papæ contempsit sententiam, & „se, ut prius, Archiepiscopum gessit in omnibus. CVNONEM „quoque *de Falckenstein* Canonicum Ecclesiæ memoratæ, * vi-„rum doctum atque prudentem, qui post Baldewinum factus est „Archiepiscopus Trevirorum, in coadiutorem sibi constituit, „per cuius industriam simul & suffragia cognatorum partes suas „non parum contra *Gerlacum* tuebatur. Per annos tamen octo „continuos, quibus *Henricus* post sui depositionem supervixit, „ad quietam possessionem *Gerlacus* non pervenit, uterque ta-„men se gessit Archiepiscopum, & tam in spiritualibus quam in „temporalibus, Pontificis, uterque in locis sibi commodis, ex-„ercebat officium.

* *immo Scholasticum. An. 1348 Præpositus.*

„Durante hoc Schismate, per annos sicuti diximus octo, mi-„serabili desolatione in utroque statu Moguntina premebatur Ec-„clesia; tantaque damna per illud tempus in re familiari susti-„nuit, quanta in centum annis postea non potuit recuperare. „Ambo namque contendentes pro lana, nullus se verum aut vo-„luit, aut potuit exhibere Pastorem; sed ut suam quisque par-„tem rebus & viribus meliorem redderet, proventus Ecclesiæ „annuos & census ambo miserabiliter alienando distraxerunt. „Pauperum Rusticorum in tota possessione Principatus incendia, „spolia, & ultimam desolationem consulto pertranseo; Mona-„steriorum & Ecclesiarum calamitatem non adverto; Vnum fuit

„ malorum omnium maximum, tot periculum (ne dicam damnatio) animarum, dum cuiusque partis Caput in alteram excommunicationis fulminaret sententiam, & præsumptam quisque suam defenderet existimationem.

✲ ✲ ✲

CCXLIII.

CAROLUS Rom. Rex *interposita iurisiurandi religione promittit* GERLACO, *se eidem astiturum cum tota sua potentia contra* Henricum *de* Virneburg, *ad possessionem Episcopatus pacificam nanciscendam.*

An. 1346.

ex Autogr. NOS KAROLUS *Dei gracia in Regem Romanorum electus, semper Augustus.* Notum facimus universis presentes Litteras inspecturis, Quod, quia Reverendus in XPO Pater, Dominus GERLACUS Sce *Maguntine* Sedis Archiepiscopus, Consanguineus noster carissimus nos & quevis negocia nostra, tamquam propria prosecutus est hactenus, & prosequitur toto posse; Nos cupientes ob eundem sinceritatis affectum, sibi perpetue dilectionis astringi vinculo, & uniri; Promisimus, & tenore presencium promittimus data fide, & nichilominus recognoscimus ad sancta DEI Ewangelia corporaliter tacta nos iurasse, dictum Dnm *Gerlacum* ad assequendum & nanciscendum sui dicti Archiepiscopatus *Maguntini* possessionem pacificam & quietam contra Dnm HEINRICUM de *Virnenburg* olim predicte Maguntine Sedis Archiepiscopum, ac universos & singulos alios eiusdem Archiepiscopatus illicitos detentores, in parte vel in toto, & contra quoslibet alios eidem Dno *Gerlaco* rebelles, & ipsum quovis modo impedientes, vel ipsum impedientibus prestantes auxilium vel consilium manifeste, quo minus eiusdem Archiepiscopatus sui pacificam &

& quietam possessionem adipisci valeat; cum nostris Castris, hominibus, rebus pariter & personis, & tota nostra potencia sine omni dolo & fraude fideliter adiuvare. Et nichilominus post adeptam possessionem sui Archiepiscopatus prefati, si quispiam ei iniuriam inferre, vel violenciam conaretur; & immo quod plus est, in reacquirendis bonis seu iuribus archiepiscopalibus, in parte vel in toto, sibi constanter assistere promisimus & promittimus fide data & omni modo quo supra, auxiliis & consiliis oportunis, cunctis temporibus vite nostre, sine omni dolo & fraude, pro nostrarum virium omni potentatu.

In quorum omnium testimonium, recognicionem & evidenciam, presentes Litteras fieri fecimus, & Marchionatus nostri *Moravie* Sigilli appensione † muniri. Datum in *Confluencia* die XII mensis Iulii. Anno Domini MCCCXLVI.

In Pomeriis prope Rense *super alveum Rheni eligebatur pridie.*

† *Siliens quo vehitur Dextrarius, velamento rugoso, assutis h. i. armorum clypeis, solotenus obductus est. Equi caput alte suffixam gerit avem ad volatum pronam. Typarium, splendore nulli secundum.*

KAROLVS PRIMOGENITVS REGIS BOEMIE *reliqua confracta.*

CCXLIV.

DE *reditibus in* Münster, *quos sibi comparavit Abbas* Arnstein. *a* Merenbergiis, SIMONE P. & Simone *F.*

An. 1346.

NOVERINT universi presencium perceptores, Quod ego SYMON de *Merenberg* Armiger, ac SYMON filius meus, matura prehabita deliberacione uno ore vendimus ac assignamus Venerabili viro Dno WILHELMO Abbati in *Arn-* *ex Autogr.*

Arnſtein, bona noſtra ſita in villa *Monſtere* prope *Duneberg*, ſuper *Bona* filiorum ſeu puerorum utriusque ſexus EMMERICI ibidem b. m. Videlicet dimidium maldrum avene menſure *Lympurgenſis* ſingulis annis, XV caſeos & VI denarios quolibet anno perpetue ex ipſis bonis miniſtrandos, iure proprietatis libere pacifice poſſidendum, & quiete. Renunciantes eidem omne ius in dictis bonis hucusque habitis ſimpliciter & in toto; promittentes ipſis plenam & conſuetam facere warandiam de eisdem.

In quorum omnium teſtimonium damus ſibi preſentem litteram, Sigillo . . Caſtrenſium & . . Opidanorum in *Merenberg* fideliter communitam. — — Teſtes: HENRICVS de *Dorlare* & ORTWINVS Scabinus cum aliis fide dignis.
14 Sept. Anno Domini *MCCCXL ſexto*, in die Invencionis ſce Crucis.

CCXLV.

CAPITVLVM Moguntinenſe, *ius ſuccedendi ſtabilitum in feudo habens quando Vaſallus obierit,* [n. CCXXXIII] *morte eius haud exſpectata illud mercatur.*

An. 1347.

[*p. 1018. in Addit. v.* Vid. ſupra]

ex Autogr. Ich Arnold, genant Vmbeſcheiden von Dorſlar, bekennen uffelichen und dun kunt allen Luden dy diſen Brif ſehint oder horent leſen; Daz ich alliz min Recht, und den Nutz, dy ich an dem Manlehen haben ſolte u. hatte, daz minem Herren, Hern Heinriche Ertzebiſchofe zu Mentze u. ſinem Stifte ledig wart von Todes wegin Gyſelbrechts ſelgen zu Selhofen, daz mir derſelbe min Herre mit gehengniſſe ſines Capitels zu rechten Manlehen geluhen hat, mine lebetage und nit langer zu haben u. zu virdynen; und darnach zu der Preſencien des Tumes zu Mentze geſazt und gegebin

gegebin hat; alse dye Briefe sprechent dy darubir gegebin sint; rechtlichen u. redelichen virkauft han, vnd virkaufen mit disem geginwertigen briefe, mit Willen u. virhengnisse mines egenanten Herren von Mentze, den Erbern Herren dem Capitel des Tumes - -, zu den Presencien desselbin Dumes, umme Zwei hundert und zwentzich Punde Hellere guder u. gengir werungen; dye mir dyeselbin Herren gantz u. gar bezalt, vnd mich der gutlichen geweret hant. Vnd virzigen auch lutirliche und willecliche, vor mich u. alle mine Erben uff alle dye vorgenanten Rechte u. nutze, dye ich zu demselbin Manlehen hatte, und haben mochte.

Ouch virzigen ich uff alle Briefe, dye ich darubir han von minem obgen. Herren von Mentze, und sinem Capitel, odir andirs von weme dye weren. Vnd wurden ouch keynerleie Briefe hinder mir oder minen Erben hernach fonden, Dye dye sache anrurten, ubir dye Briefe dye ich demselbin Herren wieder gegebin han; dye sulten dot sin, und keynerleie Macht haben.

Zu urkunde u. vestekeide allir diser vorgeschrieben Dinge han ich min Ingesigel an disen Brief gehangen. Der gegebin ist do man zalte nah Cristus geburte Druzehinhundirt Jare, darnah in dem Sybeden und Viertzigesten iare. Vff Sante Agnese tage der Heiligen Jungfrauwen. 21. Ian.

CCXLVI.

Inter Eberhardum *de* Randeck, *tutorio liberorum* Godefridi R. *nomine, ex una, ac* Margaretham, *filiam* Hertwici *Militis*, Schleich *de* Bockenheim *eiusque proles* Godfridum & Agnetem *ex altera partibus inita* Transactio, *pro obiecto habens redemptionem prædii* Northeimensis &c.

An. 1347.

Wir Emerche Lumelzun von Lewensteyn, Vnd Hertwig Schliche von Bochenheim Ritter, dun kunt — — — *ex Autogr.*

 Daz

Daz wyr zuschen Hern Eberhard von Randecke, Dumdechan zu Spire, der eyn Montpar ist sines Bruder Kinde Hrn Gotfrids selgen, *ex una parte*, Vnd zuschen Margereten, myn des vorgen. Hertwiges Dochter, und Gotfriden u. Angnes ire Kintde *ex alia* geret han ein gutlichen - - Bescheyt - - -, also hernach geschryben stet. Daz (*Eberhardus* Decanus *Spir. pred.*) bewysen sol . . Margareten und ire Kintde acht Phunt geldes, daz sye sicher sy; Vnd sal auch verzyhen uf die Ansprache die er gein In hatte umme Losunge des Gudes zu Northeim. Auch sal er Sy wyeder insetzen in ir Funfte deyl daz Her Gotfrid selge erklaget hatte. Er sal In auch ledig sagen solich Gut, daz Her Johan selge von Wizzensteyn syme Bruder Wilhelme versatzet hatte. Vnd sal auch verzihen daz funfte deyl des Wytdemes Frauwen Iden selgen, des vorg. Ebirhardes Muter; Mit namen ses Malder Kornes und eyne Ame Wingeldes. Erfunde aber Sy, daz des funften deyls des Wytdemen me were, dez sal man In auch rechnen.

Hye by sint gewest Meyster Helfrich Dechan zu Nuhusen. Her Brendel von Osch. . Her Gerhard Kemmerer, Her Johan Kemmer der Junge. Her Heinrich von Kongernheim Ritter.

Daz diz war und stetde verblybe, so han wir unser Ingesigel gehengket an dysen Bryf. — — — Vnd ich Margaretde u. Angnes - -, wanne wir nit Ingesigle han, So veriehen wir uns aller der Dinge dy hye vor geschryben stent, under myn Margar. Vatter Her Hertwiges, und Gotfrydes myns Sons Inges. dy an dysem Bryfe hangent. Der do wart gegeben - - - (1347) an dem nesten Mantdage vor Mittelfasten.

CCXLVII.

CCXLVII.

„*Littera* HENRICI *Lantgravii* Hassie, *& filii sui* „OTTONIS, *quod Ipsi Marschallatum, cum* „*iurisdictione in* Meiden *tenent ab* „*Eccl.* Mogunt.

An. 1347.

Wir Heinrich von Gots gnade Lantgrave zu Hessen, und wir OTTO sin Son, bekennen vor uns u. unsre Erben offintlichen an diesem Brieve, daz wir mit rade u. mit hulfe der Edlen Lude, Grefen Gerlaches von Nassauwe unsers lieben Swagers, Grefen Johans sin Sons, u. Grefen Syfrides von Widechinstein, umb alle Zweyunge, Kriege, u. Ouflouse, wie die ergangen sin zuschen dem Stiffte von Mentze u. Uns, mit dem Erwirdigen Herren, Hern Gerlache Ertzbischoff zu Mentze fruntlichen geeinet u. gesunet sin, in aller der wyß als hernach geschriben stet.

Zu dem Ersten, als der Stift von Mentze sprach, daz Land zu Hessen, daz Lantgrave Johan seligen - - inne hatte, daz dem Stiffte ledig wordin wer; Und unser Vater Lantgrav OTTE, dem Got gnade, sprach, sins Bruders Erbe were off In erstorben: Des Krieges u. der Ansprache hat unser Herre von Mentze vorgenant gentzlichen u. volleclichen vertzigen; von Siner u. sines Stiftes wegen, was Recht Sie daran han, adir gehaben mochten. Und hat uns u. unsern Erben gelihen die Lehin, und anders alle die Lehin die wir von dem Stiffte von Mentze hain, adir haben sollen: und mit namen daz Marschalle Ampt, u. daz Gerichte zu Madin, als unser Eldern daz von dem Stifte gehabit han; und sol uns daz truwelichin helfin beschirmen und behertin, als Er bilche tud. — —

Und des zu einer merer sicherheit geben wir diesen Brieff dem vorgen. unserm Herren von Mentze u. sime Stifte mit unsern In-

gesigelen besigelt. Nach Godes geburt Druzenhundert Jare, darnach in dem Sebin und vierzegisten Jare. An Sante Walpurge tag der Heilgin Jungfrauwen. *1. Maii.*

Annus 1348 est vacans.

CCXLVIII.

Renuntiatio super quota hæreditatis in Andernach.

An. 1349.

ex Autogr. VNIVERSIS quos nosse fuerit oportunum. Nos CRISTIANVS dictus *Munsterer*, HERMANNVS Miles, d. *Sebenen*, IOHANNES *Waltelmi*, & GOBELINVS Miles d' *Vrybeit*, *Andernacenses* Scabini notum facimus, publice protestando; Quod, propter hoc specialiter in nostra presencia constituti, ARNOLDVS & SIFRIDVS fratres, filii quondam ARNOLDI *Fryesen* Andern. Opidani, efficaciter recognoverunt, & presentibus evidencius recognoscunt, Conventui Sanctimonialium Ecclesie *Aldenburgensis* Ord. *Prem.* debitam & perfectam condivisionem tocius hereditatis, super qua . . ad invicem iam aliquanto tempore litigarunt nomine YDE sororis eorundem fratrum . . in dicta Ecclesia *Aldenb.* prebendate, ob iusticiam vere hereditatis, nec non ob pacem & concordiam inter se hinc inde mutuo & de cetero conservandam, iam actualiter se fecisse; Dolo & fraude qualibet cessantibus omnimode & penitus in premissis.

In cuius rei testimonium atque fidem ad pred. fratrum *Arnoldi* & *Sifridi* supplicem intercessum nostra Sigilla presentibus litteris sunt appensa. Datum Anno Domini M. CCC. XL Nono. Feria secunda infra Octavas Epiphanie eiusdem.

CCXLIX.

CCXLIX.

Abbati Arnsburgensi *per* Gerlacum *commissa auctoritas, ut dispensare valeat cum subditis suis, vel excommunicatis, vel irregulares factis, eo quod contra mandata Sedis Apostolicæ adhæserint* Ludovico Bavaro.

An. 1349.

[*p. 668. n. 11.*]

GERLACVS D. G. *Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Dilectis sibi in Xpo devotis, Abbati & Conventui monasterii in *Arnsburg* Ord. Cist. salutem, & per cursum in religionis stadio, celeste bravium adipisci.

Constituti, DEI & Romane Sedis gracia super Gentes, ut officii nostri debitum exequamur; puta evellenda evellendo, plantanda plantando, recta regendo, indirecta pariter dirigendo; Eapropter ad Vos, - - - in divinis obsequiis mancipatos favorabiliter inclinati, recognoscimus presencium cum tenore, quod vos & vestrum Monasterium, tam in spiritualibus quam in temporalibus iuxta officii nostri debitum protegendo, ad gremium nostre protectionis, *arridente nobis fortuna* assumemus, & assumimus in presenti. Nichilominus si quid erratum seu deviatum esset apud vos, quocunque nomine possit explicari, veniendo contra Mandata & Processus Sedis Apostolice, factos & emissos nomine nostre Provisionis, in quantum nostra auctoritas se ad hoc extendit, super eo misericorditer dispensamus. Committentes tibi Abbati auctoritatem nostram plenariam, dispensandi cum tuis subditis, si quis forte remorsum conscientie haberet, ut ex parte Ludewici *Bavari* fautorumque suorum, seu Loci interdicti, esset irregularitate & excommunicationis sententia irretitus.

Et quia egenis & peregrinis videtur auferri, quod a vobis, violencia vel alio quocunque ingenio extorquetur; cum preter pauperem victum vestrum omnia bona vestra hospitalitati & aliis piis operibus sint officiosissime deputata; Hinc est, quod violencia vel alio modo quocunque nichil a vobis - -, tanquam pro exactione extorquebimus seu petemus; sed in talibus libertatibus, privilegiis, graciis & indulgenciis vos & vestrum monasterium dimittemus, quibus a predecessoribus nostris Maguntinis Archiepiscopis ad ista tempora devenistis. Et hec omnia & singula, tam generalia quam specialia, prout officii nostri qualitas requirit, ratificamus presenti Pagina firmiter & sancimus.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est
15 Mart. appensum. Datum Anno Domini MCCCXLIX. Dominica *Oculi*.

CCL.

GERLACUS *concedit licentiam* Moguntinis, *villam* Cassel *una cum ecclesia: Turrim quoque penes villam* Flersheim, *cum excitatis illic loci ab Antagonista* HENRICO *propugnaculis, solo æquandi.*

An. 1349.

[*p. 661. n. 14.*]

GERLACUS D. G. *Sce Maguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Presentibus litteris recognoscimus & constare cupimus universis; Quod nos provide attendentes, quod si villa *Castel*, ex opposito civitatis Maguntine ultra Renum quasi in eius litore sita, una cum Murata, & bene cum propugnaculis munita parrochiali Ecclesia in eadem villa constituta, ad manus nostrorum & dicte civitatis Hostium ac sancte Sedis Apostolice rebellium

lium perveniret, ſicut iam actu iidem hoſtes ad occupandam villam & eccleſiam easdem, ſe diſpoſuerant, prout de hoc percepimus veritatem; dicta Civitas cum ſuis incolis, qui nos ad mandatum Apoſtolicum in eorum Archiepiſcopum humiliter receperunt, a predictis noſtris & eorum hoſtibus ac ſce Sedis Ap. rebellibus omnino remaneret obſeſſa; cum per occupacionem ville & eccleſie predictarum, poſſent, ad predictam civitatem deferentes in Reni navigio aſcendendo vel deſcendendo victualia ac alia dicte Civitati neceſſaria, impediri; Eapropter, de premiſſis racionabiliter & plenarie informati, ac ex quibusdam eciam cauſis aliis urgentibus & nos ad hoc moventibus, Civibus civitatis predicte, ut ipſi, per ſe vel alios noſtra freti auctoritate in hac parte, predictam villam cum ſua eccleſia, ad evitandum huiusmodi eis imminencia pericula diruere funditus ex toto valeant, indulſimus, & preſentibus indulgemus.

Preterea cum eciam Parrochialis villa *Flersheim*, ſita intra civitatem Maguntinam & Opidum Imperiale *Frankenfurt* ſuper Mogani fluvium ſeu in eius litore, Turrim quandam ſibi coherentem habeat, a predictis noſtris ac dicte civitatis Hoſtibus iam longo tempore occupatam, incaſtellatam, & firmis propugnaculis premunitam; de qua turri & eius propugnaculis homines, predicti Mogani fluvium aſcendendo vel deſcendendo, navigio tranſeuntes, bonis & rebus quas deferunt, ſpoliati ſunt hactenus, & adhuc cottidie ſpoliantur, capiuntur, & alias in ſuis rebus & corporibus inhumaniter offenduntur; ſic quod abinde utriusque ſexus hominibus, & preſertim his qui victualia ſeu alia neceſſaria ad predictam cupiunt deducere civitatem, ac eciam eiusdem civitatis Civibus & incolis res ſuas navigio ducentibus per .. Mogani fluvium aſcendendo, multa dampna & pericula inferuntur; Nos eciam ob cauſas predictas memoratis civibus, ut pred. Turrim cum ſuis propugnaculis ſimiliter funditus diruere valeant, auctoritate noſtra preſentibus liberam concedimus facultatem; Sic, quod ob predictas dirutiones iidem cives & eorum in hac parte miniſtri, nullam

lam propter premiſſa incurrant penam, contra Effractores ecclesiarum inflictam a Canonibus ſeu ſacro provinciali Concilio Maguntino.

19 Maii. Datum in vigilia Aſcenſionis Domini, Anno Domini MCCCXLIX.

CCLI.

„LITTERA *data* Depoſito *per Regem contra Dn.* „GERLACUM Ar. MOG. *non obſtante iuramen-* „*to quod preſtitit eidem in preſencia Pa-* „*pe & Cardinalium.*

An. 1349.

[*p 663. n. 9.*]

Wir KARL v. G. G. Romiſcher Konig ꝛc. Veriehen und tun kunt - - mit dyſme Brieve allen - - -, daz wir globit han, u. globen in guden Truwin - -, Heinriche von Virnenburg, der ſich nennet Ertzebiſchoff zu Mentze, Cunen von Falckenſtein Dumprobiſte, Niclauſe von Steyne, Johanne von Randecken, Johann von Beldersheym, Ebirhart von Roſenberg, der Marſchalck von Lorche, Rittere: Conrad Probiſt * von Spigelberg, Frederiche Swab Senger von Aſchaffinburg, mit allen den Perſonen, dy by In bliben ſint, Sy ſin Geiſtlich oder Werntlich; in der Stat, adir uzwendig der Stat zu Mentze; Were daz ſache, daz der Erwerdige Gerlach Ertzebiſchoff zu Mentze, unſir liebir Neve u. Furſte, mit yn crygete, adir crygen wolde; daz wir demſelben Gerlach adir den Synen, ſi ſin geiſtlich adir werntlich, nummer beholfen ſin ſullen adir wollen, mit worten, wercken adir briven wider Dy, dy da vorgeſchrebin ſint, und alle ir Helfer u. Dyner. Auch enſullen wir, adir enwullen nymand von vnſern wegen, wyder den Stift, den vorgenanten Heinrich, die Vormundere, und wider die obengeſchri-

* *S. Maurici Mog. poſtea metrop. Trev.*

geschriben Personen nit dun; noch ensullen sy irren abir hindern an irme Libe und an irme Gute. Ane alle argeliste u. geverde.

Mit urkunde dises Brives, versigelt mit unserm Koniglichem Ingesigel. Der geben ist zu Felde vor Eltevil. Do man zalte nach Cristus geburte (1349) An dem nehesten Dinstage vor Pingesten. In dem Dritten Jar unsirs Riches. *14 Maii.*

CCLII.

INSTRVMENTVM *examinis Testium ad perpetuam rei memoriam; Super hoc, quod villa* Weiterstat, *quam ab* Erkengero *de* Franckenstein *comparavit* Humbertus *de* Ariete, *donando eam Parthenoni* D. Claræ, *sit prorsus libera, onere ullo, vel specie servitutis affecta nemini.*

An. 1349.

IN NOMINE DOMINI AMEN. IVDICES sancte *Maguntine* Sedis, a Reverendo in Xpo Patre & Domino, Dno GERLACO Archiepiscopo *Maguntino* constituti, ad perpetuam rei memoriam. Ex parte Religiosarum, nobis in Xpo dilectarum, Abbatisse & Conventus monasterii & Ordinis Sancte CLARE in *Maguntia* nobis extitit cum instancia supplicatum; Quod, cum Villa, dicta *Weiterstat*, Mag. dioc., cum agris pratis pascuis nemoribus, & aliis suis pertinenciis universis, iure proprietatis ad ipsas & dictum earum Monasterium annis pluribus pertinuisset, & adhuc pertineat, & pertinere deberet; Ipseque - -, Abbatissa videlicet & Conventus - - - eandem villam - - - iusto titulo, bona fide, non solum XXX, immo XL annis & amplius, libere possedissent & legitime prescripsissent, sic quod nulli Persone seculari ius servitutis aliquod, *Herbergarum*, vecturarum, exactionum, seu steurarum in eadem villa vel eius pertinenciis quomodolibet competat, - - -;

Et premiſſa etiam eſſent probare parate per Teſtes idoneos; ſenes & valetudinarios, de quorum morte - - veriſimiliter timeretur, alicui diſcreto, auctoritate noſtra ordinaria committere dignaremur, qui teſtes eosdem vice noſtra reciperet, & examinaret ſuper Articulis, pro parte Religioſarum - - in certa forma deſuper exhibendis.

Ipſarum itaque - - iuſtis ſupplicacionibus favorabiliter inclinati, ac de circumſpectione Dilecti nobis in Xpo, Henrici de *Auguſta*, Clerici Maguntini, Publici Imperiali auctoritate Notarii gerentes fiduciam; eidem *Henrico* - - - dedimus in mandatis, ipſique iniunximus in virtute per eum preſtiti ſui Officii iuramenti, ut teſtes eosdem — — iuratos reciperet, ipſosque ſuper articulis exhibendis prudenter examinaret, & dicta eorum in ſcriptis redigeret, nobisque illa fideliter reportaret.

Idem igitur *Henricus*, ut ipſe nobis retulit, - - - Teſtes quatuor infraſcriptos, - - recepit, & ſervata forma audiendorum teſtium, examinavit eosdem legaliter & prudenter ſuper articulis ſibi datis, quorum .. tenor ſequitur in hunc modum.

Intendit probare Syndicus ſeu procurator . . Abbatiſſe & Conventus Monaſterii & Ordinis Sce *Clare* in *Maguntia*; nomine ipſarum — — — Articulos infraſcriptos; non tamen niſi ad neceſſaria ſe adſtringens.

In primis, quod villa *Weiterſtat* - - cum agris, paſcuis, nemoribus - - - olim libere pertinuit iure proprietatis ad quondam Dnm Humbertum de *Ariete* civem Maguntinum; *Fundatorem Monaſterii antedicti*.

Item, quod idem .. *Humbertus* eandem villam - - - pleno iure, animo donandi, & d. monaſterium cum hoc dotandi, legitime transtulit in ius & proprietatem monaſterii prelibati.

Item quod . . Abbatiſſa & Conventus - - — predictam villam - - - non ſolum XXX, imo & XL annis - -

ex

ex huiusmodi donacionis titulo - - libere & pacifice posſederunt, & legitime preſcripſerunt; ſic, quod nulli perſone ſeculari ius ſervitutis aliquod, Herbergarum, - - - - — quomodolibet competebat.

ITEM quod premiſſa ſunt notoria atque vera, & de iis eſt in antedicta villa & aliis villis circumiacentibus communis opinio, & apud bonos & graves ibidem publica vox & fama.

TENOR vero atteſtacionum & depoſitionum eorundem Teſtium ſuper dictis articulis productorum, receptorum & examinatorum, ſequitur in hec verba:

CONRADVS *Brender*, villanus d. ville *Weiterſtat*, etatis nonaginta annorum & ultra, Teſtis primus, iuratus & requiſitus ſuper primo intencionis articulo, dicit eum ſimpliciter eſſe verum. Requiſitus de cauſa ſcientie dicti ſui, & modo ſciendi; dicit teſtis, quod ante octuaginta annos, ut verius recolit, prefatus quondam HVMBERTVS de quo in articulo fit mentio, venerit quadam vice in pred. villam *Weiterſtat*, & declinaverit ad domum ſeu habitationem . . *Hermanni*, tunc Sculteti eiusdem ville, qui fuerat pater dum vixit naturalis & legitimus ipſius teſtis; Et poſtquam idem *Humbertus* ibidem ſe declinaſſet, ſupervenerit - - ad idem hoſpicium Nobilis quondam vir ERKENGERVS, dictus *de Franckenſtein*; ad quem, ac ad quosdam ſuos in hac parte coheredes d. villa *Witerſtat* - - iure dominii tunc temporis pertinebat; veneritque ibidem ſimiliter Spectabilis vir, Dns EBERHARDVS Comes *de Katzenelenbogen* antiquus; & eodem . . Comite mediatore exiſtente, ipſe . . *Humbertus* dictam villam - - - iuſto emptionis titulo emit a prefato quondam . . *Erkengero* & a ſuis coheredibus pro quadam magna pecunie ſumma, quam etiam idem Teſtis ſe dicit tunc vidiſſe iacentem in uno coopertorio, Küſſen, ſed eius ſummam ſpecificare neſcit. Et poſtquam d. contractus empt.

vend. ut ſic fuerat celebratus, & pecunia numerata, tradita & ſoluta, ſuprad. Dns *Erkengerus* ſuique coheredes venerunt ibidem ad Iudicium, & coram Sculteto & Scabinis, ibidem convocatis & preſentibus iudicialiter; preſentibus etiam ſupradicto quondam . . Comite, & multis aliis Nobilibus & ignobilibus, d. Villam cum ſuis iuribus & pertinentiis omnibus & ſingulis reſignavit per *calami exhibitionem*, & renunciavit pure, ſimpliciter, & in totum, omni iuri ſibi in eadem villa - - quomodolibet competenti. Dictusque .. *Humbertus* emptor ad corporalem poſſeſſionem - - - miſſus fuit iudicialiter, ut eſt moris; ipſo teſte preſente, & premiſſa ſic fieri vidente, & etiam audiente, cum multis aliis vicinis ſuis.

Addit etiam ipſe Teſtis, quod, poſtquam huiusmodi reſignatio, renunciatio ac in poſſeſſionem miſſio facte fuerunt, dictique Contrahentes ab invicem fuerant ſeparati, ac Dns *Erkengerus* cum ſua comitatura, ab ipſa villa verſus Caſtrum *Franckenſtein* receſſiſſet; prenominatus quondam HVMBERTVS, adhuc in villa exiſtens, ſermonem ſuum ad prefatum quondam Dnm *Eberhardum* Comitem ibidem exiſtentem direxit publice in hec verba:

Domine Comes, ſcirem libenter, an aliquis ſuper Terram quicquam plus iuris haberet in hac Villa, notando ipſam villam *Weiterſtat*, quam ego ſolus?

Cui ſtatim idem . . Comes reſpondit: *Humberte*, ſcias, quod ego & progenitores mei habuimus ab antiquo, habemus, & habere debemus, ius & ſervitutem trium *Herbergarum* in anno in hac villa.

HEREBERGA, HEREBERGVM, - - - *voces unius eiusdemque originis, tametſi non omnino eiusdem ſignificationis.* —— ——

ALBERGA, ALBERGVM - -, *ius - - divertendi in domum Vaſalli, & in ea hoſpitandi; vel præſtatio, quæ pro eiusmodi procurationibus Domino exſolvitur.* Albergariæ, *ſunt procurationes, quas certæ villæ debent dominis ſuis ad eos venientibus, quæ debentur pro comeſtionibus.* DV FR.

Quo comperto per ipſum . . *Humbertum*, idem .., ſtatim aſcendens Equum ſuum, ſequebatur pred. .. *Erkengerum*,

gerum, & ipſum cum ſua comitatura ad .. villam revocavit, dicens ad eum hec verba, vel eis conſimilia:

> DOMINE, credebam, me hanc villam *Weiterſtat* cum omnibus ſuis pertinenciis & iuribus a vobis - - — comparaſſe, ita quod nulli hominum quicquam plus iuris quam michi ſoli competeret in eadem. Sed quia nunc comperi, quod Dns Comes, hic preſens, ſervitutem trium Herbergarum in anno habet, ſeu habere debet in ipſa, ut aſſerit, non expedit michi nec meis heredibus, hanc villam ſic oneratam habere; idcirco aut talem ſervitutem ſive onus deponatis, aut certe villam ipſam vobis rehabeatis, & michi pecuniam meam reſtituatis, cum in Contractu nullam michi de ſervitute huiusmodi feceritis mentionem. Ipſo teſte cum multis aliis preſente, & verba huiusmodi audiente.

Quodque tunc ſuprad. Dns *Erkengerus* cum eodem Dno Comite pronuntiavit & ordinavit, quod ipſe . . Comes, receptis ab eodem Dno *de Franckenſtein* redditibus annuis & perpetuis XX maldrorum ſiliginis, quorum reddituum X maldra cedebant in villa *Glappach*, & altera X maldra in villa *Gryzheim*, prout adhuc cedit heredibus ipſius quondam Comitis, ut ipſe teſtis verum credat cedunt & proveniunt, predicte ſervituti trium herbergarum renuntiavit in perpetuum ac pure, ſimpliciter & in totum, pro ſe & ſuis heredibus ac ſucceſſoribus univerſis. Et quod ab eodem tempore citra usque in hodiernum diem nullum ius ſervitutis herbergarum, ſive quodcunque aliud per ipſum - - Comitem aut eius ſucceſſores, ſeu quemcunque alium in d. villa, vel ab ea exactum, petitum, aut receptum fuit quoquo modo.

ITEM ſuper ſecundo intentionis Articulo iuratus & requiſitus, dicit eum ſimiliter eſſe verum ex eo, quod Dna Abbatiſſa & Conventus . . Sce *Clare* - - - ipſam villam ultra XL, vel etiam L. annos iuſto proprietatis titulo libere & pacifice poſſederunt. Et hoc ſcit Teſtis ex eo, quod ipſe a tempore nativitatis ſue, citra usque in hodiernum diem continuo, inhabitator & incola fuit dicte ville, & adhuc ſit, & eſſe intendat usque ad mortem.

ITEM ſuper tertio Articulo - - dicit, eum ſimiliter eſſe verum. Addens prioribus ſuis dictis, & quoad hoc

corrigens, quod ſi aliquando Domini Comites de *Katzenelenbogen*, credentes eis in d. villa, aliqua iura competere ſervitutis, & illa petiverint per errorem, informati tamen poſtea de veritate, a petitione huiusmodi deſtiterunt, prout & deſiſtere merito tenebantur.

ITEM ſuper quartò & ultimo Articulo requiſitus, qui de opinione & fama loquitur, dicit eum eſſe verum, prout ſupra depoſuit. Collocutionem, ſubornationem, & cetera omnia conſtanter negat.

Item HEYNO, dictus *Kucbner*, Scabinus . . ville *Weiterſtat*, etatis ſexaginta annorum & ultra, Teſtis ſecundus iuratus & requiſitus, dicit primum artic. eſſe verum ex certa ſcientia.

ITEM ſuper II & III articulis - - - dicit eos ſimpliciter eſſe veros ex certa ſcientia; cum omnibus diebus vite ſue in ipſa villa habitaverit, & adhuc habitet, & contrarium nunquam viderit. Dicit etiam, quod de ſuis ſenioribus audiverit - - pluries & ſepe, quod quondam ERKENGERVS de *Franckenſtein* ante multos annos dederit q. Dno EBERHARDO antiquo Comiti redditus annuos, - - XX maldrorum ſiliginis in - - *Glappacb* & *Gryzbeim*, in recompenſam ſervitutis trium Herbergarum, prout primus teſtis ſupra depoſuit, & quia - - diebus vite ſue nunquam viderit aliquem de mundo aliquod ius ſervitutis - - recipere - - -, preter . . Abbatiſſam & Conventum - - - & ipſorum Officiatos. Hoc ſolo excepto, quod quadam vice ante aliquot annos unus Dnor. Comitum *de Katzenelenbogen*, ſe credens forſitan habere ius ſervitutis trium herbergarum - -, ſupradictas Dominas - - ac etiam . . villam impeciit ſuper eo. Sed cum poſtea idem . . Comes de veritate fuerat informatus, ſtatim - - deſtitit penitus & in totum; Et recognovit etiam Litteris ſuis patentibus, prout Teſtis verius credit, ſibi nullum ius competere in hac parte.

ITEM

ITEM super quarto & ultimo Articulo - - - dicit eum esse verum, quoad ea que deposuit. Subornationem, collocutionem, & cetera omnia constanter negat.

ITEM HERBORDVS, dictus *Wilde*, Scabinus - - -, etatis quinquaginta annorum & ultra, Testis tertius - - -, super 1. 2. & 3 articulis . ., sibi per ordinem lectis & expositis, dicit eos simpliciter esse veros. Ex certa scientia addens, quod bene dici audiverit pluries, etiam a suis senioribus, quod q. ERKENGERVS, dictus *de Francken-stein*, cuius olim fuerat d. villa, dederit redditus XX maldr. silig. perpetuos in villis *Glappach* & *Gryzheim*, & . . villam cum eisdem redditibus exemerit & absolverit penitus ab omni onere servitutis; & ut sic etiam prefate Religiose Domine ipsam - - - iusto proprietatis titulo liberaverint, & pacifice possederint omnibus diebus quibus ipse testis recolit, ita quod nullus hominum, preter ipsas Dominas - - - aliquod ius vel onus Herbergarum, aut quodcunque aliud habuerint seu receperint in villa predicta, eo salvo, quod ante aliquot annos unus Dnor. Comitum *de Katzenelenbogen* credens sibi — — ius competere herbergarum, ipsam villam impetiit super eo.

ITEM super quarto - - Articulo requisitus, dicit eum esse verum quoad ea que deposuit. Collocutionem, subornationem, & cetera omnia constanter negat.

Primo gracioſe donantes eisdem, ſucceſſoribus eorum & eidem Eccleſie in perpetuum, univerſa vina, que in villis, videlicet *ſuperiori* & *inferiori Ingelnheim* & earum pertinenciis, Imperiali ſive regie Curie noſtre quovis iure ſeu titulo provenire ſunt ſolita. Quadraginta florenos annui cenſus ibidem, qui de Steura conſueta annuatim in villis predictis proveniunt; Et plenas tocius vini Decimas in tota iurisdictione Caſtri & pertinenciarum in *Kayſersberg*; in illis preſertim vineis que noſtrum dominium immediate reſpiciunt, & quas velut utile dominium poſſidemus. Et omnem fructum, uſum & emolimenta, qui & que in decima ſeptimana de Molendino, ſito ſub caſtro predicto *Kayſersberg*, poterunt provenire. Et de ordinariis noſtris Cenſibus opidorum *Kayſersberg*, *Doringheim* & *Munſter* decem marcas numeri & ponderis Argentini; quas - - volumus, ut Prepoſitus qui p. t. fuerit in *Ingelnheim*, & cui hoc commiſerit, & nullus alter, annis ſingulis levet ſeu percipiat cum integritate.

Et, cum primordiale Monaſterium ſeu Oratorium a tempore felicis obdormicionis dicti Imperatoris Auguſti in preclaro Regno noſtro Boemie in nova civitate Pragenſi . . fundatum

tum extiterit, & in memoriam clariſſimi ſui nominis ad S. KAROLVM nominetur; Decernimus, & hoc perpetuo Edicto regali ſancimus, quod Abbas predicti monaſterii bti *Karoli* - - dictos quatuor Sacerdotes, ſue profeſſionis Canonicos & *amabilis lingue Boemialis* predicte, viſitare, inſtituere, deſtituere & commutare poſſit & valeat, quociens iuxta diſcrecionis ſue modulum fuerit oportunum.

Volentes eciam, quod omnes fructus eorum, ſive in vino, blado, ſeu aliis rebus exiſtant, quos ipſis ad preſens donavimus, quosque largicione Xpi fidelium obtinuerint in futurum, a locis ipſis unde provenerint usque ad Conventum Canonicorum eorundem, absque theolonei, conductuum, *ungeltorum*, & quorumlibet Daciorum ſolucione libere deduci debeant; non obſtantibus quibuscunque Statutis, indultis, ſeu reformacionibus in contrarium editis ſeu conceſſis.

Nulli ergo hominum penitus liceat hanc noſtre fundacionis, erectionis, dotacionis, libertationis ſeu conceſſionis Paginam infringere, ſeu ei auſu quovis temerario contraire, ſub pena Centum marcarum auri puri, ab eo qui contrafecerit irremiſibiliter exigendas. Quarum medietatem regali noſtro Erario ſive Fiſco, reſiduam vero partem iniuriam paſſorum uſibus decernimus applicari. Preſencium ſub Noſtre Maieſtatis Sigillo teſtimonio litterarum.

Datum in *Nidern Ingelnheim* Anno Domini *MCCC Quinquageſimo quarto*. Indictione VII. XIX Kal. Februarii. Regnorum noſtrorum Anno octavo. *14 Ian.*

CCLXV.

VRBANVS V. *committit Archiepiſcopo* Gerlaco, *ut* HENRICI *in excommunicatione defuncti corpus, abſolutione prævia ſepeliri procuret.*

An. 1354.

[p. 665. ad §. XVII.]

Sed tantum ex habito tunc temporis Repertorio.

VRBANVS *Epiſcopus Servus Servorum Dei.* Venerabili fratri Archiepiſcopo *Maguntino* ſalutem & Apoſtolicam benedictionem.

Dudum felicis record. CLEMENS Papa *Sextus* predeceſſor noſter contra quendam HEINRICVM, tunc Archiepiſcopum *Maguntinum*, propter graves Exceſſus quos idem *Heinricus* commiſerat, nonnullos fecit Proceſſus, excommunicationis ſuſpenſionis & interdicti ſententias, & penas alias continentes; Et tandem idem Predeceſſor noſter de Fratrum ſuorum conſilio ipſum *Heinricum*, tunc regimen Eccleſie Maguntine poſſidentem, ſuis demeritis exigentibus ab huiusmodi regimine & Archiepiſcopali dignitate, Apoſtolica auctoritate depoſuit, & privavit eisdem.

Poſtmodum vero, ſicut exhibita nobis pro parte Dilecti filii Nobilis viri, GERHARDI, Comitis *de Virneburch*, & aliorum Conſanguineorum & amicorum ipſius *Heinrici* petitio continebat, idem HEINRICVS, antequam fuiſſet ab huiusmodi ſententiis abſolutus, viam fuit univerſe carnis ingreſſus, propter quod eius corpus carere dinoſcitur eccleſiaſtica ſepultura; Verum quia in ipſo *Heinrico* circa finem vite ſue multiplicia ſigna contritionis apparuerunt; pro parte Comitis ac conſanguineorum & amicorum predictorum, qui parati ſunt ſatisfacere pro ipſo *Heinrico* Illis, quibus, dum viveret, exiſtebat propterea obligatus; fuit nobis humiliter ſupplicatum, ut dictum

ctum corpus tradi ecclesiastice sepulture de benignitate Apostolica mandaremus.

Nos itaque huiusmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati tue, de qua fiduciam gerimus in Domino specialem, per Apostolica scripta committimus & mandamus, quatenus, si est ita, & prefati Comes & consanguinei prius satisfecerint, ut prefertur; & nichilominus fundaverint & construxerint unam Capellam in civitate vel Diocesi Maguntina, eamque dotaverint in annuis perpetuis redditibus Quinquaginta florenorum auri pro uno perpetuo Capellano in ea instituendo, & ibidem Domino servituro; facias auctoritate nostra, absolutione iuxta formam Ecclesie premissa, predictum corpus tradi ecclesiastice sepulture. Premissis & aliis constitutionibus & gratiis non obstantibus quibuscunque: Contradictores per censuram ecclesiasticam, appellatione postposita, compescendo.

Datum *Avinioni* III Nonas Maii. Pontificatus nostri Anno secundo. 5 Maii 1354.

CCLXVI.

Comites de Honstein & Schwarzburg *colligationi* Hassiaco Moguntinæ *accedentes.*

An. 1354.

[p. 678. n. 12.]

Wir Heinrich Grave zu Hoenstein Her zu Sundirshusen, Heinrich u. Gunther Graven zu Swarzburg Hern zu Arnstete, bekennen offentlich an dysem Bryve, Daß wir dem Erwurdigen Herrn, Hrn Gerlach Erzebischoff zu Menze und dem Irluchten Fursten, unserm lieben Herrn, Hrn Hein[illegible] Lantgraven zu Hessen, und Junckern Otten sime Son ver[illegible] .cich sin, diewile wir leben; und han In zu Truwin globit w[illegible] unden Heiligin gesworn, ir Land u. ir Lude getruwelich zu s[illegible] d zu den [illegible] uren u. zu schir-

schirmen, alſ unſir eigen Land u. Lude. Und verbinden unſ in dyſem geinwortigen Bryve unſerm egenanten Herrn in alle der maſſe, als ſie ſich undereinander virbunden han, und die Bryve ſprechen die Sie beiderſyt undirein gegeben u. beſiegelt han.

Und zu urkunde diſer vorgeſchrieben Rede ſo han Wir Heinrich von Hoenſtein, Heinrich u. Gunthir von Swartzburg vorgenant, unſerm Herrn von Menze dyſen Bryff gegeben, mit unſir Dryer Ingeſiegel veſteclich beſigelt.

Datum Anno Domini *M CCC Quinquag°. quarto.* Feria quarta poſt Dominicam qua cantatur *Cantate.* 15 Maii.

CCLXVII.

„LITTERA *Abbatiſſe - - in* Difental, *quod tenetur dare ſingulis annis* Ar. Mog° *XI Amas vini & XXX denariorum Vncias; & propterea a datione Subſidii eſt exempta.*„

An. 1354.

NOS GERTRVDIS Abbatiſſa, totusque Conventus monaſterii Sanctimonialium in *Difendal* Ord. Ciſt. Mag. dioc. recognoſcimus per preſentes, quod nos - - Reverendo in Xpo Patri & Dno noſtro, D. Archiepiſcopo *Moguntino* p. t. exiſtenti, ſeu eius Officiato, videlicet Sculteto in *Eltevil*, - - - ab antiquo ſolvimus & preſentavimus, ac ſolvere & preſentare debemus & volumus in perpetuum, annis ſingulis Vindemiarum tempore ad predictum locum *Eltevil* XI Amas cum dimidia vini ſeu Muſti menſure Mag°, necnon XXX uncias denariorum - -, que faciunt quatuor libras minus quinque ſolidos *Hall.* uſualis monete. Et hoc in reſtaurum Subſidii, quod ipſe D. N. Ar. — a nobis - - petere forſitan poſſet, aut exigere quandocunque. De quo quidem ſubſidio ſupportate ſumus ab antiquo, quociescunque iſtud communiter exactum fuerat vel petitum.

In

In quorum testimonium Sigilla nostra presentibus Litteris sunt appensa. Datum in dicto nostro Monasterio Anno Domini MCCCL *Quarto*, II Kal. Iunii. *31 Maii.*

CCLXVIII.

Syngrapha HENRICI Beyer *Militis*, *Sculteti* Boppardiæ, *super receptis a* DIETHERO Waldeko *50 flor. nomine* IVTTÆ Beyerin *de* Cronenberg, *ipsius* Henrici *nurus*, *liberorumque. Pro qua Summa hi vendiderunt sua bona, reapplicanda per* Henricum *in emptionem aliorum.*

An. 1354.

Ich Heinrich Beyer der Alde, Ritter, Scholtheysse zu Boparten Dun kunt — — —, daz ich intfangen und genumen han von Dyether von Waldecken funfzig Gulden von Florentien; gut von golde und wol gewygen, alse von Guden Beyerssen von Cronenberg myner Snurgen und ire Kinder wegen, da sie ir Erbe umme hant virkauft; und Yn daz anderwerbe umme ander Erbe sal belegen. Und geloben ich Yn, oder wer disen Bryff hat, in guden Truwen, daz vorgenant gelt zu geben u. zu bezalen uff Wynachten *prox. vent.* ane alle hindersal. Obe keynerleye Erbe Sie feyl finden, daz sie dan mit dem vorgen. gelde ungehindert sin in keyner hand wyse. *ex Autogr.*

In urkunde allir diser Dingen so han ich Heinrich Beyer .. myn Ingesigil an disen Bryff. Und han auch gebeden Symon Beyer mynen Son *ut idem faciat.* Und ich Symon Beyer Ritter bekennen mich, daz alle .. vorgen. Stucke war sint — — —

Datum Anno Domini MCCC *Quinquagesimo quarto*, secundum stilum dyocesis *Treverensis* die XV mensis Iulii.

CCLXIX.

CCLXIX.

Confœderatio inter GERLACUM Mogunt. *& Abbatem* Corbeienſem THEODERICUM.

An. 1355.

[p. 471. n. 31.]

Wir Gerlach von Gotts gnaden des Heilgen Stuls zu Menze Erzebiſchoff, des H. Romiſchen Richſ in Dutſchen Landen Erzecenceler. Bekennen offenlich in dyſem Brieve, daſ wir den Erſamen Man, Heren Dietherichen, der ein Apt iſt zu Corvey, in unſirn Dinſt u. Beſcherm genommen haben; Und ſollen u. wollen Yme u. ſime Stifte helfen gegin allirmenlichen wo wir kunnen odir mogen, wan Er odir ſine Amptlude das von unſ heiſchent, binnen einem Monde nach der Heiſchunge.

Und hier nemen wir uß den Heyl. Stuel zu Rome vnd das Romſche Rich; Den Erwerdigen in GOtt Vattir und Herren, Wilhelmen Erzebiſchoffen zu Colne u. ſinen Stifft; Und die Hochgebornen Furſten, Herren Heinrichen Lantgrafen zu Heſſen, und Otten ſinen Son; Herren Friderichen u. Balthaſarn gebrudere, Marggrafen zu Myſſen; Und die Edeln, Johan Graven zu Ciginhain, und Otten Graven zu Waldecken, mit den wir ſin verbunden, nach beheltniſſen unſir Brieve die wir undireynandir haben geben.

Auch iſt gered, were, daſ der vorgenant Apt Hulfe von unſ, off unſirs Stiftes Man odir Burgman hyſche; wolden die danne yres Rechten nicht an unſ bliben, ſo ſollen wir yme helfen. Were abir, daſ ſie yres Rechten an unſ bliben wolden, ſo endorſten wir keine hulf darubir tun. Dieſes verbinden wir unſ zu unſir beider libe, vnd globen das ſtede u. veſte zu halten, ane geverde in dyſem brieve.

Und

Vnd des zu orkunde haben wir unsir Ingesigel an dysen Brieff tun hencken. Der geben ist zu Eltvil, off den zwelften tag, den man schribet zu latine *Epiphaniam Domini.* Anno - - MCCCLV.

CCLXX.

CÆSAR *a coronatione Romana subsistens* Pisis, *facultatem dat* Ordini Teutonico, *ut opidum* Protfelden *munire, nec non Iudicium Sanguinis & Forum illic instituere valeat.*

An. 1355.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS feliciter Amen. *ex Autogr.*

KAROLVS Quartus *Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemie Rex.* Vniversis & singulis, suis & sacri Imperii fidelibus, Graciam suam & omne bonum. Quanquam Imperatoria Maiestas de innata sibi elemencia generaliter erga quoslibet Imperii Devotos & benemeritos liberalis existat, ad illos tamen uberius sue munificencie dexteram frequenter extendit, quos pro ipsius Imperii sacri honoribus, commodis & profectibus, fama celebris fervencioribus studiis testatur insudasse.

Attendentes igitur grata & utilia, sincere fidelitatis obsequia, que Religiosus *Frater* PHILIPPVS, Domus Teutonice Ordinis *Sce* MARIE Hospitalis *Irlm.*, Devotus noster dilectus, nobis & sacro Imperio, in *Roma* & Italia Ordinis sui nomine liberaliter & fideliter exhibuisse dinoscitur, & que dictus Ordo nobis & Imperio inantea prestancius poterit exhibere; ad instanciam dicti *Philippi*, ut Opidum *Brotfelden* muris, fossatis, & ceteris universis & singulis munimentis, quibus cetera opida fortificari sunt solita, firmiter munire; & ut in dicto Opido ipse *Philippus* & Commendatores eiusdem loci pro tempore existentes, Ordinis sui nomine Iudicium sangwinis cum singulis suis

pertinenciis libere exercere: Iudicem quoque, qui ſuper ſingulis Exceſſibus & caſibus ad Seculare iudicium dumtaxat ſpectantibus, eciam ad Corpus ſeu membri mutilacionem reſpectum habentibus, iudicandi plenariam habeat facultatem, * ponere & conſtituere; nec non ebdomadale Forum ſingulis ſeptimanis die Sabbati inſtituere, & proclamari facere libere, impedimentis & contradictionibus quibuslibet penitus procul motis poſſint & valeant, ex certa noſtra ſciencia dudum conceſſimus & promiſimus; ac de benignitate ſolita liberaliter concedimus, & tenore preſencium permittimus gracioſe.

* *hoc loco incipit monogramma.*

Et ut dictus Ordo ad noſtra & ſacri Imperii obſequia eo fervencius nitatur; ad inſtantes preces eiusdem *Philippi* dicto Opido ex ſingulari gracia concedimus, ut omnibus & ſingulis Libertatibus, emunitatibus, graciis & Iuribus, quibus opidum *Geilnhuſen* ex nunc utitur, hactenusque gaudebat & eſt uſum pacifice, uti debeat & potiri. Salvis nichilominus aliarum Civitatum circumadiacencium iuribus, quibus per preſentes noſtras Litteras Imperiales aliquod preiudicium nolumus generari.

Nulli ergo hominum liceat hanc noſtram Maieſtatis Paginam infringere, vel ei auſu quovis temerario contraire; ſub pena Centum marcarum puri auri, quas ab eo qui contravenire preſumpſerit, tociens quociens contrafactum extiterit, irremiſibiliter exigi volumus, & earum medietatem noſtre Imperiali Camere, reſiduam vero partem iniuriam paſſorum uſibus applicari.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Dni KAROLI Quarti *Romanorum Imperatoris Invictiſſimi, & Glorioſiſſimi Boemie Regis.*

Teſtes huius rei ſunt, Venerabiles:

ARNESTVS *Pragenſis* } Archiepiſcopi.
& IOHANNES *Piſanus* }

IOHAN-

IOHANNES *Olomucensis*
GERHARDVS *Spirensis*
PHILIPPVS *Vulteranus*
IOHANNES *Spoletanus*
PROTHVRA *Segniensis*
& IOHANNES *Emonensis*
} Episcopi.
Ecclesiarum

Illustres:

IOHANNES Marchio *Montisferati.*
NYCOLAVS *Opavie*
OTTO *Brunswicensis*
WLADISLAVS *Teschinens.*
BOLKO *Falkenbergensis*
& BOLKO *Opoliensis*
} Duces.

Nec non Spectabiles:

IOHANNES *Nurembergensis*
& BVRGHARDVS *Magdeburg..*
} Burggravii.

GERHARDVS *Ditzensis*
HEINRICVS de *Swartzburg*
& HEINRICVS de *Glichen*
} Comites;

Et alii quam plures nostri & Imperii sacri fideles.

Presencium sub nostre Imperialis Maiestatis Sigillo testimonio Litterarum. Actum & datum PISIS, Anno Domini *MCCC Quinquagesimo quinto.* VIII[a] Indictione. IIII Idus Maii. *12 Maii.* Regnorum nostrorum Anno nono, Imperii vero primo.

Per Dnm Luthomislensem *Episcopum Cancellarium*

(*A tergo*)

R. Volpertus.

Rudolphus *de* Frideberg.

De hoc Opido velim notes, perveniſſe, una cum caſtro Neuenbrunn, *commutatione erga caſtrum* Solme *&* *opidum* Schurburg, *ad Eccleſiam* Moguntinam *an.* 1483 *ſub Electore* ALBERTO. *Acquiſierat Ordo Teutonicus* Protſeldam *a* BOPPONITE *Comite* de Eberſtein *an.* 1319. *Emptionis contractum in mandatis habente* Fratre CONRADO de Gundelfingen, *diſtrictus Franconici Archicommendatore. Ante* Eberſteinios *Seculo XIII fuit in dominio Dynaſtarum, ſeſe vocantium* Pincernas de Clingenberg & de Brathſelden. *Nec dubium, quin hi Pincernæ arctiſſimo neceſſitudinis vinculo fuerint iuncti* Pincernis *Imperii* de Limburg, *aque ac* Eberſteinenſibus Comitibus, *indice* SIGILLO, *de utriusque ſtirpis teſſera participante. Eſt enim perpendiculariter ſectum; Area dextra* Limburgicas *exhibens* Arundines, *ſiniſtra vero* Roſæ Eberſteinicæ *partem dimidiam. Æri inciſum, & alia plura, Teutonici Ordinis Diplomatarium ſpectantia, in paratis iacent.*

✱ ✱ ✱

CCLXXI.

INSTRVMENTVM *renuntiationis quoad Molam in monte* Hattenberg, *per Nobiles* de Lapide.

An. 1355.

[*p. 1018. in Addit. v.* Mola]

ex Autogr. IN NOMINE DOMINI. AMEN. Per hoc preſens publicum Inſtrumentum cunctis pateat evidenter; Quod ſub Anno Dominice incarnationis MCCCLV, Indictione VIII, Pontificatus Sanctiſſimi in XPO Patris ac Domini noſtri, Dni INNOCENTII divina providentia Pape *Sexti* anno tercio, *15 Sept.* quintadecima die menſis Septembris, que fuit XVII Kal. Octobris, hora diei quaſi ſexta, in domo capitulari Eccleſie Maguntine, in mei THYLMANNI de *Nacheym*, ac IOHANNIS *Vlrici* Notariorum publicorum, ac teſtium infraſcriptorum preſencia conſtituti, Strenuus Miles HELFRICVS de *Lapide*, HERMANNVS natus quondam IOHANNIS de *Lapide*, Armiger, & PETRVS ad *Iuvenem* Civis Maguntinus, pro ſe & ſuis here-

heredibus universis, natis & nascendis, renunciaverunt publice & expresse, libera & unanimi voluntate, non vi nec metu coacti, sed spontanee, matura & bona deliberatione prehabita, omni iuri, actioni & impetitioni, si quod & quas super Molendino extra muros Maguntinos in monte *Hattenberg* sito habuerunt, vel habere possent de iure vel de facto quomodolibet in futurum, pure simpliciter & in totum, dolo & fraude exclusis.

Promiserunt quoque antedicti HELFRICUS HERMANNUS & PETRUS pro se & suis successoribus & heredibus universis, Dominis de Capitulo Maguntino, quorum antedictum molendinum cum omni suo iure proprium fore dinoscitur, sine aliqua exceptione iuris vel facti nullo umquam tempore per se vel suos heredes seu alios quoscunque, ex quacunque causa, mala arte vel ingenio, Litem seu questionem inferre, vel eos impetere, in Iudicio vel extra, seu aliqualiter molestare; ymmo verius ipsos permittere uti & gaudere prenotati Molendini possessione pacifica & quieta, qua hactenus ipsum molendinum cum suis pertinenciis pleno iure nôscuntur possedisse.

Acta sunt hec, Anno Indictione Pontificatu Mense die hora & loco prenotatis. Presentibus & astantibus, Venerabili viro & Religioso, Dno HERMANNO Abbate monasterii S. *Albani* Ord. S. *Benedicti* extra muros Magunt. WERNHERO Plebano in *Odernheym*, CONRADO Plebano in *Wissen*, HEYNRICO Capellano in *Altzeia*, Clericis Mag. & Wormat. dioc. EBIRHARDO de *Scharpensteyn*, PETRO de *Sauwilnheym*, & OTTONE de *Scharpensteyn*, Armigeris; & HENRICO ad *Iuvenem*, cive Magunt. & Sculteto in *Oppinheym*; ac quam pluribus aliis Clericis & Laicis fide dignis, pro testibus ad premissa vocatis specialiter & rogatis.

Et ego THYLMANNUS, quondam *Thylmanni* de *Nacheym*, Mag. dioc. Clericus, Publicus Apostolica & Imperiali auctoritate Notarius; quia renuntiationi & promissioni, ac aliis omnibus & singulis premissis, una cum Iohanne *Ulrici* Notario Publ. & testibus suprascriptis presens interfui, eaque fieri vidi & audivi;

vi; ideo hoc presens Instrumentum - - exinde confeci, propria manu scripsi, & in hanc publicam formam redegi, Signoque meo solito & consueto signavi, rogatus pariter & requisitus.

Et ego IOHANNES *Vlrici* de *Frisinga* Clericus Magunt. Publicus imperiali auctoritate Notarius — — — [*Vt supra.*]

CCLXXII.

Dimissio Molæ feudalis in monte Hattenberg *ad manus* GERLACI.

An. 1355.

[*p. 1018 in Addit.*]

ex Autogr. Dem Erwerdigen in GOde Fader unde Herren, Hern Gerlache, Ertzebischoff zu Mentze, unserme gnedigen Herren; Enbiden wir Helfferich von dem Steyne Ritter, Herman, etswanne Johans Sun von dem Steyne, Knecht, unde Peter zum Jungen, Burger zu Mentze, unsern getruwen schuldigen Dinst bereit zu allen zyden, Gnediger Herre.

Als sullich Recht, als wir unde unsere Erben die ytzunt sint, oder hernach kommen mugent, gehabit han oder noch gewunnen mochten, in Lehens wise an der Molen die gelegen ist an deme Hattenberge zwisschen der Stad Mentze u. Mumbach deme Dorff, unde waz darzu gehoret, versucht u. unversucht; Daz dragen wir Uch uff, willeclichen u. ungetwungen; und geben daz gentzlichen in uwere hant u. gewalt: Unde virtzihen daroff luterlichen vor uns u. unsere Erben an diseme Brieffe; alsu bescheidelichen, daz wir de keinerhande zuvirsicht forderunge oder ansprache mit Gerichte oder ane gerichte darzu nummerme wollen oder sullen haben, noch gewinnen. Und geloben daz in guden Druwen feste u. stede zu haldene, uffgeschlossen allirleie argeliste u. geverde.

Und des zu Urkunde han wir Helfferich, Herman u. Petir vorgenant, unsere Ingesiegele * vor uns u. unsere Erben an diesen Brieff gehencket. Der gegeben ist do man zalte nach Cristus geburte

te Dusent Jar, Dru hundert iar, in deme Funff und funfftzigesteme Jare. An der nehisten Mittewochen vor Sante Matheus dage des Heiligen Apostelen u. Ewangelisten. *m. Sept.*

* Illius de Stein *duas præsentat alas inversas.*

CCLXXIII.

GERLACI *confirmatoria Donationis villæ* Mumbach, *factæ quondam Capitulo* Mog. *per* HENRICUM; *tum vero illius, de qua* in *n. præced.*

An. 1355.

[*p.671. n. 39. & p. 1018 in Addit.*]

GERLACVS *D. G. sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Notum facimus presencium inspectoribus universis tam presentibus quam futuris; Quod nos, Honorabilium virorum Decani & Capituli Ecclesie nostre *Maguntine*, Devotorum nobis in XPO dilectorum instantissimis precibus quas aure surda preterire non possumus ad presens favorabiliter inclinati, paternaque moti affectione & benivolencia singulari; Donacionem nudam, concessionem, appropriacionem & liberam collacionem, alias per quondam Dn. HEINRICVM de *Virneburg* olim Archiepiscopum Mogunt. predecessorem nostrum immediatum, ante sue deposicionis tempora ex speciali favore & devocione, quem & quam dum vixit gerebat ad dictum Capitulum, & presertim ad *Presencias* seu communes cottidianas distribuciones d. nostre eccl. Mag. tam Canonicis quam Vicariis, in anime sue remedium, rite & racionabiliter, ut in suis patentibus Litteris * desuper datis plenius apparet, liberaliter & pia intencione factas super villa *Mumbach* cum omnibus suis pertinen- *ex Autogr.* ** n. CCXXXIII, &. XLV.*

nenciis, appendiciis & iuribus universis; videlicet hominibus, iurisdictionibus agris vineis - - - - & specialiter Molendinum, in monte *Hattenberg* - - - sito, - - - ad nos & dictum Predecessorem nostrum tanquam ad veros huiusmodi feudorum dominos & patronos libere devolutis, tam ex morte quondam GYSELBERTI *Grosse* Armigeri, qui dicta bona feudali titulo - - - possidebat, & absque veris & legitimis heredibus masculis bonorum feudalium predictorum capacibus de medio est sublatus, quam eciam ex libera resignacione ac renunciacione voluntaria, non coacta, dicti Molendini & cuiuslibet iuris, si quod in ipso hactenus habere noscebantur, per HELFRICVM de *Lapide* Militem, HERMANNVM, natum quondam *Iohannis* de *Lapide*, Armigerum, nec non PETRVM ad *Iuvenem* civem Mag. in manus nostras, suis patentibus Litteris nobis desuper exhibitis motu proprio nuperrime nobis factis, ratificamus, approbamus, & presentis scripti patrocinio confirmamus. Immo eadem bona & iura omnia & singula de novo & ex superhabundanti ad predictas *Presencias* - - - - - novo donacionis titulo in anime nostre remedium donamus, appropriamus, & liberaliter conferimus in his scriptis. Ita quod dicti Decanus & Capitulum, Canonici & Vicarii - - -, pro nobis quam diu in humanis agimus, devote apud Dominum intercedant, & post decessum nostrum perpetuis temporibus Anniversarium nostrum sollempniter peragant, iuxta consuetudinem . . Ecclesie antedicte.

In quorum testimonium & perpetuam roboris firmitatem presentes litteras nostro Pontificali sigillo iussimus com-
17 Sept. muniri. Datum *Eltevil* Anno Domini MCCCLV. XV Kal. Octobris.

CCLXXIV.

CCLXXIV.

Contra Moguntinum *arma movens* FRIDERICVS Misniæ Marchio, *cavet* Sebachiis, CHRISTIANO & APELONI, *de omni damno, suppetiarum causa ipsis obventuro.*

An. 1355.

Wir Friderich von GOtis gnaden Lantgrave zu Duringen, Margraf zu Myßne und in dem Osterlande, Graf zu Orlamund, u. Herre des Landis zu Plyssne: Bekennen offinlich, daz wir den Gestrengen, unsern lieben getr. Kristan u. Apeln von Sebeche Gevettern, umb daz Sie uns mit demselben irem Huse Sebeche, und ettislichen iren Dienern, beide gewappint - - dienen zu unserm Kriege, den wir yzunt angegriffen haben mit dem Ertzbischoff und dem Stifte zu Meintze, sten fur iren Schaden den Sie in demselben unserm Dinste nemen, und kuntlich mit unsern Houptleuten die wir In zuschicken werden, bewisen mugen. — — Ouch sullen u. wollen wir gein den obgenantin von Sebeche umme den vorgeschriben iren dienst u. Hulffe tun, als wir gein andern unsern Mannen tun, die uns mit iren Vesten u. Luten dienen. *ex Autogr.*

Zu urkund, und daruber geben wir - - disen Brif, mit unserm heimlichen Insigel * vervestent. Der gegeben ist zu Ysenach, - - Dryzcenhundert Jar, in dem Funf und funftzigistem iar. An dem Fritag nach Andree. † *Princ. Dec.*

* Caput Romanum. † SECRETVM FRIDERICI THVRING. LANTGR.

CCLXXV.

Compositio inter Rupertum sen. & Rupertum *iun.* Palatinos *de iure eligendi Regem Rom. assensu* Gerlaci *firmata.*

An. 1355.

[p. 672. n. 2.]

Wir Gerlach v. G. G. des Heyl. Stuls zu Mentze Ertzbischoff, - - - Bekennen - - -, Alß zuschen dem Hochgebornen Herren Ruprecht dem Eltern Pfaltzgraven by Rine, des Heilgin Rom. Richs Obristen Drussesen, u. Hertzogen in Beyern an eime Teile, Und Herren Ruprecht dem Jungern, auch Pfaltzgreven by Rine u. Hertzogen in Beyern, sines Bruder Son, an dem andern, etzliche Zweiunge, Criege u. Offleufe gewesen sint umb die Stimme u. Kure an der Wale eins Romischen Kunigis und kunftigen Keisers; Doch hat der egenant Ruprecht der Junger, mit gutem willen vnd mit wolbedachten mude, vor Uns u. allen Kurfursten des H. R. Richs, Geistlichen u. Werntlichen, sich des irkennet, daz Er den egen. sinen Vettir, der . . Stimme u. Kure an der Wale eins Rom. Kunigs - - - wol gan u. gunnen wil, die wiele - - Sin Vettir lebit. Und ist sine meynunge, daz derselbe sin Vettir Her Ruprecht der Elter, und niemand andirs, von wegen der Pfallentze ein Kurfurst gehaben sulle werden. In solcher bescheidinheit, wer daz Sache, daz der obgen. Hertzoge Ruprecht der Elter ane lehens Erben sturbe; daz dann Furstentume, Lande, Lute, Manschefte, und alle zugehorunge in der Pfallentze u. in Beyern, mit sampte der Stimme u. Kure an der Wale eins Rom. Kunigs u. kunftigen Keisers, und allen Sachen die einen Kurfursten des Richs von siner wirdekeit beruren; und auch anderen Wurden, Eren, u. auch Nutzen, wie man die benennet, off - - - Hertzog Ruprecht den iungern u. sin Lehens Erben ledeclichen u. ungehindert fallen sollen. Vnd dasselbe sol auch hinwieder gescheen . . . Hertzogen Ruprecht dem Eltern u. sinen Erben, ob - - - Ruprecht der iunger an Lehens Erben sturbe.

Wer

Wer auch, daz H. Ruprecht der Elter sturbe, und Lehens Erben liesse; so sol . . . Rupr. der iungere oder sin Lehens Erben, umb die egenante Stimme u. Kure in irem Rechten steen, glicher wyse als off diesen hutigen tag. Und sol In soliche Gewer als H. Ruprecht der elter sin Vettir herbracht hat und noch hat, keinen Schaden bringen. One geverde.

Auch mit solichem undirscheide, wer daz sache, daz Jr einer also virschiede daz Er lehens Erben liesse, die ir Jar nit hetten; so sol der andir derselben Formundir sin, in allen sachen wie die genant sint, bis an die Zyt daz der Eltiste uss denselben Erbin achtzehenierig wirt; Wan unsir Herre der Keysir, Keyser Karle, dieselben iare zu der Kure, zu einem elichen mundigen alter gemacht hat mit vollekummenheit sines Keisirl. Gewalts, unschedelich doch Yn beidin u. Jr beider Erben an iren Rechten. Wann abir derselbe Eltir Sun achzehen iar alt wirdet; ze hant sol yme der Formundir, allir Lande Lude Herschaft Wirdekeit, Erben u. andir Rechte, Nutze u. zugehorunge, die Er als ein Formundir ingenomen hat, ane alle wiedirrede, verzog oder hindernisse abetreten, und ym antworten. Ane geverde.

Und wanne der Allirdurchluchtegste Furste u. Herre, Her Karl Romischer Keyser, zu allen zyten Merer des Richs, u. Kunig zu Beheym, alle die obgenante Sache mit Siner Keiserl. Macht bestetigit u. confirmiret hat, als in sinen - - Brieven die darubir geben sint, vollenkomelichen begriffen ist; Darumb durch merer sichirheit so geben u. tun wir darzu unsir Gunst, willen u. wort als ein Ertzebischoff zu Mentze, Ertzcanceller des Heil. Rom. Richs in Dutschen Landen, vnd ein rechter Kurfurste desselben H. R. R. off din Rede daz alle die obgenante Dinge in iren Kreften bliben.

Mit urkunde dieß Briefes, virsigelt mit unserm Jngesigel. Der geben ist zu Nuremberg Anno Domini MCCCLV. in die S. *Iohannis* Ewangeliste. 27 Dec.

CCLXXVI.

EIUSDEM,

quoad Electorem Saxoniæ.

An. 1356.

[*p. 672. n. 2.*]

GERLACUS *D. G. ſancte Sedis* Maguntine *Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Omnibus in perpetuum. Regimini ſancte *Maguntine* Ecclefie auctore Domino preſidentes, nec non ex privilegio dicte Ecclefie noſtre in electione Regis Romanorum in Imperatorem promovendi ius ac vocem eligendi, cum ceteris Principibus Electoribus obtinentes, ad illa dirigenda ac proſpere promovenda nos ſentimus obnoxios, per que inclitis noſtris Coelectoribus iura & privilegia ſua ſervantur illeſa; Et .. * in preſenti tempore tam conſulte agitur, quod litigiorum anfractibus, qui in futuro tempore in electionibus Rom. Regum poſſent emergere, ſalubriter obviatur, variisque mundi periculis que circa vacationem Imperii ſolent occurrere, proviſum eſſe ſperatur.

* *verbum unum illegib.*

Sane quia fama communi, & teſtimoniis luce clarioribus, a Principibus, Comitibus, Baronibus, Proceribus, ac nonnullis aliis fidelibus Imperii Romani recepimus, qualiter fel. mem. Dns ALBERTUS quondam *Saxonie* Dux, Illuſtris Principis Dni *Rudolfi* Sax. Ducis S. Imperii Archimareſchalli genitor, tamquam Princeps Elector Imperii, cum conſenſu, voluntate & voce unanimi aliorum Principum Coelectorum illius temporis, Sereniſſimum quondam Dnm RUDOLFUM, Romanorum Regem clare record. rite & racionabiliter elegit; & ſubſequenter inclitum Dnm ADOLFUM, Avum noſtrum Kariſſimum, Rom. Regem; ac demum idem Dux *Albertus* Saxonie tractu dierum inſignis memorie ALBERTUM Rom. Regem, predicti Dni *Rudolfi* Rom. Regis filium, tunc Auſtrie Ducem,

iuxta

iuxta morem & obſervanciam in electione Regum Rom. qui ſunt ad Imperium promovendi ſervari conſuetum, cum Coelectoribus qui tunc erant elegit; Et poſt deceſſum eiusdem *Alberti* Regis, eo tempore quo ſacrum Imperium periculoſis aliquantiſper fluctuabat erroribus, ſepedictus D. *Rudolfus* Saxonie Dux hodie in humanis agens, pred. Dni *Alberti* quondam Sax. Ducis filius, celeberrime memorie Glorioſiſſimum Dnm HEINRICVM quondam Romanorum Imperatorem, Invictisſimi Dni noſtri, D. KAROLI Rom. Imp. moderni predeceſſorem & Avum, tunc Comitem *Lucemburgenſem*, in Rom. Regem elegit, qui poſt electionem eandem, in Rom. Imp. fuit ſollempniter coronatus.

Quia eciam, ſicut per multas Orbis regiones nedum manifeſte eſt publicum, verum eciam quaſi notorie divulgatum & penitus indubitatum exiſtit, quod idem D. *Rudolfus* hodie Saxonie Dux, modernis temporibus iam dictum Clariſſimum Dnm noſtrum Dn. *Karolum*, in preſenciarum ſacro Imperio feliciter preſidentem, nobiſcum, tamquam cum Archiepiſcopo *Maguntino*, nec non cum ceteris noſtris & ſuis Coelectoribus ſollempniter elegit; ſicut & idem D. N. poſt electionem huiusmodi, in Imperatorem per conſequens fuit ſollempniter coronatus;

Nos, iuribus & preſcriptionibus annualibus ac diuturnis, dicti Ducis *Saxonie* ſuper Dignitate electionis & vocis predictarum rite penſatis, ac in noſtra & aliorum Coelectorum noſtrorum preſencia in medium deductis ac multa deliberacione discuſſis, que videlicet Ipſe nunc, & temporibus preteritis habuit, & ex ſucceſſione paterna obtinere dinoſcitur, ac legitime poſſidere; Sano & provido, primum quidem antedicti Sereniſſimi Principis D. N. D. KAROLI Imperatoris moderni, deinde noſtro & aliorum principum Coelectorum . . tam Eccleſiaſticorum quam Secularium deliberato accedente conſenſu, nec non aliorum Principum, Comitum, Baronum & Procerum ſacri Imperii communicato conſilio futuris cupientes prudenter obviare periculis, & ſuſpectas pro poſſe ſuccidere dubio-

* deficit vocabulum.

biorum *; Vt videlicet ius, honor, dignitas, vox & poteſtas electionis huiusmodi ſepedicte, Dno RVDOLFO *Saxonie* Duci, & eius heredibus illeſa perpetuis temporibus incommutabiliter obſerventur, ac permaneant illibata; auctoritate noſtra, qua ſicut Archiep. *Mag.* & Princeps Elector fungimur, poſt declaracionem, Decretum, & Imperialem diſpoſicionem prefati D. N., quibus ipſe Imperialibus litteris, predictis dubiis occurriſſe dinoſcitur; Declaramus, & dicti D. N. KAROLI tamquam Rom. Imperatoris & Regis Boemie, ac virtute Regni & Corone *Boemie* Principis Electoris; Et omnium Electorum accedente conſenſu decernimus, ac deliberato ſollempnis Curie conſilio diffinimus; quod memoratus D. *Rudolfus* - -, tamquam Dux *Saxonie* ac ſacri Imp. Archimareſchallus, & nemo alius, ſub tali nomine ſeu titulo verus & legitimus in electione Regis Rom. Elector princeps cenſeatur; Et ſic realiter, ut exiſtit, ſibique tamquam tali competat, ut in veritate competit, Vox, ius & poteſtas in electione Regis Rom. in Imperatorem promovendi. Et poſtquam eſſe deſierit, ex tunc, quia Primogenitus eius ab hac luce migravit, Filio eius ſeniori, legitimo, dumtaxat laico; & illo non exiſtente, eiusdem filii ſenioris primogenito legitimo filio laico, vox ius & poteſtas predicta libere competat eligendi. Si vero ipſius Filium ſen. absque heredibus legitimis maſculis laicis, ſeu laico, mori contingeret, ex tunc vox - - - iam dicta, ad ſeniorem Fratrem, per veram paternalem lineam ſeped. Dni *Rudolfi* moderni Ducis Sax. deſcendentem; & deinde ad illius Primogenitum ſimiliter laicum devolvatur. Talisque ſucceſſio & devolucio vocis iuris & poteſtatis premiſſarum, in Ducibus *Saxonie* laicis per iam dictam veram legitimam lineam paternalem ex ipſo Dno *Rudolfo* - - - deſcendentibus, perpetuis debeat temporibus obſervari. Ea tamen condicione, ut, ſi prefatum Laicum ſeniorem relictis heredibus maſculini ſexus, defectum etatis patientibus, mori contingeret, tunc Frater ſenior eiusdem filii ſenioris, in Principatu voce iure & poteſtate predictis, & in omnibus aliis, Tutor & Adminiſtrator exiſtat, donec etatem *Decem & octo* annorum expleverit; quam etatem idem D. N.

D.

D. Imperator auctoritate Imperiali legitimam fore, statuit & decrevit. Qua consecuta, sibi dignitatem, principatum, vocemque ius & potestatem huiusmodi, & omnia alia ab ipsis dependencia, teneatur protinus assignare.

In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Nuremberg*, Sabbato, quod fuit in crastino Circumcisionis DOmini. Anno eiusdem Domini MCCCLVI. 2 Ian.

CCLXXVII.

Quæ GERLACVS *cum Electore Palatino auctoritate Cæsarea definivit circa ius lignandi*, controversum *inter Fratres* Cruciferos Norimbergæ *&* *Magistratum loci; Imperator hoc solenni Diplomate statuit perpetuo observari.*

An. 1356.

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *Amen.* ex Autogr.

KAROLVS Quartus *Divina favente clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemie Rex.* Notum facimus tenore presentium universis, quod sincere devotionis integritatem, puramque fidei intemerate constantiam, quibus Religiosi Devoti nostri dilecti Fratres *Cruciferi*, Ordinis *Sce* MARIE Domus Theutonice extra muros Civitatis nostre *Nurembergensis*, nobis & sacro Imperio complacere, gratosque & acceptos se reddere, multifarie studuerunt, & gratiores poterunt & debebunt se reddere in futurum, gratiosius recolentes; Vniversas lites, controversias, & quascunque dissensionum materias, inter predictos *Cruciferos* ex parte una, & fideles nostros dilectos, Consules & Communitatem civium Civitatis *Nuremb.* super Foresto sive silva, ibidem iuxta *Nuremberg* situate, parte vertuntur ac verse aliquamdiu fuerunt ex

ex altera; accedentibus ad hoc expressis consensibus Partium earumdem, Venerabili GERLACO Moguntino Archiepiscopo, sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, Consanguineo: & Illustri RUPERTO seniori, *Comiti Palatino Reni*, Sacri Imperii Archidapifero, Duci Bavarie, Sororio & Principibus nostris dilectis commisimus sopiendas, & ratione previa decidendas.

Qui super Litibus, controversiis & dissensionibus huiusmodi, deliberato animo, & Partium informationibus multa maturitate receptis, hoc modo pronuntiaverunt, & auctoritate nostra in hac parte sibi tradita statuerunt; Quod ipsi *Cruciferi* de Foresto seu silva predicta, ligna edificiis apta, quantiscunque pro prefata Domo sua indigent, & perpetue indigebunt, recipere possint & ducere, ac recipi & duci, & perpetuis possint mandare temporibus; nostra & Successorum nostrorum, Imperatorum & Regum Romanorum, nec non Civium Nurembergensium - - & aliorum quorumlibet contradictione, & impedimento quolibet non obstante. Et nichilominus diebus singulis duo plaustra lignorum combustibilium, que etiam de stipitibus arborum secari valeant, atque tolli.

Quapropter diffinitionem & ordinationem huiusmodi per prefatos Principes nostros auctoritate Maiestatis nostre factam ut premittitur, Imperiali auctoritate & de potestatis Imperialis plenitudine confirmamus, & ex certa scientia tenore presentium approbamus; ac eadem auctoritate & potestate decernimus, eisdem Devotis nostris, perpetuis debere temporibus inviolabiliter observari.

Nulli ergo omnino hominum liceat hanc Paginam Nostre Maiestatis infringere, vel ausu temerario ei contraire, sub Penis quas *Cruciferi* a sacro Imperio in aliis libertatum suarum privilegiis obtinuisse & obtinere noscuntur contra huiusmodi libertatum transgressores. Quas quidem penas, personis & locis in predictis eorum privilegiis expressatis decernimus per contrafacientes, tociens quociens contrafactum fuerit, eoipso irremisibiliter applicari.

Signum

Signum Sereniſſimi Principis & Domini, Dni KAROLI Quarti *Divina favente Clementia Romanorum Imperatoris Invictiſſimi, & Glorioſiſſimi Boemie Regis.*

Huius rei Teſtes ſunt, Venerabiles: WILHELMVS *Colonienſis*, & BOEMVNDVS *Treverenſis* Archiepiſcopi, Sacri Imperii per Italiam, Galliam & Regnum Arelatenſe Archicancellarii; ac IOHANNES Cancellarius Aule noſtre, *Luthomiſchlenſis:* IOHANNES *Argentinenſis*, THEODERICVS *Mindenſis*, IOHANNES *Oſembrugenſis*, HENRICVS *Lubicenſis*, Epiſcopi; & HENRICVS Abbas *Fuldenſis.*

Nec non Spectabiles, BVRCHARDVS *Magdeburgenſis*, Magiſter Curie noſtre, & ALBERTVS de *Anhalt*, Comites, & alii quam plures.

Preſentium etiam ſub Imperialis noſtre Maieſtatis Sigillo, teſtimonio Litterarum. Datum *Nuremberg* Anno Domini *M CCC Quinquageſimo ſexto.* Indictione IX. II. Idus Ianuarii. Regnorum noſtrorum anno Decimo, Imperii vero Primo. *12 Ian.*

Per Dnm Luthomisl. *Epiſcopum Cancellarium*

R. *Heinricus.* Nicolaus *de* Chremſir.

CCLXXVIII.
TESTAMENTVM

THEODERICI, *ex antiquissima familia Nobilium* de Erlebach, *Canonici* Aschaffenburgensis.

An. 1356.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* IVDICES Ecclesie *Aschaffenb.* Recognoscimus publice per presentes, quod Honorabilis in Xpo Dominus, THEODERICVS de *Erlebach*, Canonicus prebendatus Ecc. *Asch.*., decumbens in lecto egritudinis sue, eger corpore, sanus per Dei gratiam tamen racione, attendens quod nichil cercius Morte, nichil incercius Hora mortis, fecit & ordinavit suum Testamentum, per modum infrascriptum: Volens hoc esse suam ultimam voluntatem. Commendans si ipsum ex hac egritudine mori contigerit, animam suam Omnipotenti DEO & bte Virgini Gloriose, ut ipsam in sinu Abrahe collocet cum Beatis.

IN primis quidem idem *Theodericus* in nostra infrascriptorum Testium presencia desideravit & elegit, cum ipsum ab hoc seculo migrare contigerit, quod corpus suum, in sepulchro antiquo Patrui sui, quondam THEODERICI dicti *Fritz*, sepulti ante Altare Sci *Iohannis Bapt. Thome* & *Margarete virg.* in ecclesia *Asch.* . predicta, tradatur ecclesiastice sepulture. Et ante omnia dedit & legavit Reverendo in Xpo Patri ac Domino, Dno GERLACO Archiepiscopo *Maguntino* unum fertonem argenti.

Insuper legavit BVRKARDO *Brendelin* † Canonico eccl. *Asch.* predicte Capitulari, *Aurelianis* studenti, suo Consangwineo, curiam suam claustralem, cum *Orto* & nova domo, quam ipse per semet ipsum fecit edificari, adiacentibus; de quibus, singulis quatuor anni temporibus IIII Solidi *Hall.* Infirmis hospitalis *Asch.* . solvuntur. Ita quod ultra pred. Censum, idem *Burkardus*, aut alii quicunque d. curie inhabitatores solvant

† Brendel *de* Homburg.

de

de orto & nova domo supradictis, ELIZABETH consangwinee sue, moniali in *Marienburnen*, annis singulis unam libram *Hall.*, ad vite ipsius *Elisabeth* duntaxat tempora persolvendam. Ipsa autem de medio sublata, curie inhabitator seu inhabitatores quicunque, de solucione ipsius Libre erunt liberati.

ITEM legavit eidem BURKARDO omnes libros suos Iuris civilis & canonici, ad vite sue duntaxat tempora tenendos, habendos, ac eosdem fideliter conservandos. Ipso vero de medio sublato ad proximum suum consangwineum in ecclesia *Asch.*. Canonicum, Capitularem vel non Capitularem, ac studere volentem, devolventur. Quo iterum de medio sublato, simili modo devolventur ad proximum suum consangwineum dicte eccl. Canonicum, habilem & idoneum ac studere volentem, & sic deinceps. Sique talis in Ecclesia *Asch.*. non invenitur, tunc dicti libri sui per Decanum & Capitulum - - in ipsa eccl. Asch., vel in aliis ecclesiis Maguntinis, sine prerogativa alicuius, vendantur quanto carius vendi possunt, & huiusmodi pecunia in usus Fabrice Asch. ecclesie fideliter convertatur.

ITEM legavit *Byblia* suam, & librum qui vocatur *Historia Lumbardica*, fratri suo DAMMONI, Monacho monasterii *Selgenstadensis*, ad vite sue duntaxat tempora tenendos & habendos, ipsoque de medio sublato dicti libri ad eccl. *Asch.*. devolvantur, & per . . . Capitulum vendantur, & precium eorundem in usus Fabrice - - similiter convertatur.

ITEM legavit mediam partem *Anni gratie* sue, pro anniversario suo peragendo; mediamque aliam partem in *Commemoracionum* usus convertendo. ITEM legavit *Vinarium* suum Dno GOSWINO de *Munden* Canonico Ec. Asch. ITEM - - Vicario suo in *Werde* IIII libras Hall. & Socio suo II libras. ITEM legavit cochlearia sua argentea fratri suo *Dammoni* & *Goswino* predictis, cuilibet videlicet tria.

ITEM legavit Dno CONRADO de *Frideberg*, Vicario - - vestimenta sua cum vario *sufferrata*, cum pertinenciis eorundem;

dem; et remittit sibi omnia debita in quibus sibi tenetur. ITEM legavit NICOLAO de *Sobernheim* Vicario pred: Ec. *A.* vestimenta sua cum *Syndaco* sufferrata, cum capucio & caligis; et remittit sibi omnia debita in quibus sibi tenetur. ITEM legavit IOHANNI *Wiebelspecher* novam tunicam suam hyemalem cum capucio. Item aliam tunicam .. hyemalem legavit HILLE ancille sue. *Item* ALHEIDI ancille sue tunicam suam estivalem cum capucio, & subtunicale suum quod cottidie defert.

ITEM legavit CONRADO famulo suo ocreas suas hyemales, & HENNONI famulo suo ocreas suas estivales. ITEM recognovit se teneri *Hille* . . predicte ratione Mutui in V. libris *Hall.*, & pro servicio V. annorum X libras; ITEM ex novo mutuo XIIII solidos *Hall.*, quos vult ei ante omnia persolvi.

ITEM legavit DAMMONI fratri suo pred. duos meliores Equos suos. Reliqui duo vendantur quanto carius possunt. ITEM legavit ELSE sorori sue, & HEBELE nepti sue in *Throno*, IIII libras *Hall.*, cuilibet duas. Et ultra legavit eisdem XXX libras . . pro Redditibus comparandis, & in usus earum dum vixerint convertendis. Quibus de medio sublatis dicti redditus pro sue, parentum, fratrum & sororum, remedio animarum, & ad ipsius usus monasterii in *Throno* devolvantur.

ITEM legavit ALHEIDI, ELSE & GREDE, consangwineis suis in d. monast. *Throno* monialibus, VI libras - -, cuilibet duas. ITEM Amite sue, & filie Amite sue, monialibus in *Schiffenburg*, IIII libras, cuilibet duas. ITEM legavit duabus filiabus quondam CUNONIS de *Stertzilnheim*, monialibus in *Hachenburn* & *Reters*, IIII libras, - - ITEM filie Amite sue, moniali in *Elwenstad*, II libras.

ITEM legavit tribus neptibus suis, monialibus in *Padenhusen*, VI libras, cuilibet duas. *Item* . . FYE sorori sue, & AGNETI nepti sue in *Smerlebach*, IIII libras. - - ITEM . . eisdem XXX libras pro Redditibus comparandis, & in earum usus

usus dum vixerint convertendis; ipsisque de medio sublatis iidem redditus in usus ipsius Monasterii devolventur, pro sue, parentum, fratrum, sororumque suorum remedio animarum. ITEM legavit Monialibus in *Smerlebach* unam karratam vini, ita quod non vendant, sed pro sua refectione potabunt. *Item* . . V. libras ad refectionem Tecti, Chori monasterii in *Smerlebach*.

ITEM legavit quatuor Ordinibus mendicantibus, visitantibus terminos Prepositure *Asch*. . VIII libras *Hall.*, cuilibet scilicet Ordini duas. ITEM . . Infirmis in hospitali *Asch*. . duas libras. *Item* . . XXX Sacerdotibus, cuilibet XXX denarios. *Item* . . THEODERICO suo consangwineo, Conventuali mon. Sci *Iacobi* extra muros Magunt. X. libras . .

ITEM legavit HERBVRDO & CVNONI Clericis, natis quondam CVNONIS de *Stertzelnheim* Militis, suis consangwineis, ducentas lib. . ad prosequendum Lites super Beneficiis obtinendis si eos subire oporteat, culibet videl. centum libras *Hall.* Et huiusmodi pecunia debet fratri suo antedicto presentari; nec exponi, nisi idem frater suus necessitatem & oportunitatem viderit exponendi. Si vero ipsi *Herburdo* necessitas immineret, secundum consideracionem fratris sui . ., quod cum centum libris . . sibi legatis Litem terminare nequiret, tunc idem frater suus deberet & posset de centum libris *Cunoni* legatis, citra L. libras . . recipere; & *Herburdo* pro lite sua prosequenda & ad finem deducenda, tempore necessario ministrare.

ITEM, Quod Oves, nunc de *Aschaffe* * egredientes, dicto *Theoderico* tempore distensionis fuerunt per infestatores ecclesie *Mag.* violenter ablate; quas idem *TH.* sua propria pecunia, videlicet pro centum minus quatuor libris *Hall.* adhibitis laboribus & expensis per amicos & nuncios missos factis reemit; Voluit & statuit - -, quod pro solutis eisdem - - - marcis, Grex ovium predictarum suis Manufidelibus seu Testamentariis - - ad ecclesiam *Asch*. . integre devolvatur iuxta dispositio-

* Mayn-Aschaff.

tionem teſtamentariam quondam HEILMANNI *Frytz* Decani ..., & pro ut in ſuo teſtamento plenius continetur.

Sonat illud in paſſu concern. ſic: „Item lego eidem fratri meo Equum meum „meliorem, & centum Oves in *Dettingen*, ut eo melius pueros ſuos Clauſtris „valeat applicare. [*de an. 1334.*]

Preterea prefatus Dns *Theodericus*, ut omnia ſupraſcripta per ipſum diſpoſita & legata effectum debitum ſorciantur, conſtituit & ordinavit - - DAMMONEM Cellerarium monaſterii *Selgenſtadenſis*, ſuum fratrem, & GOSWINVM de *Munden* Canonicum d. A. eccl. & quemlibet eorum in ſolidum ſuos veros & legitimos Manufideles ſeu ultime voluntatis Executores; dans ipſis & eorum cuilibet plenam poteſtatem, omnia per ipſum diſpoſita & legata fideliter exequendi; & indiſpoſita diſponendi, prout ſaluti ipſius anime viderint expedire, & DEO velint & valeant reddere racionem. Quibus ſimilem dedit poteſtatem repetendi, colligendi & recipiendi omnia debita a ſuis Debitoribus, *finemque* & quitacionem de eisdem faciendi; nec non Sua debita, que evidenter apparuerint, perſolvendi.

Hanc ordinacionem teſtamentariam .. Dns THEODERICVS voluit omnibus & ſingulis diſpoſicionibus, per ipſum ubicunque locorum forſitan factis prevalere; revocans expreſſe - - quoscunque - - Manufideles hactenus per ipſum conſtitutos. Transferens in preſcriptos - - per ipſum electos auctoritatem, preſens ſuum teſtamentum cum ſuis univerſis clauſulis fideliter exequendi.

In quorum omnium & ſingulorum teſtimonium, & debitam roboris firmitatem Nos Iudices predicti Sigillum noſtrum ad inſtantes preces d. Teſtatoris, una cum Sigillo ipſius proprio quod preſentibus eſt appenſum, duximus ex certa noſtra ſciencia appendendum.

Ego quoque THEODERICVS .. recognoſco omnia & ſingula preſcripta in .. ſuis punctis & clauſulis de mea voluntate & ordinacione eſſe facta & ordinata; Honorabilesque Dnos Iudices eccleſie *Aſcb.* . predictos ſuum Sigillum preſentibus ad meas

meas preces instantes appendisse. Et in evidentiam & inviolabilem observantiam omnium premissorum, Sigillum meum proprium apposui huic Scripto.

Acta sunt hec in Curia habitacionis Dni *Theoderici*.. Anno .. *M CCCL sexto.* V. Kal. Iunii. Presentibus Discretis viris, EBIRHARDO de *Rorbach*, TRISTRANDO de *Treveri*, IOHANNE de *Constancia* Canonicis; HEINRICO de *Hersfeldia* & HARTMANNO de *Bergen* Vicariis eccl. *Asch.* predicte.. 28 Mai.

Et nos Iudices - - recognoscimus, quod D. *Theodericus*.. die loco & hora, in Instrumento cui presens cedula est transfixa expresso, - - - assignavit .. *Dammoni* Cellerario monast. *Selgenstad*, fratri, & *Elizabeth* moniali in *Throno* sorori - -, annuam & perpetuam pensionem X. octalium siliginis - -, cedentibus - - de manso, sito in campis ville *Stertzelnheim*, quem nunc colit *Rupelo*. - - Que quidem X. octalia ... *Theodericus* emit & comparavit, de consensu iussu & voluntate AGNETIS, matris eiusdem - -, apud - - Abbatissam & Conventum .. in *Smerlebach*, ipsis per quondam IOHANNEM de *Erlebach* Militem & *Agnetem* pred., Coniuges, pro persona FYE monialis eiusdem monasterii, Parentes *Theoderici*, *Dammonis*, *Else* & *Fye* predictorum, assignatam pro XL. libris *Hall.* quas seped. *Theodericus* in numerata pecunia tradidit & assignavit Abbatisse & Conventui predictis; quas iidem - - a Dno *Theoderico* receperunt & suis usibus applicarunt, per sepe nominatos *Dammonem* & *Elsam* recipienda, colligenda per ipsos & eorum quemlibet altero premortuo, & suis utilitatibus annis singulis conservanda. Ipsisque *Dammone* & *Elsa* de medio sublatis, predicti Redditus X. octalium siliginis ad veros heredes libere devolventur.

Seped' quoque *Theodericus* asseruit coram nobis, quod ipse per quondam IOHANNEM, fratrem suum, Nuncium ad hoc deputatum & specialiter destinatum, predicta X. octalia siliginis DAMMONI & ELSE - -, *Else* presenti & suo ac ipsius *Dammonis* nomine recipienti, publice & voluntarie resignavit coram

coram Sculteto & Scabinis ſecularis Iudicii ville *Rodheim*, adhibitis ſollempnitatibus - - debitis & conſuetis.

In cuius rei teſtimonium, preſentem Cedulam maiori Inſtrumento . . transfixam Sigillo noſtro - - duximus roborandam. Et ego *Theodericus* - - in evidentiam omnium premiſſorum Sigillum meum proprium, quo in . . Inſtrumento maiori uſus ſum, appoſui huic ſcripto.

Ex his particulis, celeberrimæ (aſt dudum extinctæ) Gentis de Erlebach *genealogia, quam valde mutilam exhibuit* HVMBRACHT Tab. 239, *commode poteſt ſuppleri.*

IOANN. *de* ERLEBACH.
Vx. Agnes.

IOANNES.	THEODER. *Can.* Aſch.	DAMMO *monachus* Selgenſt.	ELISABET *monialis in* Throno.	SOPHIA *mon. in* Schmerlebach.

CCLXXIX.

Agit de Cauſa quadam iudiciaria, ventilata coram Caſtrenſibus & Scabinis in Alsfeld, *Haſſiæ Oppido.*

An. 1356.

ex Autogr. NOS WIDEKINDVS *Vincke* Scultetus ſive Officiatus, ECKEHARDVS de *Linden* Miles, CONRADVS *Vincke*, CONRADVS de *Linden*, LVDEWICVS *Wickinburn*, HERBORDVS de *Tringesbuſen*, IOHANNES de *Rumrode*, CONRADVS *Zopff*, Caſtrenſes iurati; ac Scabini: CONRADVS *Kempfe*, HAPPLO *Schauenſus*, HAPPLO *Pankuche*,, ECKEHARDVS *Schramme*, IOHANNES *Stephin*, HAPPLO *Zule* & HERMANNVS *Kempfe*, Iudices iurati Opidi in *Alsfelt* Moguntine dyoceſis.

Notum

Notum facimus universis & singulis presens Scriptum visuris vel audituris, & recognoscimus in his scriptis; Quod conparentibus coram nobis in Iudicio Domino PETRO *Rasoris*, Presbitero & prebendario *Argentinensis* Ecclesie, Actore, pro se & suis in hac Causa consortibus, scilicet PETRO patre suo, & IOHANNE cognato suo parte ex una, & CONRADO *Rotzmul*, & IOHANNE *Schauwensus*, Reis, ex parte altera; Idem Dns *Petrus* proposuit coram nobis per viam Iuris & dixit, quod *Conradus* iam dictus emisset Ortum unum, situm iuxta montem, dictum *Silberbubel*, erga fratres suos *Ludewicum* presbiterum & *Heinricum*, & *Dyplonem* cognatum eius, iuste emptionis tytulo pro XII solidis Grossorum *Turonensium* antiquorum, legalium & bonorum; Quorum grossorum portionem debitam, secundum ratam & partem, ipsum, & patrem & cognatum eius contingentem, sibi per nos adiudicari & persolvi petiit, & ad hoc per nos compelli dictum emptorem secundum Leges & consuetudines Terre opidi predicti.

ITEM dixit & proposuit, quod IOHANNES *Schauwensus* quandam Domum, sitam iuxta domum quondam HEINRICI *Wizmans* ex una, & iuxta domum ELIZABETH dicte *Tuschin* parte ex altera, emit erga predictos fratres suos Dnm *Ludewicum* & *Heinricum*, & *Petrum* patrem eius iuste emptionis tytulo pro centum solidis grossorum *Turonensium* - - - & XVIII turonensibus; quorum grossorum portionem debitam secundum ratam & partem, ipsum & patrem & cognatum eius sepedictos contingentem sibi - - per nos adiudicari & persolvi petiit, & ad hoc - - compelli dictum Emptorem secundum Leges & consuetudines Terre opidi predicti.

Quibus sic propositis coram nobis, Nos secundum Ius & leges quibus supra, dictis Reis *Conrado* & *Iohanni* terminos assignavimus peremptorios, videlicet Quindenam pro primo termino, item pro secundo quindenam, & pro tertio termino peremptorio similiter quindenam, successive sequentes & inmediate, ad respondendum super Actionibus & querelis propositis predictis.

In quo, ſcilicet termino ultimo, denuo comparentibus Dno *Petro* Actore & aliis ſupra nominatis, & Reis predictis *Conrado* & *Iohanne*, coram nobis Iudicio preſidentibus, dicti, *Conradus* pro ſe, & *Iohannes* ſimiliter pro ſe, reſponderunt ad querelas & petitiones predictas in hunc modum: Videlicet quod memoratus *Conradus* eosdem XII ſolidos groſſor. *Turon.* tradidit & perſolvit LUDEWICO . . *Fruleis* de iuſſu & mandato Dni *Ludewici* & *Heinrici* fratrum, & *Dyplonis* cognati eius ex cauſa pretii Orti predicti. Item d. *Iohannes*, ſimiliter animo reſpondendi - - - dixit, & confeſſus fuit in veritate, quod ipſe L. ſolidos groſſor. *Tur.*. ex iuſſu & mandato Dni *Ludewici* & *Heinrici* - - & *Dyplonis* - - tradidit & perſolvit; *Gotfrido*.. *Derrin* XXX ſolidos groſſorum, Dno *Ludewico* XII - -, Dno *Friderico* & *Iohanni* cognato eius VIII - -; Et alios L. ſolidos groſſorum & XVIII Turonenſium ſolvit & pagavit infraſcriptis: *Hartmanno Zulen*, & *Conrado Schauwenſis* XLI ſolidos *Turon.* & Dno *Petro* Actori X. ſol.., nec non Dno *Ludewico* ſepedicto VI turonenſes. Quibus inſimul conputatis faciunt ſummam Centum ſolidorum groſſorum, & XVIII turonenſes. Et eos contentavit in tantum, quod ipſi ſibi ſatisfactum eſſe dicebant de dictis centum ſolidis groſſorum & XVIII turonenſibus ex cauſa pretii domus predicte, & aree ipſius.

Quibus ſic propoſitis, & reſponſionibus factis ſicut premiſſum eſt, poſt tractatus diverſos & deliberationes habitos inter partes hinc & inde, prefatus Dns *Petrus* Actor pro ſe & ſuo genitore, & *Iohanne* cognato eius memoratis, *Conradum* & *Iohannem* & eorum quemlibet, liberaliter & ſponte preſentibus, & conſiliis ſanis dictorum ſuorum fratrum & amicorum ibidem preſentium inductus, videlicet *Conradum* ſepedictum, XII ſolidorum *tur.* ex cauſa pretii Orti predicti, & *Iohannem* ſeped. centum ſolidorum groſſ. tur. & XVIII turonenſibus tytulo pretii domus - - & eius aree, & eorum heredes ab omni inpetitione totaliter quitavit & abſolvit; Et nichilominus dixit bona fide mediante ſtipulatione ſolempni, & confeſſus fuit & promiſit, quod dictos *Conradum* & *Iohannem*, & eorum heredes ex tunc & inantea nunquam inpetere velle, per ſe vel alium

&

& alios, & molestare, in Iudicio vel extra, verbis sive factis, quovis quesito colore vel causa. Et in signum renuntiationis & absolutionis predictorum liberaliter propinavit dimidium sextarium vini. Et etiam d. Dns *Petrus* post omnia premissa peracta dixit, se contentum esse multum de iustitia sibi facta super inpetitionibus & causis supradictis coram nobis.

In quorum omnium & singulorum premissorm testimonium, & ut robur optineant firmitatis, & a memoria hominum non recedant, presentes Litteras sigillis nostris quibus utimur: Sigillo nostre Officialitatis ad petitionem Castrensium supradictorum, & Sigillo Vniversitatis in *Alsfelt* ad petitionem Scabinorum Iudicum iuratorum fecimus sigillari. Nos vero Castrenses supradicti Iudices iurati, ac Scabini - - Iudices iurati in Opido *Alsfelt* recognoscimus, nos exorasse pro appensione eorundem sigillorum.

Acta sunt hec iudicialiter. Anno incarnationis Domini MCCCLVI, XVI Kl. Septembris ante meridiem, in domo Lapidea Rectoris parrochialis in *Alsfelt* Ecclesie. *17 Aug.*

CCLXXX.

De *Regis* Bohemiæ *in eligendo Rege Rom. iuribus.*

An. 1356.

[p. 672. n. 9.]

Nos Gerlacvs *D. G. sancte Sedis* Maguntine *Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Ad perpetuam rei memoriam. Desiderata pacis laudanda presidia, absque Principum gubernacione felici, persepe tamquam navem Remige destitutam, dubiorum anfractibus fluctuare contingit; & tanto periculosius & utique maiore dispendio; quanto Rectores publicos, Illustres videlicet Principes, quos divina providencia in consolacionem sui fidelis populi clementer instituit, Iuribus & potentia - - - * quo Prin- ** illegib.*

 cipum

cipum quorumlibet emunitates, nobilitates & iura diligenter custodiri debeantur, ac in sua integritate servari; Et illorum maxime, qui, tamquam fundamenta & Columpne fortissime sacri Imperii edificii, Thronum Cesareum gratis extollunt decoribus; quibusque Dei gracia pia dignacione tradidit, eum eligere, cuius potencia totius mundialis machine regitur monarchia.

Sane, licet de iuribus Serenissimi Principis, Dni Regis *Boemie* Illustris, Coelectoris, Comprincipis & College nostri, nulla fuerit seu iuris seu facti dubietas, quin ipse ab Atavis, proavis & progenitoribus suis, adinstar nostri, & quorumlibet aliorum Coelectorum principum, in electione Romanorum Regis ad Imperium promovendi, pleno iure fretus sit hactenus, & fruatur, sicut hoc luce clarius semper apparuit, ab eo tempore cuius apud homines memoria non existit; Tamen quia nonnulli filii tenebrarum, oculis cecucientibus a divina luce remoti, in meridiana claritate palpitant sicut in noctibus, & offendicula laqueosque preponunt iniquitatis & sceleris, diabolica invidia suggerente iugum veritatis deferre pre mole gravissimi ponderis coagulati mendacii . ., ne, quociens super offendiculis corruunt, & suorum laqueis iniquorum conceptuum se involvunt; ut lucem tenebras induent, & tenebras ipsam lucem.

Igitur ad habundancioris cautele presidium, ut prefato Serenissimo Principi Dno Regi *Boemie*, Heredibus & successoribus suis Boemie Regibus in perpetuum securius caveatur, & omnium dubitacionum amputentur calumpnie; &, ne quibuslibet ociose loquentibus malignandi materia relinquatur; Animo deliberato, non per errorem aut improvide, sed multa investigacione previa, & a multis veridica informacione recepta, maturo consilio, una cum universis aliis Coelectoribus, Comprincipibus & Collegis nostris, tam spiritualibus quam secularibus, de certa nostra sciencia recognoscimus, & dictante consciencia publice profitemur, quod Sereniss. Principes & Illustres Domini Boemie Reges, ab Atavis, proavis, avis & progeni-

genitoribus suis, ab eo tempore cuius apud homines, sicut premittitur, memoria non existit, habuerunt continuo, habent, & habere debent Ius & Vocem, plene & omnimode, adinstar nostri, & aliorum comprincipum Coelectorum - - nostrorum - - - in electione Romanorum Regis ad Imperatorem promovendi; Ita videlicet, ut quocienscunque Casus electionis emerserit, Serenissimus - - - Rex Boemie - - - ad celebracionem Electionis ipsius sollempniter vocari debeat; & in ipsa electione omnibus iuribus suis, Voce videlicet & Loco, & aliis quibuslibet ad hoc spectantibus, per se, vel Nuncios legitimos & Ambassiadores suos, adinstar nostri & omnium aliorum Comprincipum - - - nostrorum, - - - cum omni reverencia & honore gaudere, sicut de iure & more sacri Imperii principes Electores talibus freti sunt temporibus retroactis; Quodque prefatus Sereniss. - - Rex Boemie S. R. I. Archipincerna non sistit, * ac Archipincernatus officium coram Imperatore vel Rege Romanorum in sollempnibus Curiis sub Corona regali exercere non debet, neque tenetur ad hoc, nisi illud velit facere spontanea voluntate. Poterit tamen iuxta beneplacitum, in presencia Imperatoris vel Regis Rom. dum sollempnes Curias huiusmodi celebrari contigerit, procedendo, sedendo, vel stando, Regalem gestare coronam, sicut - - - Regum Boemie progenitorum & predecessorum Ipsius, consuetudo laudabilis ab olim noscitur observasse. * *f. servit.*

In cuius rei testimonium &c. Datum *Metis* Anno . . MCCCLVI. Dominico die proximo ante *Lucie* virginis. *a. 10 Dec.*

CCLXXXI.

GERLACO *tribuitur potestas exstruendi Oppida, in circumferenciis* Hasslach & Gerlachshausen. *cet.*

An. 1356.

[*p. 672. n. 10.*]

KAROLVS Quartus *divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemie Rex.* *ex Autogr.*

 Notum

Notum facimus tenore presencium universis, quod consideratis multiplicibus virtutum meritis, quibus Venerabilis GERLACUS, sancte Moguntine Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius, Princeps & Consangwineus noster dilectus, continue fidelitatis constancia nobis & sacro Imperio notabiliter & valde fructuose adhesit hactenus, &, sicut non ambigimus, in futurum debebit ac poterit sincerius adherere; Sibi de solita benignitatis nostre clemencia, ut in circumferenciis castrorum, videlicet *Haselach* & *Gerlachshusen* prope *Mintzenberg*; in locis, in quibus sue industrie placuerit & expedire videbitur; nec non de villis *Gernsheim* & *Nidernhal* prope *Nagelsberg*; ac de villa *Hasela* prope *Wertheim*, Opida facere, instaurare, & de novo construere possit, debeat & valeat, auctoritate Imperatoria indulgemus sub omnibus & singulis graciis & condicionibus, prout meliori & utiliori modo factio, instauracio & constructio novorum opidorum per nostram Celsitudinem potest indulgeri.

Vt autem Opida huiusmodi, & Incole seu inhabitatores eorum, futuris temporibus proficere valeant, & continuum melioracionis suscipere incrementum; ex innata nobis clemencia concedimus Opidanis ipsorum opidorum Iura, Gracias, libertates & emunitates, quibus Cives civitatis *Frankenfurdensis*, fideles nostri usi sunt hactenus, & presencialiter pociuntur.

Concedimus eciam & indulgemus Opidanis dictorum opidorum, quod Cippos & Patibula facere & erigere possint & debeant, quibus propter bonum pacis & commodum Innocentum, Reos & noxios corrigant debita decencia, iuxta sua demerita & suorum excessuum qualitatem. Presencium sub Imperialis Maiestatis nostre Sigillo testimonio Litterarum.

Datum *Metis*, Anno Domini *M CCC Quinquagesimo sexto*. None Indictionis. XI Kal. Ianuarii. Regnorum nostrorum anno XI^mo Imperii vero Secundo.

22 Dec.

Co. . per Io. de *Prusentz*.
Per Dn. Cancellarium
IOHANNES de *Slatz*.

CCLXXXII.

CCLXXXII.

Exorta inter Electorem Saxoniæ RVDOLFVM, *ac* Wenceslaum *Ducem* Lucemb. *controversia de præferendo Imperatori Ense, favore Saxonis decisa.*

An. 1356.

[*p 673 ante § III.*]

NOS GERLACVS *D. G. sancte* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, Notum facimus tenore presencium universis, quod cum in sollempni Curia Imperiali, quam Serenissimus ac Invictissimus Princeps & Dominus, Dns KAROLVS *Quartus*, divina favente clemencia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemie Rex, Dominus noster graciosus, in Civitate *Metensi* sacratissimo die Nativitatis Dominice nobiscum & cum aliis diversis Principibus Coelectoribus nostris, Ecclesiasticis & Secularibus; presentibus eciam aliis Principibus, Proceribus & Nobilibus in numerosa multitudine celebravit; inter Illustres Principes Dn. RVDOLPHVM Ducem *Saxonie*, sacri Imperii Archimareschallum ex una, & Dn. WENCESLAVM, *Lucemburgensem*, *Lothoringie*,. *Brabacensem* & *Limburgensem* Ducem, sacrique Imperii Marchionem parte ex altera, suborta fuisset materia Questionis; quis videlicet eorum, Ensem imperialem in predicta & aliis sollempnibus Curiis imperialibus, ante faciem Maiestatis Cesaree procedendo, gestare; seu, Imperatore vel Rege Rom. in Mensa vel Tribunali sedente, coram eo tenere deberet; utroque ipsorum hec sibi competere contendente; Idem D. N. Dns Imperator contencioni huiusmodi, & scandalis que nasci potuissent exinde, aditum volens precludere per sentenciam equitatis; habito nobiscum & cum Coelectoribus nostris, aliisque Principibus antedictis super hoc maturo consilio, considerans quod predictus Dns *Wenceslaus*, Lucemburgensis - - - - Dux ac S. Imp. Marchio Ducatum Brabacensem, & Marchionatum huiusmodi, quorum virtute Ensem

Ensem ipsum, ad gestandum ut premittitur & tenendum sibi dari petebat, ab ipso D. N. D. Imperatore nondum suscepit in feudum, nec de feudis Ducatus & Marchionatus eorundem, per ipsum adhuc extitit investitus; Auctoritate Imperiali, nostro accedente consilio declaravit expresse, iam dicto Dno *Wenceslao* - - - - in iuribus & privilegiis, sibi in dictis Ducatu & Marchionatu, presertim circa portacionem & tencionem Ensis imperialis competentibus, nullum per hoc, preiudicium generari; Nec imposterum illud sibi posse vel debere quovis modo nocere, quod prefatus Dux RVDOLPHVS de *Saxonia* in supradicta Imperiali Curia Ensem ipsum ante faciem ipsius D. N. Dni Imperatoris gestavit, & eciam circa mensam imperialem tenuit coram Ipso. Presencium, sub nostro Sigillo appenso testimonio Litterarum.

Datum *Metis*. Anno Domini MCCCLVI, in die bti
26 Dec. *Iohannis* Apli & Ewangeliste.

CCLXXXIII.

MAVRITIVS, *Collegii Carolini Præpositus*, *suique successores*, *creantur in* Elemosinarios perpetuos *Aulæ Cæsareæ*.

An. 1357.

KAROLVS Quartus *Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus*, *&* *Boemie Rex*. Ad perpetuam rei memoriam. Religioso MAVRICIO, Ecclesie Scor. *Wenceslai* & *Karoli* in inferiori *Ingelnheim* Mog. dioc. Preposito, Aule Imperialis Elemosinario, familiari, domestico, commensali & Devoto suo dilecto, Graciam suam & omne bonum.

Dum circa dispensationem ministeriorum que specialiter sacra Imperialis Aula desiderat, mens nostra distrahitur; Dum animus noster de eligendis ad officia Mense nostre personis idoneis

neis meditatur; Illud neceſſarium eſſe cognoſcimus, illud pre ceteris arduum invenimus, ut ad illa officia Viros vita & moribus approbatos ampliori diligentia eligamus, quos ex officii ſui debito Ceſareis aſſidue aſſiſtere contingit conſpectibus; quique, dum in adminiſtratione ciborum maior fidei & induſtrie ſollicitudo requiritur, familiarioribus nobis miniſteriis obſequuntur.

Hinc eſt, quod ad merita tue Devotionis & fidei, noſtre conſiderationis intuitum convertentes, & Eccleſie tue prefate in *inf. Ingelnheim*, quam beatus KAROLUS quondam Romanorum Imperator, Predeceſſor noſter dilectus olim fundaverat; quamque poſtmodum valde collapſam, tam pro reverentia & augmento cultus divini, quam in memoriam tanti Principis in ſtatum reſtaurare curavimus condecentem, & tam perſonarum Collegio, quam reddituum competenti ſuffragio decorare; nec non eiusdem eccleſie Prepoſitis, tibi videlicet & tuis ſucceſſoribus perpetuis de benignitate Ceſarea honorem volentes & gratiam facere ſpecialem; Auctoritate Imperiali, Principum Procerum & Baronum noſtrorum accedente conſilio, te in noſtrum & Imper. Aule Elemoſinarium eligimus, facimus, conſtituimus ex certa ſciencia, & creamus; Eadem auctoritate Ceſarea decernentes, ut tu, & ſucceſſores tui, qui . . fuerint Prepoſiti eccleſie in *Ingelnheim* antedicte, cenſeamini, vocemini, & ſitis realiter Elemoſinarii noſtri & ſucceſſorum noſtrorum Romanorum Imperatorum & Regum; ſisque, & illi ſint, in tali officio Imperiales Officiales, familiares, & domeſtici commenſales; & cottidie ante menſam Imperialem, in ſuperpelliceo, & mitra varia, & cum baculo, tanquam Officiati incedentes, Elemoſinarii officium fideliter exequamini & ſolerter; niſi forte debilitate corporea pregravari, aut in legatione Ceſarea, vel alias in facto neceſſario de noſtra vel ſucceſſorum noſtrorum licencia te vel eos abeſſe contigerit; quo caſu per idoneum & honeſtum Presbiterum expleri procurabitis officium memoratum.

Et ut frequencius imperialibus intendere & adeſſe poſſitis obſequiis; tibi & dictis tuis ſucceſſoribus - - -, videlicet ve-

ſtrum cuilibet, cum duobus famulis & tribus Equis victualia & ſolita neceſſaria ac pabulum volumus ab Officialibus Curie Imp. qui ad hoc deputati fuerint, tam caritative quam benivole & ſine contradictione qualibet miniſtrari. Concedimus etiam tibi & ipſis auctoritate preſencium gracioſe, ut omni tempore duos Clericos habere poſſitis ad nutum veſtrum inſtituendos, & eciam dum placuerit removendos, qui ad menſam noſtram in veſtro nobis cooperari miniſterio tenebuntur; & nichilominus ad mandatum noſtrum, coram aliis menſis Principum, Procerum & familiarium Aule noſtre in his que ad officium Elemoſinarie pertinent, aſſidue miniſtrare; quibus etiam, de expenſis & neceſſariis aliis, a Curia imperiali ſtatuimus provideri. Teque & eosdem ſucceſſores tuos, ubique terrarum atque locorum univerſis privilegiis, libertatibus, immunitatibus, iuribus, graciis, honoribus & indultis, quibus ceteri Aule imperialis Officiales domeſtici pociuntur, uti decernimus perpetuis temporibus, & gaudere. Inclytos Succeſſores noſtros quos nutu divino poſt noſtrum ab hac luce tranſitum, Deo miſerante felicem, in Imperiali ſive Regio Romanorum culmine reſidere contigerit, attencius obſecrantes, ut in premiſſis omnibus te & dictos tuos ſucceſſores pie recipiant, gratanter admittant & manuteneant, foveant favorabiliter, & conſervent.

Signum Sereniſſimi Principis & Domini KAROLI Quarti *Romanorum Imperatoris Invictiſſimi, & Glorioſiſſimi Boemie Regis.*

Teſtes huius rei ſunt Venerabilis GERLACUS, *Maguntine* Eccleſie Archiepiſcopus, ſacri Imperii per Germaniam Archicancellarius; & Illuſtres:

WENCESLAUS *Saxonie.*
BOLCKO *Falckenbergenſis.*
BOLCKO *Opulienſis.*
PRZEMISLAUS *Teſchinenſis.* } Duces.

Spe-

pectabiles: BVRCKHARDVS Burgravius *Magdeburgensis* Magister Curie nostre. LVDEWICVS de *Ottingen*, BVRCKHARDVS & IOHANNES de *Retz* Comites; & alii quam plures nostri & Imperii sacri Principes, Nobiles, & Fideles. Presencium sub Imperialis Maiestatis nostre Sigillo testimonio Litterarum.

Data *Maguntie* Anno Domini MCCCLVII. Indict. X. VII Kal. Marcii. Regnorum nostrorum anno XI. Imperii vero II°. *23 Febr.*

CCLXXXIV.

LITTERA *feudalis de prædio* Aldendorf, *nec non* Schopiz & Lochau, *data* Conrado & Conrado *fratribus* de Tanrod.

An. 1357.

Wir Gerlach - - Ertzbischoff zu Mentze &c. Tun kunt - - daz wir den Edeln Conrad und Conrad, gebrudern, Herren zu Tanrode, und yrn Erbin, unsern Getruwen, durch annemen dienst den Sie uns - - getan haben, - - -, lihen mit dysem Bryve zu rechtem Manlehin, daz Gut u. den Hoff zu Aldindorff halb, und daz Gut zu Schopitz, u. zu Lochaw; in Veldin u. in Dorffen; Und daz Holtz daz da heissit Luchou; mit allir Manschaft, Kirchlehen, Friheit, Nutzen u. Eren; Und mit allen Rechten, gesucht u. ungesucht; also daz Uns u. unserm Stifte, von Conrad u. Ottin gebrudern Burggreven zu dem Aldenberg, anirsterben oder ledig werden mag. Auch sollen wir, Unser Nachkomen u. Stift sie vesteclichen verantworten u. vertedingen zu den Guten, und sollen nit staden, daz die vorgenante Burggreven Yn daz Gut entpherren, mit Kauffe oder mit keinre satzunge, die den vorgen. Conrad u. Conrad Herrn zu Tanrode geschaden, oder uff Irn Geweren bringen mogen; Wand, waz Sie von den Guten

ten anruret, daz sollen wir, unser Nachkomen, und unser Provi-
sor *, und alle unser Amptlude sie vesteclich vertedingen zu irme
Rechte; Ane geverde.

* subintell. Erfurtens.

Auch sollen die vorgen. von Tanrode . . uns beholfen sin, und ensollen die - - Gute von nymande anders zu Lehen enphahen, den von Uns - - u. unserim Stifte. Und kondin Sie ichtme irfarn Gutis, daz zu dem vorgen. Gut horte; daz dieselbin Burggraven vome Aldenberge von uns - - - zu Lehen gehabt hetten; da solden Sie uns oder unsern Amptluden anewysen, und - - uns auch dazu beholfen sin, daz wir daz mit Rechte an unsern Stift wyder brechten.

Des zu Urkunde - - - .Datum *Aschaffenburgi* Quarta feria post *Marci* Ewangeliste. Anno Domini MCCCLVII.

29 Apr.

CCLXXXV.

Confirmatio fundationis Capellæ in Elsheim.

An. 1357.

ex Autogr.

GERLACVS D. G. *sancte Maguntine Sedis Archiepiscopus sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniversis Xpi fidelibus ad quos presentes pervenerint, salutem in Domino sempiternam.

Institucionem, fundacionem & dotacionem Capelle in *Husen*, prope parochialem ecclesiam in *Egilsheim* * nostre dyoc, site, per quondam HERMANNVM Militem, dictum *Keppechin* de *Sawelnheim* † de bonis & redditibus, contentis in Litteris quibus hec presens nostra cartula est transfixa, factam, iuxta omnem modum & formam in eisdem litteris expressam auctoritate nostra ordinaria collaudamus, approbamus, & . . in nomine Domini confirmamus. Salvo tamen iure Rectoris ecclesie parochialis predicte, seu alterius cuiuscunque. Quorum ius per presentem confirmacionem nolumus in aliquo infirmari, seu iuri ipsorum . . derogari.

In

In cuius rei teſtimonium Sigillum noſtrum ſecretum . . eſt appenſum. Datum Ydus Iulii Anno . . MCCCLVII. *15 Iul.*

* Elsheim: *tribus horis Moguntia, dominii Palatini.*
† Kepchen *de* Saulheim.

CCLXXXVI.

Charta EMERICI Roſt, *militis* de Waldeck, IOANNIS de Cronberg *armigeri:* Eliſabeth & Margarethæ *uxorum, vi cuius aſſignant ſufficientes reditus (comparatos a* Rugravio RVPERTO & PHILIPPO Vlner *) ad uſum Altaris, fundati per ipſorum Socerum ac reſp. parentem,* IOANNEM de Randeck *noviſſime defunctum, cedentes* Forfeldi & Alſentiæ.

An. 1358.

Ich Emerich Roſt Ritter von Waldecke, Lyſe *Vxor.* Johan von Cronenberg eyn Edilknecht, und Grede *Vxor.* - - - Dun kont allen Luden - -, Umb alſoliche ewige Meſſe, als unſer Sweher und Her ſelige, Her Johan von Randecken - - -, und unſe Sweger und Frauwe . . Lyſe von Randecken geſtift und gemacht hant zu Randecken; Und die Gulde die zu der Meſſen horet bewieſet hatten offe alle ir eygen gut; Und umb daz kein unrath u. hinderniſſe daryn valle; ſo ſin wir zu rade worden bit unſer Sweger u. Frauwen . . Lyſen vorgenant, und Sie bit uns; Und han bewieſet — — — eynem yglichen Cappelan der Meſſen u. des Altares zu Randecke (20) Malder Korngeldes Binger maſſes, und zwo Mark Geldis *den. Col.* zu Fornfelt off dem Eygen gude, daz *Socer & reſp. pater, materque Eliſabet* kauft hant umb Rugraven Ruprecht, und Hrn Philips Vlner, — — — Und daz fuder Wynes, daz zu der vorgen. Meſſen horet, daz iſt zu Alſentzen bewieſet *ex Autogr.*

 wieſet

wieset offe den Guden die unser Sweger und . . Lyse . . do hat, als die Brieffe besagent die darubir geben sint. *

Vnd des zu Urkonde — — — — gehangen. Der geben wart an deme Dynstage nach halpVasten - - - (1358.)

* *Data sunt* 1348, Decoll. S. Ioan. *Ipsam Capellam dedicasse perhibentes* [Ioannes & Elisabet] *in honorem* B. V. S. *Ioh.* B. trium Regum, & Cathar. V.

Ioannes *vivebat adhuc anno praced.* 1357 *Quandoquidem:* Ich Johan Randecker, und Lyse *Vxor* bekennen — — — —, daz wir - - gegeben - - han ses Malder Korngeldis ewekliche - - -, und eyn Mark Collescher Pennenge, unserm Eltar, den wir zu Randecke gestyftet han, zu besserunge, offe alle unse Gut daz wir zu Froselt han, unwiederrufflichen. Des zu Orkunde - - - (1358) des Frittages in der Oster Wochen.

CCLXXXVII.

ad Genealogiam Solmensem *accessiones.*

An. 1358.

ex Autogr. Kunt sie - - - -, daz ich Johan Rode von Müllinheim, Gerdrut min eliche Wirtin, Burger zu Wetzflar - - - — han gebin an diesen Scriften, den Edillen Juncfrauwin - - Gerdrude und Menen gesusterden, Grebin Bernhartis seligen Doychterin von Solmisse; Und Juncherren Diderichs dochter von Wertdorf dez Eltisten, Juncfrauwen Fygen, Geystlichen Luden des Closters zu Aldinburg, - - - - Unsern Wingarten gelegin zu ObirnByle ꝛc. Zu urkund - - - - han *Coniuges praedicti* gebedin den Edillin, unsirn Junchern, .. Otten Grebin von Solmisse, daz dise Gebunge mit sime guden willen und gehengnisse sie; Und des sin Ingesigele *cet.* 1358 feria 6 post Assumpt. B. M. V.

CCLXXXVIII.

CCLXXXVIII.

Consules & universitas Civium Duderstad. *iussu* WILHELMI *Ducis* Brunsv. *homagium præstant* GERLACO Mogunt.

An. 1358.

[*p. 673 ad n. 8.*]

Wir Radismeistere, Rat, und die Burgere gemeinlichen zu *ex Autogr.*
Duderstad bekennen - -, Daz wir von gebotde und geheis-
se dez Erluchten Fursten unsirs Junchern, Wilhelmes Hertzoghe
zu Brunswich gehuldet han, gelobit u. gesworn, - - - - mit dies-
sem Brive, zu unsirs Herrn Hant, Hern Gerlachs Ertzebischof-
fes zu Mentze, und sines Stiftes; den Gestrengen Luten, Herrn
Henriche von Hartinberg und Hrn Heydenriche von Elkirhu-
sen Rittern, tzu dem Dritten deyle der Stad Duderstad, darvon
wir dem egen. unsirm Junchern Wilhelm als unsirm rechtin Herrn
angehorten, und verbunden waren; Und sullen ouch u. wollen dem
egen. unsirm Herrn von Mentze, sinen Nachkomen oder Stifte,
die Hulde, Truwe u. Eyde selber dun, wan daz gesche daz sie zu
Duderstat quemen; oder anders wo wir by On quemen; und in
alle die wise als die Koufbrive sprechen, die unsir Juncher Wil-
helm vorgenant dem - - Herrn Gerlach E. z. M. - - daruber
hat gegeben. Und han zu sicherheide u. Urkunde unser Ingesegel an
diessen Bryff gehangen. Der gegeben ist nach Cristus geburt du
man zalte Drutzen hundert Jar, und darnach in dem Achte
und funftzigesten iare. Uff den Suntagh vor unser Frowen dag
den man zu latine nennit *Nativitas.* *m. Sept.*

CCLXXXIX.

CCLXXXIX.

De iure patronatus in Rendel.

An. 1358.

Nos Conradus Prepositus, totusque Conventus monasterii in *Ehvinstat* Ord. Premonstr. — Recognoscimus, tenore presencium publice profitendo, quod de Ecclesia parochiali in *Rendele*, que per Nobilem virum Dn. Henricum de *Ysenburg* Dominum in *Budingen*, cum iure patronatus quod ad ipsum spectabat, de consensu Dne Alheydis sue legitime uxoris, Domicelli Iohannis eorum filii senioris, & Dne Phie eiusdem legitime conthoralis, pro ipsis & heredibus suis ob salutem animarum suarum nobis propter Devm est donata, ac in manus nostras libere resignata; nec non per Reverendum in Xpo Patrem - - - Dn. Gerlacvm Archiepiscopum *Maguntinum*, Honorabilium virorum Dnor. Decani tociusque Capituli - - post maturam deliberacionem expresso consensu accedente nobis incorporata ac unita, quemadmodum omnium pretactorum patentes Litteras super eo confectas & sigillatas obtinuimus, & reservatas penes nos habemus; Singulis annis ad Fabricam seu luminaria prefate Eccl. *Mag.* duas libras Cere in festo B. *Martini* hyemalis tenemur solvere, ac sub laboribus nostris & expensis perpetuo ministrare. Dantes has Litteras, Sigillorum nostrorum appensione munitas in testimonium premissorum.

Actum V. Idus Decembris. Anno Domini MCCCLVIII.

CCXC.

Missiva Gerlaci *ad* Carolvm, *causa cuiusdam propositionis, factæ Collegio Electorali de Cæsaris mandato per* Rupertum *Palat.*

Sub an. 1359.

[*p.* 674. *n.* 14.]

Serenissime Domine. Prout vestra Imperialia iussa me nuper litteratorie requirebant, ut una cum quibus-

dam

dam aliis meis in electione Imperiali Conprincipibus, ad certum, michi & ipsis per Illustrem Dnm RVPERTVM *seniorem*, Ducem *Bavarie* designandum terminum convenirem, auditurus una cum ipsis ea, que ipse Dns Dux ex parte Vestri nobis duceret exponenda; Ita ad eiusdem insinuationem tam ego quam predicti Domini convenimus hodie cum ipso Dno Duce apud *Bacheracum*, & fidelem ipsius relacionem Imperiali nomine provide nobis factam concorditer audivimus, & grato animo recepimus, cum ea devotione qua decuit, & honore.

Vestre igitur Serenitati cupio innotescere per presentes, quod ad omnia illa per d. Dn. Ducem nobis exposita, tam ego quam dicti mei Conprincipes, vestri Imperii devoti hic in presenti congregati pro voluntate honore & beneplacito vestre Imperialis Celsitudinis taliter faciemus; - - - - * quod de nobis in hac parte debebit (optanter confidimus) vestra supercellens Dominatio contentari, prout etiam Dns Dux suprad. iuxta responsionis nostre formam sibi expositam, Vestram Serenitatem poterit lacius informare. &c. MCCCLIX. * illegit.

CCXCI.

GERLACI *Litteræ ad* CAROLVM, *quibus se purgat de obtrectatione, acsi de Eodem exauctorando, &* LVDOVICO R. Hungariæ, *Pontificis conniventia fastigio Imperiali imponendo, miscuisset consilia. Cum duabus sqq.*

Sub an. 1359.

[*p.674. n.15.*]

Invictissimo Domino KAROLO, Romanorum Imperatori semper Augusto, Domino suo gracioso, GERLACVS Dei gracia Archiepiscopus *Moguntinus*, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius sincere fidelitatis obsequium, tam debitum quam paratum.

Ad meam, quod dolenter refero, deduxit noticiam relatio fide digna, Illustrem siquidem Dn. RUDOLFUM *Austrie* Ducem Imperialibus vestris auribus instillasse, qualiter ego, & quidam alii Imperialis electionis prerogativa & titulo decorati mei Conprincipes, de connivencia quidem & scitu Sanctissimi in Xpo Domini nostri summi Pontificis, apud inclitum Dn. Regem *Ungarie* factiones & consilia presumpserimus attemptare pro deposicione serenissimi Status vestri, & sublimacione dicti Dni Regis in locum vestrum ad fastigium Imperatorie maiestatis; Cuius rei admiracione stupenda, donec in lucem prodeat huius tam infausti negocii veritas, animus meus incessanter vehementissimis non inmerito motibus anxiatur.

Quia igitur teste DEO cordium scrutatore, & fidelitate, qua Imperiali teneor Celsitudini, quamque semper constanti fide erga Vestram Dominationem Cesaream gessi, & inantea auxiliante Domino observabo, nichil horum michi sum conscius; nec quidem in cogitacione, ut de factis taceam, ad hoc inconveniens presumpsi ullo unquam tempore prosilire;

Proinde flexo animo vestre supplico Maiestati, quatenus ab huiusmodi, quo nescio Emulatore conficta calumpnia credulitatis animum avertentes, meam circa ista habere dignemini devocionis & puritatis constanciam de benignitate Cesarea penitus excusatam; & meam super his expurgacionem clementer admittere; quam, pro innocencie mee puritate paratus sum, & desideranter exopto, facere in Consistorio Imperialis Aule, prout Vestre Serenitati & Conprincipum meorum vestri Imperii devotorum iudicium hanc decreverint faciendam. Datum - - - - *

* *Præsumptive an. 1358 vel 59;*

CCXCII.
EIUSDEM,
ad Hungariæ *Regem super negotio prælibato.*

Excellentissimo Principi, Dno LUDEWICO Ungarie Regi, GERLACUS D. G. Archiepiscopus *Moguntinus,*

tinus, - - ſinceram & obſequioſam ad beneplacita voluntatem.

Infauſta ad noſtram nuper noticiam deduxit relacio, Illuſtrem videlicet Dn. RVDOLFVM Ducem *Auſtrie*, quo miramur auctore ad ipſum talia pervenerint, Invictiſſimi Domini noſtri Romanorum Imperatoris animum informaſſe, qualiter nos, & quidam alii noſtri Conprincipes ſacri Imperii Electores, de connivencia & ſcitu SSmi Patris - - ſummi Pontificis apud veſtram preclaram Dominacionem factiones tractatus & conſilia preſumpſerimus attemptare pro dicti Dni noſtri Imperatoris depoſicione, & veſtre Regie Perſone ſublimacione in locum Ipſius, ad apicem Imperatorie dignitatis.

Sed quia, Deo teſte, & veſtra Regia conſciencia veraciter cognoſcentes, quod de his, & omni factione huiusmodi perverſi conaminis ſumus penitus innocentes; Veſtram affectuoſe rogamus Regiam Dignitatem, quatenus ob Zelum iuſticie & veritatis noſtram dignemini apud *dcm* Dn. noſtrum Imperatorem, & ubicunque de his mentio ventilabitur, innocenciam debite & favorabiliter excuſare. Cum conſtet veſtre Sublimitati Regie, quod de his nunquam ad vos ſermo noſter fuit, nec aliquando ſuper hoc vel aliquo talium ad vos noſtra ſcripta vel nuncia pervenerunt. Nec intendimus itaque, vel poſſumus famam noſtram negligere in hac parte; quin in ipſius D. N. Imperatoris Conſiſtorio, & ubique, per expurgacionem condignam, noſtre puritatis innocenciam declaremus. Datum - - -

CCXCIII.

,, *Ad Ducem* AVSTRIÆ.,,

Illuſtri Principi & Potenti Domino RVDOLFO Duci *Auſtrie*, Amico noſtro dilecto, GERLACVS - - - - ſinceram ad beneplacita voluntatem.

Ad noſtram nuper deduxit noticiam relacio fide digna, veſtram quidem Generoſitatem Sereniſſimi D. N. D. Imperatoris auribus intuliſſe, quod nos, & quidam alii noſtri Conprincipes Sacri Imperii Electores, de connivencia & ſcitu - - - - Summi Pontificis, apud inclitum Dn. Regem *Vngarie* factiones & conſilia preſumpſerimus attemptare pro depoſicione ſiquidem dicti D. N. Imperatoris, & ſublimacione *d.* Dni Regis ad faſtigium Imperatorie dignitatis. Quia igitur nichil omnino horum conſcii nobis ſumus, & per talia ac tam nefanda conamina inviti vellemus, nedum cogitando, ut de facto taceamus, inferre maculam fame noſtre; Admiracione nimium perturbante percellimur, quonam adinventore, quove Calumpniatore, ad veſtre cognicionis noticiam hec de nobis & noſtris Conprincipibus perverſa relacio convolarit; cum certum ſit, & Excellencie veſtre notum exiſtat, quod de his nunquam ad vos ſermo nobis fuit, nec ulla ad vos ſuper eo ſcripta noſtra, ſeu nuncia pervenerunt.

Quapropter veſtram preclaram Nobilitatem rogamus animo affectuoſiſſimo, quatenus, ſinceritatis mutue qua unumcunque Principem honorem alterius zelare convenit ob reſpectum, talia de nobis minime ſencientes, nos ſuper delacione huiusmodi iniurioſa velitis in ipſius Dni Imperatoris audiencia excuſare, nobisque, pro innocencia noſtra in hac parte conſervanda, portare & conferre per veſtras patentes Litteras, & oris beneficio ubi neceſſe fuerit, debitum teſtimonium veritatis. Nam ſi quis ultro forſitan ſiniſtre de nobis ſuſpicans, cauſare de contrario nos curaret, parati eſſemus, in Imperialis Aule Iudicio, & in omni loco, iuxta dicti Ser. D. N. Imperatoris & dictor. Dnor. noſtrorum Conprincipum decretum, ſuper his nos veritate lucida expurgare. Datum - - - -

CCXCIV.

CCXCIV.

Comites de Oetingen *Alsatiæ inf. Landgravii, feudo Moguntino* Brumat *renuntiantes, conferri id ipsum petunt* Simoni *Domino* in Lichtenberg.

An. 1359.

[*p. 1018 in Addit. versu:* in Gerlaco.]

Dem Erwurdigen unserme gnedigen Herren, Hrn Gerlachen Ertzbischof zu Mentze oder auch sinen Nachkomen an dem Stift - - embieten wir Ludewig der Elter, und Ludewig der Junge, Graven von Oetingen, Lantgraven in Nidern Elsaß unsern undertenigen gutwilligen dienst. *ex Autogr.*

Uwer Erwurdikeit tun wir wissen, daß wir durch redeliche sache alle die Man, und Manschaft u. Lehen, die wir habent, oder von Unß zu lehen gant, von den Gutern, gulten, gelte u. Nutzen, wo und wie die genant, geheissen u. gelegen sint in der Stat zu Brumat u. in demselben Gerichte, Twinge u. Banne, mit allen Rehten u. zugehorden, hohe u. nieder, gesuht u. ungesuht, wie u. wo sie genant oder gelegen sint, nutschent ußgenomen, die wir von Uch u. uwerre Stift zu Lehen hant; habent mit bedachteme mute u. beretelich, rehte u. redelich ufgeben, und gebent sie öch uf mit disem Brief in uwer hant in alle die wise, reht u. masse, als wir es allerbast u. vesticlicher mugent getun. Und bittent Uwer Erwurdekeit flehelich, daß Ir die egenanten Lehen, dem Edeln Symund Herre zu Lichtemberg und sinen Lehens-Erben zu rehtem Lehen gunnen u. lihen wollent.

Vnd des zu Urkunde han wir unsere grosse Ingesigele an disen Brief gehencket. Der geben wart an dem Dunrestage vor Sante Paulus tage des Heiligen Zwelfbotten, alse Er bekert wart. In dem Jar do man zalte von GOttes Geburte Druzehen hundert Funfzig und Nun Jare. *2. Ian.*

CCXCV.

TABULÆ *Pacis provincialis per* Wetteraviam.

An. 1359.

[p. 674. n. 16.]

Wir Gerlach v. G. G. Ertzbischoff zu Mentze ꝛc. Ulrich Her zu Hanauwe, Landvoit zu Wederkibin; und Wir die Burgermeister, die Scheffin, die Rede u. die Burgire gemeynlichen der Stede zu Frankenfurt, Frideberg, Wetzflar, u. zu Geilnhusen Bekennen und tun kunt, das wir von Gebod u. heisse des Allirdurchluchesten, unsirs lieben gnedigen Herin, Hern Karlen von Gots gnadin Romschen Keysers, zu allen zyten Merer des Riches, u. Koniges zu Beheim, God zu lob u. zu eren, dem Land u. Luten zu nutze u. zu fryden, eynen Lantfride han gemacht. Der . . sal weren, von nuhn ane bis off S. Martins tag zwey iar nehist nacheinander volgende; Und han denselbin Lantfrieden in truwen gelobt, u. zu den Heilgen gesworn stede u. veste zu haldin; in all der masse als er begriffen ist, und hernach stet geschrieben.

Zum Ersten han wir den Lantfriden gemacht um Raub, Mort, Brand, und Falsch: Die Strassen, Lant u. Lude zu schirmene u. zu frydene, und nyman an die andern zu grifene; Er tue es dan mit Gerichte; Und nyman kein Geleide zu gebin von der Stucke wegen, dan off Recht. - - - - —

Auch sollen wir Gerlach E. z. M. zu diesem Lantfride sin beholffin mit funffzig Mannen mit Huben off unsern Kost, Schaden u. Verlust; Und wir die vier Stede mit funfzig Mannen mit Huben off unsern Kost, schaden u. verlust, tegelichs, wanne es sich geburet.

Auch sollen wir Gerlach - - - zu diesem Lantfride viere Rittere kiesen; Und wir die vier Stede vier Burgere; und sal der Edil Ulrich Here zu Hanawe Lantvoit zu Wedereiben - -, von unsirs Herin des Keysirs wegen ein Nunde Man sin; Die Nune sollin

sollin in truwen globen u. zu den Heilgen sweren, recht Urteil zu sprechin, u. zu richtin dem Armen u. dem Reichen, - - nyman zu liebe noch zu leide; noch keynirleye Myde davone zu nemene - -; Und sollent die Nune ye zu dem Mande . . zu Franckenfurd komen, oder war Sie den Lantdag legen, und sollent da ein Lantgerichte besitzen, u. richten die Bruche des Lantfride; Und mogen auch die Nune oder das mer teil, den Lantdag kurtzen, odir langen, wie sie donkit daſ es zu der zyt not sy. Auch mag der nunde Man die andern Achte verboden, und ein Lantgerichte besitzen so er des gemanet wird; - - Und so sollen Sie auch kommen. One alle Geverde.

Wers auch, daſ der vier Rittere, odir vier Burgere, eynir oder me von Todis wegen abegingen ee diese Jarzil des Lantfriden ußgienge; oder mochte sust daby nit gesin; So sal Der, von des syten der gewest ist, eynen andern an des stat setzin off den nehisten Lantdag, so dicke des not dut; Und sal auch Der globin u. sweren, als der Jene getan hat an des stat er gesezt wirt.

Wers auch, daſ man von des Lantfriden wegen einen Besess tun wurde, so sollin die Fursten, Herin u. Stede die in dem Lantfriden sint, zu dem Sesse dienen unverzogenlich, mit Bliden, mit Werckin, mit Grebirn, mit Hude, und mit allen stucken u. sachen als zu der Zyt vor dem Besess not ist, wie die Nune odir das merer teil wisent.

Wers auch, daſ der Lantfride eyne Vesten mit gewalt ubir halſ gewonne; die Veste sal man von des Riches und des Lantfridens wegen zerstorn u. zerbrechin. Wers aber, daſ die Nune, vor, ee die Vesten gewonnen wurden, keyne Tedigere funden; odir an sie queme, Die sie . . duchte daſ sie dem Riche u. dem Lantfriden erlich u. nutzlich were; das mogint sie nemen, und damyde tun u. lasen, als sie off ir Eyde dunkit daſ dem Riche u. dem Lantfriden erlich u. nutzlich sy.

Auch sollen alle Gefangen, die von des Lantfriden wegen gefangen werden, und von den nit gericht wirt; Und alle Brantschatzunge in der Nune hant sin; Aber Reysige Habe sollin wir teilen, nach

nach Marzal der Lute die unsir yglicher zu der zyt off dem velde hat.

Wan es sich geburet, daſ man mit dem Lantfriden uſſ ſal ziehen; ſo ſollent die Nune oder das merer teil, die Furſten Herin u. die Stede virboden an eine ſtat, da ſie ſich haufen ſollin; Und ſollen die Nune alle myde off dem velde ſin; und war die Nune oder das merer teil ubirkomen, da Sie das Heubit hine keren, da ſal man Yn mit dem Lantfriden nachfolgen.

Auch Wer in der Terminie des Lantfriden ſitzet, und den Lantfr. nit wil ſweren; geſchiet dem ein Schade ee dan Er den Lantfr. geſwere; des hat der Lantfride nit zu ſchaffen noch zu tune. Auch hat unſer Here der Keyſir yme die gewalt behaldin, daſ Er dieſen Lantfriden mag kurtzen, odir zumale abenemen, wie das an ſinen gnaden iſt. — — —

Dyſ ſint die Zil des Lantfriden: Zum erſten an zu **Lanſtein**, Von Lanſtein bis zu **Wyddirgis** by **Muntabur**. Von Wyddirgis zu **Saltza** undir **Weltirsberg**. Von Saltza die rechtin Straſe ubir, hindir **Weſtirburg** hine zu **Emerichenhein**. Von Emmerichenhein uſſ, die ſtraſſe zu **Heygere**. Von Heygere gein **Waldenfels**. Von Waldenfels gein **Gladenbach** undir **Blanckenſtein** off die **Saltzbudin**; Und die Saltzbudin hin, bis in die **Lane**, und by der Mulen, die heiſſit **zum Steyne**. Den grund off, die ſtraſſe ubirhin bis zum **Rodchin** zuſchin **Hohenburg** u. **Nordeckin**. Von Rodechin bis zu **Merlo**. Von Merlo bis zu **Schotten**. Von Schotten bis zu **Schluchtir**. Von Schluchtir bis zu **Gerade** hinſyt **Schildeckin**. Von Gerade bis zu **Gemunden** an der **Synne**; und an der **Sale** von **Gemunden** bis zu **Wertheim**. Von Wertheim den Meyn hin, als breit als der Meyn iſt, bis an den Rin; Und den Rin hin, bis wydir zu **Lanſtein**. - - - *MCCCLIX.*

CCXCVI.

CCXCVI.

CÆSARIS *ad* Gerlacum *Epiſtola exhortatoria, ut depravatis Cleri moribus, reformando, adhibeat medelam.*

An. 1359.

KAROLUS Quartus *divina favente clemencia Romanorum Imperator ſemper Auguſtus, & Boemie Rex.* Venerabili GERLACO Archiepiſcopo *Moguntino*, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellario, Principi, Conſanguineo, & Devoto ſuo dilecto, Graciam ſuam & omne bonum.

Quemadmodum alias in noſtre Celſitudinis conſtitutus eſſes preſencia, Devocionem tuam, preſente Venerabili *Cavallacenſi* Epiſcopo Apoſtolice Sedis Legato, perſonaliter fuimus allocuti, ſic iam his Litteris Imperialibus te ad exercendum in ſubſcriptis tuum officium propoſuimus excitare.

Conſideravit namque iam dudum, ſicut in preſens conſiderat noſtra Serenitas; quod antiqui Patres Canonum conditores, qui regulam modumque vivendi Clericis & perſonis eccleſiaſticis pio propoſito tradere ſunt conati; circa nonnullos Prelatos & Clericos ſeculares & regulares, aliaſque Perſonas eccleſiaſticas tue Provincie in vanum vigilaſſe videntur; niſi tu eorundem Cuſtos Canonum & miniſter, ſuper hoc vigilancius, quam hucusque ſit factum, ſtudeas vigilare.

Quis enim Canon cum Clericis diſpenſavit, ut fructus Eccleſiarum & prebendarum percipiant, & de Xpi patrimonio Ludos, Haſtiludia & Torneamenta exerceant; Habitum militarem cum pretextis aureis & argenteis geſtent, & calceos militares: Comam & barbam nutriant, & nichil quod ad vitam & ordinem eccleſiaſticum ſpectat, oſtendant; Militaribus ſe duntaxat & ſecularibus actibus, vita & moribus, in ſue ſalutis diſpendium & generale populi ſcandalum immiſcendo: Sicut hec

ſingula per multos provincie tue Prelatos & Clericos non eſt dubium exerceri; & tanto iam eſſe tempore preterito perpetrata, acſi contra vitam regularem & bonos mores, voluerint per irregulares errores & petulanciam preſcripſiſſe; ſique preſcribendi contra virtutes, Iura locum viciis indulſiſſent.

Talem igitur corruptelam propter zelum quo erga domum Dei afficimur non modicum deteſtantes, Devocionem tuam attente requirimus & hortamur, teque per officii tui debitum propenſius obſecramus, quatenus una cum Coepiſcopis tuis metropolitico iure tibi ſubiectis ad correctionem morum & vite Prelatorum, Clericorum & perſonarum eccleſiaſticarum tue Provincie ſollicite & conſtanter aſſurgens, omnia in premiſſis, habitu, vita, & moribus & exemplis per eos errata corripias, corrigas & reformes, ac in ſtatum dirigas; dictosque - - - ſalutariter corripere, reformare & redire facias, ſicut melius poteris; Amicis non parcendo, nec potentibus deferendo, neque timorem in hac parte iuſticie preponendo; ſed pocius contradictores ac rebelles per cenſuram eccleſiaſticam, ac per ſubtractionem Reddituum & fructuum ſuorum - - diſtrictius conpellendo, donec talia univerſa ſufficienter emendent, & de non transgrediendo in his ulterius, idoneam tibi & eisdem Epiſcopis preſtiterint cautionem: cum indigne de Altari vivant, qui miniſtrare altaribus erubeſcunt.

Confidit profecto noſtra Sublimitas, quod accuratam in premiſſis debeat tua Devocio ſollicitudinem tanto fervencius adhibere; quanto diucius in his noſti erratum fuiſſe, & adhuc nichilominus oberrari; quantoque perpencius - - proponimus, ſi in his te quod non ſperamus invenerimus negligentem; Tuam, quam & predictorum Epiſcoporum, nec non Prelatorum, Clericorum & perſonarum eccleſiaſticarum negligenciam & exceſſus, quorum mores & vita non ſolum nichil edificant, ſed magis ſue provincie vitam deſtruunt aliorum, ad Sanctiſſimi Patris noſtri Dni Pape perferre noticiam, & interim Principibus noſtris ſecularibus, in tuum & Pontificum aliorum defectum dare ſerioſius in mandatis, ut ſe de univerſis fructibus & prebendis

bendis Prelatorum, Canonicorum Clericorum & ecclesiasticarum personarum huiusmodi intromittant, & conservent eosdem, donec per ipsum Dn. Papam responsum nobis extiterit, quid cum earundem personarum, occupatis per eas, maleque detentis seu invasis ecclesiasticis redditibus, sit agendum.

Datum in *Confluencia* die XVIII mensis Marcii. Regnorum nostrorum XIII, Imperii vero III°.

per Dn. Imperatorem

Nicolaus *de* Chremsir.

Locando hancce chartam ad an. 1359, *sequimur chronologiam* Serarii, *eiusque Commentatoris; quum alias ex Carolini regiminis computo inferri videatur annus* 1358.

CCXCVII.

GERLACVS *ratam habet venditionem Molæ* Hattenberg *inferioris*, *ad Præsentias Ecclesiæ Metrop. factam ab illis* zum Jungen.

An. 1359.

[*p. 1018 in Addit. Versu* Illa quam ad pedem]

GERLACVS *D. G. Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus*, *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Notum esse volumus presentium inspectoribus universis tam presentibus quam futuris; Quod nos Honorabilium virorum RVDOLFI * Decani & Capituli Ecclesie nostre Magunt. Devotorum nobis in Christo dilectorum, nec non IOHANNIS zu dem Dußburger Civis Magunt. fidelis nostri dilecti instantissimis precibus ad presens favorabiliter inclinati, paternaque moti affectione & benivolentia singulari, venditionem Molendini *inferioris*, a nobis & nostris Predecessoribus in feodo dependentibus, ** in monte *Hattinberg* inter civitatem nostram Maguntinam & villam *Mumbach* siti, cum omnibus suis attinen-

ex Autogr.

* *Losf.*

nenciis de nostro scitu, voluntate & expresso consensu, memoratis Decano & Capitulo, & Vicariis, & ipsorum successoribus ad communes Presentias - - - per supradictum *Iohannem*, prout in suis apparet Litteris desuper datis, † rite & rationabiliter factam ratificamus, approbamus & laudamus, presentisque scripti patrocinio confirmamus.

** *Plurali numero Scriba utitur, ex quo pariter* Superiorem *molam in mente habuit.*

† *Conf. N. seq.*

Ymmo idem Molendinum cum omnibus suis pertinenciis & iuribus universis per antedictum *Iohannem* in manus nostras motu proprio & voluntarie resignatum, ex superhabundanti, & gratia speciali ad pred. Presentias seu cottidianas distributiones tam Canonicis quam Vicariis presentibus & futuris - - - nobis vacans ex pred. *Iohannis* libera resignatione, novo Donationis tytulo in nostre nostrorumque Predecessorum animarum salubre remedium donamus, appropriamus, & liberaliter conferimus in his scriptis; & directum dominium quod nos - - in ipso Molendino - - usque in presens habuisse noscebamur, in prenominatos Decanum & Capitulum - - - - pleno iure transferimus; In hunc finem, quod [*iidem*] - -, quam diu divina Salvatoris clementia presentem nobis vitam concesserit, apud eundem devote & humiliter pro nobis intercedant; & post decessum nostrum perpetuis temporibus Anniversarium nostrum tam cum Missa quam Vigiliis pro Defunctis sollempniter peragant, iuxta consuetudinem ecclesie nostre hactenus observatam.

In quorum omnium testimonium, & perpetuam roboris firmitatem presentes Litteras scribi, nostroque Sigillo impendenti fecimus communiri. Datum *Eltevil* feria sexta proxima post festum Sci *Mychaelis* Archangeli. Anno Domini *MCCC Quinquagesimo nono.*

CCXCVIII.

CCXCVIII.

Littera Venditorum, de qua in praeced.

An. 1359.

Ich Johan, Herrn Cristans seligen Son zum Duspurger, *ex Autogr.* und Katherine min eliche Wirten, Burgere zu Mentzen, bekennen - - - - an diesem Briefe, - - Daz wir - - mit verhengnisse - - - Herrn Gerlachs E. z. M. verkauft han den Erbern Herren, dem Dechan u. dem Capitil, u. den Vicarien des Stiftis zum Tume zu Mentzen zu gemeiner Presencien die Mulen an dem Hattenberge, gelegen zwuschen der Stad Mentze und dem Dorff Mumbach, mit allem Nutze u. Rechten die darzu horent, - - eweklichen zu haben, die ich Johan byt uff disen hutigen tag zu Lehene gehabit han von mime Hern von Mentze u. sinen Vorvaren, umb Nunhundert u. funf u. drissig swerrer Gulden, die wir von den vorgenanten Hern zum Tume gentzlich u. wol gewert u. gutlich bezalt sin. — — Vnd darumb so han wir denselben Hern gegeben u. gelangit alle die Briffe u. Instrument, die wir ubir die Mulen hatten, und waz darzu gehorit. — —

Zu eyme Urkunde dirre vorgenanten Dinge so han ich Johan vorgenant, vor mich u. myn eliche Wirten Katherine u. unsere Erben, min eigen Ingesigil, mit Ingesigiln der Bescheiden lude, Richter Jacobs werntliches Richters minis Magis, und Heinrichs, genant zum Juckil minis Swagirs, Burgere zu Mentzen, an disen Brief gehenkit. *

Vnd ich Richter Jacob und Heinrich Juckil vorgenant bekennen, daz wir - - unsere Ingesigele zu dem Sinen an disen Brief gehenkit han. Der geben ist - - - *MCCCLIX* an dem nehisten Fritage nach S. Michels tage.

* *Dixi in titulo:* zum Jungen: *Id quippe quod, trinorum hic nominatorum Sigilla [cum tribus Cornibus venatoriis] indu-*

indubitatum faciunt. Alias ab edibus Nomina diversa ducentes. Inſcriptionum tenor:

✠ IOHANNES ZVM DVSBVRGER.

✠ S. IACOBI IVDICIS SECVLARIS MOGVNT.

✠ S. HEYNRICI ZVM IVCKELN.

CCIC.

Eccleſia parochialis ad S. Ioannem *in* Ameneburg *effertur in Collegiatam.*

An. 1360.

[*p. 675. n. 1.*]

IN NOMINE SANCTE ET INDIVIDVE TRINITATIS. *Amen.*

GERLACVS D. G. *Sancte* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniverſis Xpi fidelibus ſalutem in Domino, & noticiam ſubſcriptorum. Cedere dinoſcitur in augmentum cultus Divini, quem ex corde appetimus tempore noſtri regiminis ampliari, ut auctis facultatibus & ſtipendiis, Stipendiariorum quoque numerus proportionabiliter exuberet, ſicque in meſſe divina operancium non deficiat ſervitus indefeſſa.

Sane cum Parochialis eccleſia in *Ameneburg* noſtre dioc. cui unicus hucusque Rector preeſſe conſuevit, in Redditibus & proventibus annuente omnium bonorum auctore Domino in tantum excreverit, quod de ipſis eciam, interveniente noſtra munifica elargicione ſubſcripta, plures poterunt Perſone idonee, famulature ibidem Altiſſimo congrue ſuſtentari; Nos volentes in dicta eccleſia Collegium Clericorum ſecularium inſtituere, & redditibus congruis ac Graciis infraſcriptis in ſua primeva plantacione convenienter dotare; dictam Eccleſiam parochialem in *Ameneburg* in Collegiatam - -, cum inſtitucione Decem perſonarum, que nunc & in poſterum tempore ſui introitus

troitus erunt actu Sacerdotes, quarum una erit Decanus, per alios eligendus & per nos, & Archiepiscopum Mogunt. qui fuerit p. t., confirmandus, in honorem Omnipotentis DEI & *bti* IOHANNIS *Bapt.* de consilio & assensu Honorabilium RVDOLFI Decani & Capituli Ecclesie nostre . ., ac EBIRHARDI *Strumpel* Prepositi . . S. *Stephani* Mog. loci Archidiaconi, premisso tractatu cum ipsis sollempni, & deliberacione penes nos prehabita diligenti, erigendam duximus, & erigimus in his scriptis.

Ordinamusque, statuimus & volumus per presentes, quod eadem Ecclesia in *Ameneburg*, cui dedimus atque damus omnia & singula iura Collegii, a modo Collegiata existat; & adinstar aliarum ecclesiarum Collegiatarum Persone eiusdem, Eccl. in *Ameneburg* Canonici nuncupati, habentes singuli singulas in ea Prebendas, cum suo Decano Capitulum faciant, stallum in Choro, & locum in Capitulo habeant, in percepcione fructuum prebendarum suarum equales existant; ac aliis libertatibus, iuribus & consuetudinibus gaudeant, que in vicinis Collegiatis ecclesiis sunt solita & consueta.

Pro Dote quoque dicte Collegiate ecclesie & - - Collegii in eadem, - - - donamus, - - assignamus - - - & concedimus - - - eisdem - - - Res & bona, libertates, gracias atque iura, subscriptas & subscripta.

Primo videlicet, in *Ameneburg*, in *Aldendorff*, in *Glene*, in *Elmirsdorff*, in *Gernhardisburg*, in *Nuwenburg*, in *Kullisheim*, in *Bulekirchen*, in *Orba*, in *Habrachtishusen*, in *Ludinbach* & in *Werde* parochiales ecclesias nostre dioc., quarum collacio ad nos spectare dinoscitur pleno iure; quas ipsis Decano & Capitulo quoad percepcionem temporalium - - incorporamus, - - & unimus, ipsorum usibus perpetuo applicando. Retenta tamen, & salva ipsarum ecclesiarum Vicariis, pro eorum sustentacione honesta, & unde hospitalitatem teneant, Episcopalia Archidiaconalia iura solvant, ac alia incumbencia onera supportare valeant, ipsorum cuilibet congrua porcione.

ITEM

ITEM Minutam decimam bonorum, in campis dicti Opidi *Ameneburg* consistencium, nec non quendam locum, arbustis consitum & virgultis, vulgariter nuncupatum die Wustenunge, ad nos & nostram Ecclesiam pertinentes. Et quod iidem Decanus & Capitulum - - - pascuis, pratis, aquis, piscariis, silvis, nemoribus & aliis utilitatibus, conclusis infra terminos memoratos, utantur & fruantur, ac uti & frui possint & debeant in perpetuum, sicut Castrenses & alii incole dicti Opidi, pacifice & quiete.

ITEM eosdem Decanum & Capitulum & d. suam Ecclesiam pro eorum quiete perpetua eximimus atque prorsus eximimus. . . a iurisdictione & omnimoda subiectione dicti *Ebirhardi* - - -, & Archidiaconorum p. t. existentium; consensu suo, ac Decani & Cap. Ecclesie S. *Stephani* Mag. . ad hoc accedente. Ita tamen, quod vacantium predict. ecclesiarum parochialium sub d. Archidiaconatu existencium investituram ab ipso & eius Officiali recipiant, mandata exequantur, sibi obediendo ut tenentur. Concedentes eisdem Decano & Capitulo eciam ex gracia speciali absenciam ab aliis suis beneficiis quibuscunque - -, quam diu in d. ecclesia *Ameneburg*, eciam deserviendo inibi in divinis, residenciam fecerint personalem. Et quod de sua in *Ameneburg*, & in aliis ecclesiis . . sibi incorporatis ut premittitur, [postquam percepcio temporalium predictarum ecclesiarum ad utilitatem & usum ipsorum Decani & Cap. pervenerit] ad solucionem alicuius Subsidii, per nos aut aliquem Successorum nostrorum - - - quomodolibet indicendi, minime teneantur. Sed ab hoc ex tunc sint liberi penitus & immunes. Quodque Decano seu alio Canonico - - decedente, nec nos aut nostrorum aliquis Successorum petere debeamus fructus aliquos, qui vocantur *Annus gracie*, a Defuncto; sed ut quilibet eorumdem in sua ultima voluntate fructus eosdem, scilicet unius anni, in solucionem debitorum suorum si que fuerint, convertere valeat; alioquin debitis cessantibus, testando seu legando prout sibi placuerit, in utilitatem Ecclesie sue, vel alias disponere de eisdem. Et quod si ipsorum aliquis inte-

inteſtatus deceſſerit, Capitulum - - - de bonis eiusdem Defuncti ſe poſſit intromittere, ordinare & facere, prout ipſis ſecundum Deum & iuſticiam, & iuxta ſuam bonam conſcienciam pro decedentis neceſſitate & ſalute, & eccleſie utilitate videbitur expedire, absque noſtra - - - contradictione & impeticione quacunque.

Preterea cum Eccleſie prenotate, per nos incorporate & unite prefato Collegio ut premittitur, ab eorum Rectoribus adhuc ſuperſtitibus teneantur & poſſideantur, ita quod eorum fructus redditus & proventus in vita Rectorum eorumdem nequeunt memoratis Decano & Capitulo ac ipſorum uſui applicari; Nos ipſis volentes de reſtauro congruo proſpicere; aſſignavimus & preſentibus aſſignamus Iisdem - - - annuam penſionem trecentarum librarum *Hallenſ.* monete currentis, ipſis - - - de bonis noſtre Eccleſie perſolvendam tam diu, donec cedentibus aut decedentibus dictarum eccleſiarum Rectoribus, earundem fructus - - - ad utilitatem tranſeant Decani & Capituli predictorum. Ita ſane, quod vacante aliqua ipſarum eccleſiarum per mortem ſeu liberam reſignacionem - - - -, nos pro rata ſeu quota valoris annui fructuum & proventuum eiusdem eccleſie ſic vacantis, ſicut poſſunt veriſimiliter eſtimari, a preſtacione reddituum trecentarum libr. Hall. predictarum eatenus erimus abſoluti; Et ſic deinceps de aliis eccleſiis, donec tot earum vacaverint, quod valor annuus - - reddituum - - eorumdem, dictam penſionem per equivalenciam abſorbeat & extinguat; ita quod ex tunc ab ipſius penſionis ſolucione in totum erimus liberati.

Nota. *Parochiarum ſupra nominatarum prima & ſecunda, quæ Rectorum ſuorum obitu vacare cœperunt, erant, ipſa* Ameneburgenſis, *ac* Orbenſis. *Vnde de 300 libris in reſtaurum promiſſis, Ducentæ ad Eccleſiam Mogunt. revertebantur. Centum reſiduas* Gerlacus *novello ſuæ plantationis Collegio capiendas poſtea aſſignavit ex proventibus* (Steuer u. Umgeld) *Oppidi* Seligenſtadt, *quousque eccleſias incorporatas ceteras ſimiliter vacare contingeret. Ita litteris conſignatum an.* 1363, *fer. 3. poſt Circumciſ.*

Volumus eciam, & mandamus eisdem Decano & Capitulo, quod dictis ecclesiis vacantibus - - - corporalem ipsarum possessionem, & cuiuslibet earumdem propria auctoritate intrare & adipisci valeant, nostra vel Successorum nostrorum licencia super eo minime requisita.

Prefati quoque Decanus & Capitulum, cum nos iubente Deo ab hoc seculo emigrare contigerit, Memoriam & anniversarium nostrum in ecclesia sua . . cum Vigiliis & Missarum sollempniis iugiter peragent more solito & consueto.

Vt autem hec nostra institucio, ordinacio, donacio, & alia omnia supradicta perpetuam habeant roboris firmitatem; nos GERLACVS Archiepiscopus . . presentes litteras exinde conscribi fecimus, & Sigilli nostri, & Honorabilium *Rudolphi* Decani & Capituli - - Magunt. Nec non *Ebirhardi* loci Archidiaconi & sui Capituli predictorum, Sigillorum appensione fecimus communiri.

Et nos RVDOLPHVS Dei gracia Decanus & Capitulum Eccl. *Mag.*, ac EBIRHARDVS loci Archid., nec non Decanus & Cap. - - S. *Stephani* supradicti, deliberacione provida ac maturo consilio intervenientibus, premissis omnibus & singulis, que recognoscimus per omnia esse vera, voluntatem & consensum nostrum, in honorem & pro cultu Divini nominis ampliando adhibuimus, & presentibus adhibemus. Ac in eius evidens testimonium nos - - -, & - - -, nec non IACOBVS * Decanus - - - S. *Stephani* - - Sigilla nostra presentibus duximus apponenda. Datum VII die - - Marcii Anno Domini MCCCLX.

* *Cognomine* Hulei; *eo ipso tempore ad Decanatum evectus.*

CCC.

CCC.

Beneficio Gerlaci *fructus parochialis* Ecclesiæ Dipurgensis *transferuntur in Metropolitanam.*

An. 1360.

[*p.675. n. 2.*]

GERLACVS *Dei gracia sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus, sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Honorabilibus, RODOLPHO Decano totique Capitulo Ecclesie nostre Mag. - - - salutem, & sinceram in Domino caritatem. *ex Autogr.*

Licet ex debito pastoralis nostri officii singularum nobis subiectarum Ecclesiarum commodis & utilitatibus, & maxime in his, quibus augeri poterit cultus divinus, & lucrum reportari animarum, simus debitores; ad illos tamen pre ceteris non inmerito specialis benevolencie plenitudinem convertimus, & ad amplexus ipsos favoris & gracie suscipimus singularis, qui inmediacius subiectionis modulo regimini nostro sunt subiecti & uniti; & qui nobis semper constanter & fideliter adheserunt, & adherent incessanter, prout experiencia, que est efficax cunctarum rerum magistra, persepe nos edocuit; & qui, ut Viri Katholici, disciplinis ecclesiasticis, & divinis officiis inhiant frequenter, & devocius intendunt. De numero quorum existunt Decanus Capitulum Canonici & Vicarii ecclesie - - - supratacte, a qua multa bona tamquam de manu Domini suscepimus, & divina favente clemencia tot Intercessorum precibus in futuro seculo maiora nos speramus recepturos.

Hinc est, quod nos aliquid retribuere cupientes Domino pro omnibus que retribuit nobis; ob honorem eiusdem, & Gloriosiss^e Genitricis ipsius Marie, & specialem reverenciam beatissimi *Martini* Episcopi Patroni nostri; & ad nostre, ac animarum omnium Progenitorum nostrorum Predecessorum

* tangitur Henricus. *fidelium* * ac successorum Archiepiscoporum salubre remedium, Parochialem ecclesiam oppidi nostri *Dyppurg*, - - cum omnibus suis redditibus, obvencionibus, proventibus & iuribus quibuscunque, cuius Ecclesie ius patronatus, collacio & quevis alia disposicio ad nos & Predecessores nostros Archiepiscopos Mag. noscitur pertinere & pertinuisse ab antiquo, ex premissis itaque & aliis certis & racionabilibus legitimisque causis nos ad hoc merito moventibus, in Dei nomine donamus vobis Decano Canonicis & Vicariis - - -, tam presentibus quam futuris; incorporamus, unimus & annectimus, omnibus modis, via, iure & forma quibus melius possumus, & quibus fieri potest, in his scriptis. - - -

Volentes, & presentibus decernentes, quod vos corporalem possessionem - - memorate ecclesie pastoralis in *Dypurg*, nec non omnes fructus, - - - proventus, & iura quecumque, quando ipsam . . proxime per mortem seu liberam resignacionem Pastoris eandem in presenti possidentis - - - vacare contigerit, per vos & procuratores vestros, seu nuncios ad hoc deputandos, cuiusquam licencia vel auctoritate minime requisita, apprehendatis & nanciscamini, colligatis, recipiatis; receptosque, inter Canonicos, Capitulares & non capitulares, ac Vicarios omnes & singulos - -, Vigiliis maioribus - - & Missa pro defunctis - - - - interessentibus, vel alias ex legitimis causis absentibus, secundum ecclesie consuetudinem - - equaliter distribuendos. Proviso tamen, quod perpetuo Vicario in eadem ecclesia per nos instituendo canonice, cuius quidem Vicarie omni tempore vacacionis ius presentandi nobis & nostris successoribus - - reservamus, semper salva sit congrua porcio, sibi per nos assignanda de fructibus & redditibus universis prefate ecclesie in *Dyppurg*, unde iura Papalia archiepiscopalia archidiaconalia persolvere, hospitalitatem competentem tenere possit, & alia sibi incumbencia onera supportare; que quidem iura in omnibus illesa volumus permanere.

Desideramus insuper, ordinamus & volumus, quod prelibati, Decanus Canonici singuli & Vicarii presentes & posteri,

ri, quam diu immenſa Salvatoris noſtri benignitas preſentem vitam nobis conceſſerit, apud eandem humiliter & devote ſuis oracionibus pro nobis intercedant, & poſt noſtrum de preſentis mundi medio tranſitum perpetuis temporibus Anniverſarium noſtrum, Septimum & Triceſimum, cum vigiliis maioribus novem lectionum & Miſſa pro Defunctis, quam in die anniverſarii . . Capellanus noſter, in Septimo vero *Capellanus Imperatoris Romanorum*, in Triceſimo ſenior Vicarius - - - celebrabunt cum ſollempnitatibus commemoracionum ſeu commendacionum, & quatuor candelarum cerearum, quarum quelibet bilibris exiſtat, ſuper ſarcophagum ſepulture noſtre de prefate Paſtorie fructibus comparandarum poſicionem, perpetuis temporibus peragere non obmittant, ſecundum conſuetudinem ipſius eccleſie in Anniverſariis - - - Predeceſſorum noſtrorum hactenus obſervatam. Quorum omnium obſervanciam debitam, & fidelem execucionem, prelibatorum conſciencie relinquimus, & preſentibus committimus, ſicut de his coram diſtricti Iudicis examine reddere velint racionem.

In premiſſorum Donacionis, incorporacionis, unionis & annexionis evidens teſtimonium, & perpetui roboris firmitatem prenotatis Decano, Canonicis & Vicariis preſentes dedimus & damus Litteras, Sigilli magni noſtri pontificalis appenſione firmiter communitas.

Datum & actum Anno Dominice incarn. MCCCLX. Sabbato proximo ante dominicam qua cantatur *Oculi*; quod fuit VIII Idus Marcii.

CCCI.

EIVSDEM,

continens relationem exactam de reperto caſualiter Theſauro antiquiſſimo Reliquiarum in Armario cœnobii Montis *S.* Ioannis.

An. 1360.

GERLACVS *D. G. Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* *ex Autogr.*

 Vni-

Vniversis Abbatibus, Prioribus, Prepositis, Decanis, Ecclesiarum & capellarum Rectoribus, per nostras Civitatem Diocesin & Provinciam Maguntinam ubilibet constitutis ad quos presentes Littere pervenerint, Salutem in eo qui dat omnibus affluenter.

Gloriosus DEVS in Sanctis suis, & in maiestate sua mirabilis, cuius ineffabilis altitudo prudentie nullis inclusa limitibus, nullis terminis comprehensa, recti censura iudicii celestia pariter & terrestria disponit. Etsi cunctos eius ministros magnificet, altis decoret honoribus, & celestis efficiat beatitudinis possessores; Illos tamen, ut dignis digna rependat, potioribus attollit insigniis Dignitatum, & premiorum uberiori retributione prosequitur, quos digniores agnoscit, & commendat ingentior excellentia meritorum. Sic & alma Mater Ecclesia, eius sacra prosequens vestigia & exemplo ducta laudabili, licet universos in regionibus celestibus constitutos, studiis honorare sollicitis, & sonoris efferre preconiis non desistat; Gloriosissimos tamen Christiane fidei principes, Athletas DEI electos, iustos seculi Iudices, Luminaria vera Mundi, videlicet Christi Redemptoris Apostolos numero duodenari contentos, qui viventes in carne predictam Ecclesiam suo pretioso sangwine plantaverunt, ipsam erigendo sublimiter, & disciplinis sanctissimis dirigendo, summis attollere vocibus, laudibus personare precipuis, & spiritualibus disponit honoribus venerari.

Lucis etiam Creator omnipotens & Verbum DEI in excelsis, Sol eterne iusticie, saluti humani generis clementer intendens, multifariis multisque modis splendorem in tenebris, & thesaurum Ecclesie sub modio latitantem, ne diucius per humanam negligentiam indignationem incurreret plebs fidelis; & iram Dei omnipotentis per oblivionem, que mater est ingratitudinis, & gracie inimica, se sentiret incurrisse; sed super Ecclesie candelabrum, erectum omnibus qui sunt in domo Domini, reluceret; lucernam pedibus hominum, & eorum semitis lumen dedit, ut tanquam lucerna igne caritatis arderet,

&

& velut lumen doctrine fulgeret prelucidum, & super Ecclesie candelabrum erectum omnibus in ipsa domo Domini reluceret.

Fons igitur Sapientie qui se ipsum exinanivit, formam Servi accipiens, testimonia sue pietatis longe lateque largiflue in arbore salutis copiose distribuens, ipsamque sponte ascendens, & opus nostre redemptionis in ea perficiens, factus Patri obediens usque ad mortem, lignum prevaricationis & eterne dampnationis per vexillum sancte Crucis in quo Salus Mundi pependit propria virtute calcans, ut claustra dissiparet Inferni & genus humanum liberaret a morte, in redemptionem earum prevaricacionum que erant sub priori Testamento repromissionem acciperent qui vocati sunt eterne hereditatis, per admirabile pretium, cuius pondere captivitas adempta est Mundi, confracta sunt claustra Inferni, & aperta est nobis ianua Regni. Ipse enim Alpha & O, Primus & Novissimus.

Vt olim per Sanctam HELENAM, *Constantini* matrem, Iherosolimis ipsum pretiosissimum Lignum salvificum ducentis fere annis absconditum, miraculose & nutu Dei revelatum, ne tantus thesaurus Ecclesie, quem sub glebe sacri ponderis odor suavissimus propalavit, quam cursus neglecti temporis occultavit; quia Lignum sacrum, quod fuit apotheca Carismatum, universam exsuperat fragrantiam aromatum; Et Gemma que sub terra latuit despecto iacens loculo, eius virtus apparuit multiplici miraculo; nam terra, mira fragrantia vim odoris perfundens, corda reddidit ardentia in laudem Salvatoris.

Cum itaque proditurus esset Thesaurus absconditus, & iam longo tempore hominibus incognitus; Contigit in nostro territorio, in Cenobio *Montis* Sci IOHANNIS *Baptiste* in *Rynkauwea* Ord. S. *Benedicti*, sub Anno Domini *MCCC Quinquagesimo octavo*, feria tertia post Dominicam *Invocavit*, Pontificatus Sanctissimi in Christo Patris & Domini nostri, Dni INNOCENTII divina providentia Pape *Sexti* anno sexto; regnante quoque Serenissimo Dno KAROLO *Quarto* Romanorum Impera-

peratore Regeque Bohemie, Regnorum suorum anno XIIII, Imperii vero V^to, sub Religioso viro HERMANNO Abbate dicti cenobii, Discretum & religiosum virum HEINRICUM dictum *Overstolz*, Custodem & Plebanum dicti cenobii, Casu, una cum Fratre ANSELMO, pro tunc Campanario in *Algensheim*, nec non BERTHOLDO de *Mintzenberg* famulo dicti Custodis, & MARGARETA *Purles* de *Gysenheim*, & eiusdem *Margarete* filia, nec non EMERICO de *Ockenheim* eiusdem cenobii famulo, Armarium seu sacristiam d. cenobii ingredi; & ibidem inter cetera pred. Custodem quandam antiquissimam Ladulam, repertam in quadam cista sive archa nutu DEI coram omnibus ad manus recipere; quam ladulam aperiens, invenit in orificio ipsius ladule quasdam antiquissimas litteras diversa Sanctorum nomina continentes; quibus nominibus per ipsum visis & lectis, non querens ultra, sed timidus prospiciens, ipsam ladulam coram omnibus astantibus predicto Abbati suo deferens; Cuius consensu & voluntate, presentibus multis hominibus dictus Custos eandem ladulam aperiens, Thesaurum subscriptum cum sufficienti Litterarum testimonio invenit. Quem, cum magno gaudio & cordis tripudio sigillatim perlustrans, coram astantibus, manibus suis ostendit pretiosissimas Reliquias infrascriptas.

Primo videlicet pretiosissimam particulam de *Panno*, quo velabantur oculi Salvatoris pendentis in Cruce. ITEM de *Sudario* eiusdem Domini Salvatoris, magnam partem. ITEM de *Syndone munda* in qua involutum erat Corpus ipsius Salvatoris, magnam partem. ITEM de pretiosissimo Ligno S. *Crucis* in quo Salus mundi pependit, magnam partem. ITEM de Vestimento B. *Iohannis Bapt.* quo utebatur in Heremo. ITEM unum integrum articulum B. *Pauli* Ap. ITEM de B. *Martino* Patrono nostro. Item de Cerebro Bte *Barbare* virg. ITEM de B. *Bartholomeo* Ap. magnam partem. ITEM integrum articulum B. *Blasii* Mart. atque Pontificis. ITEM de B. HUPERTO Confessore. ITEM de B. *Anthonio* Conf. ITEM Clavum cruentatum affixionis B. *Sebastiani* mart. ITEM de Reliquiis S. *Mauricii* magnam partem. ITEM de S. *Nicolao* Ep. ITEM de *Mensa* Domini. ITEM de *Sepulchro* Domini. ITEM de *Virga Moysi*. ITEM de aliis diver-

diverſis Sanctis, - - quorum pretioſa mors eſt in conſpectu Domini.

Deducto itaque ad noticiam noſtram facto premiſſo per predictum Cuſtodem, nobisque ad pred. Cenobium ob reverentiam dicti Theſauri venientibus, premiſſa omnia & ſingula oculis noſtris vidimus ſigillatim, & manibus noſtris tractavimus. Et volentes ad Devotionem corda Fidelium excitare, omnibus Xpi fidelibus vere penitentibus & contritis, qui pred. Cenobium ob reverentiam dict. ſanctar. Reliquiarum viſitaverint, & elemoſinas ſuas pro ornatu reliquiarum largiti fuerint, de Omnipotentis Dei miſericordia, & btor. *Petri* & *Pauli* - - -, ac Glorioſi Pontificis S. *Martini* Patroni - - confiſi, XL dies de iniuncta ipſis penitencia miſericorditer in Domino relaxamus. Inſuper eosdem participes facimus omnium vigiliarum, orationum, ieiuniorum, caſtigationum & ceterorum bonorum operum, que apud Fratres dicti Cenobii operari dignabitur clementia Salvatoris.

In quorum omnium teſtimonium preſentem Paginam noſtri Sigilli appenſione fecimus communiri. Datum *Eltvil* XXIII die menſis Marcii, que fuit ſecunda feria poſt diem B. *Benedicti* Abbatis. Anno Domini MCCCLX. *23 Mart.*

CCCII.

IVRIS *patronatus eccleſiarum in* Sulzheim *&* Werſtadt, *a Dynaſtis* de Bolandia PHILIPPO *&* CONRADO *ad* Præſentias Mog. *facta Donatio confirmatur.*

An. 1360.

[*p.* 675. *n.* 4.]

GERLACVS D. G. *Sancte* Moguntine *Sedis Archiepiſcopus*, *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Notum eſſe volumus univerſis & ſingulis ad quos pre- *ex Autogr.*

ſentes Littere pervenerint, tam preſentibus quam futuris, quod nos Donationi iuris Patronatus parochialium in *Soltzheim* & in *Werſtad* eccleſiarum, cum Eccleſiis, Capellis, Altaribus & iuribus univerſis eisdem ſubiectis ſeu annexis, noſtre dyoc., per Nobiles PHILIPPVM de *Bolandia*, MENAM eius uxorem legitimam, & CONRADVM, dicti *Philippi* fratrem, Honorabilibus viris Decano, Capitulo, & Vicariis Eccleſie Maguntine - - ad communes *Preſencias* ſeu cottidianas diſtribuciones - - -, ob honorem Omnipotentis DEI, & Glorioſiſſime Virginis MARIE eius Genitricis intacte, nec non ob reverenciam *bti* MARTINI Epiſcopi Patroni noſtri - -, atque in ſalubre animarum ſuarum & ſuorum progenitorum remedium in vita futura, perpetuam & ſalutem, cum ſollempnitate qua decuit, prout in Litteris ipſorum deſuper datis clarius contineri perſpeximus, rite & liberaliter facte, ad devotam & ſinceram predictorum Nobilium ſupplicacionem deſuper nobis per eosdem porrectam benivole conſenſimus, & paterna liberalitate conſentimus; ipſamque Donacionem ratificamus, approbamus, laudamus, & preſencium tenore litterarum auctoritate noſtra ordinaria confirmamus; Et nichilominus pretactas eccleſias una cum ſibi ſubiectis altaribus & capellis, cum omnibus ſuis redditibus, fructibus, utilitatibus, iuribus & pertinenciis univerſis & ſingulis, in quibuscunque conſiſtentibus, ad Divini cultus augmentum & ad uberiorem perſonarum omnipotenti DEO in eccleſia noſtra Moguntina diu noctuque devote famulancium ſuſtentacionem incorporamus, annectimus; & in Dei nomine, predictis & aliis cauſis legitimis non immerito nos moventibus, modo & forma quibus fieri poterit melioribus, unimus per preſentes.

Decernentes & volentes, quod memorati Decanus Capitulum & Vicarii, per ſe, alium vel alios, poſſeſſionem vel quaſi predictarum in *Soltzheym* & in *Werſtad* eccleſiarum, nec non altarium ſeu capellarum - - - -, poſtquam per mortem ſeu liberam reſignacionem - - - legitime vacaverint, auctoritate propria apprehendendi & nanciſcendi, nec non fructus, red-

redditus, iura, - - - in usus suos pro communibus Presenciis - - - exigendi, percipiendi & levandi; Et secundum ordinacionem & meram disposicionem Honorabilis RODOLPHI, Decani - - - Ecclesie Moguntine, supratactam donacionem suis consiliis & auxiliis quam plurimum promoventis, aut suorum Manufidelium seu Testamentariorum post ipsius de hoc mundo transitum si in vita sua per se non disposuerit, in suis Anniversario seu Memoriis, & ob celebritatem Sanctorum in nostra ecclesia Mogunt. veneracionem, distribuendi liberam habeant facultatem. Salvis tamen semper Vicario seu Vicariis pred. ecclesiarum [per antedictum *Rodolphum* Decanum quoad vixerit, & post eius obitum per suos successores - - - simul & Capitulum Moguntinum Archidiacono loci perpetue presentandis] Decima minuta in predictis Villis & earum terminis; Oblacionibus Vicariis eisdem specialiter legatis & legandis; nec non centum & decem & novem iugeribus cum uno quartali agrorum arabilium, vinearum & pratorum ad Dotes predictarum ecclesiarum pertinentibus; nec non una integra carrata vini communis de decima vini ibidem colligenda, annis singulis vindemiarum tempore ad vas proprium Vicario in *Werstad* - - - sine contradictione sibi presentanda; de quibus omnibus & singulis, Papalia Archiepiscopalia & Archidiaconalia iura, & concedenda nobis aut nostris Successoribus consueta Subsidia persolvere, hospitalitatem tenere, & quevis eis alia incumbencia onera commode valeant supportare.

In quorum omnium evidens testimonium & perpetue roboracionis firmitatem presentes dedimus Litteras, Sigillo nostro firmiter communitas. Actum & datum sub Anno incarnacionis Dominice MCCCLX. Feria tercia proxima post festum bti *Nicolai* Episcopi.

Notandum I: PHILIPPVS de Bolandia, *in Litteris de hac Donatione an.* 1360 *pridie Laurentii exaratis refert, Ius istud patronatus* &c. *acquisivisse iure hered. a* WILHELMO Rugravio, Herr zu der Alten Baimberg. MENA *vero, ipsius* Philippi *uxor, cuius stemma tabula substrata non ex-*

 pri-

primunt, filia fuit Rugravii RUPERTI. *Iidem porro Coniuges (in vigilia* Mathæi Ap. *d.* 1360*) ad Præsentias Capituli metrop. vendiderunt medietatem villæ* Sultzheim: Unser halb Gericht gantz des Dorfs zu Soltzheim bey Werstad, um acht Hundert Gulden von Florentz.

II: *Tertia villæ pars respexit ad* Rugr. *Rupertum supra memoratum; Similiter Capitulo, cum* CATHARINÆ *uxoris filiique* HENRICI *consensu, an.* 1361 *die Veneris ante festum Purif.* B. M. V. *pro 355 libris Hall. divendita.*

III: *Quoad quartam partem, idipsum erga* 240 *libras facere aggressi sunt* AGNES (Rugravii PHILIPPI *Relicta, ortu Com.* Leiningensis) *eiusque primogenitus, nomine* HENRICUS. *Litteras, an. eod. 1361 pridie S. Ioan. Bapt. datas, Sigillis obfirmarunt* EMICHO *Comes* de Leiningen, *Agnetis frater,* BERTOLFUS *Miles, &* GERLACUS *Armiger, germani, dicti* Stang, *in* Neuenbamberg *Castrenses.*

CCCIII.

DE *hominibus quibusdam propriis in* Manweiler, *quos Comiti* Veldentiæ HENRICO *vendit* Godefridus *de* Weisenstein *(ortu* Randekus*) sub pacto reemptionis intra decennium.*

An. 1361.

ex Autogr. Ich Godefrid Wisenstein ein Edelknecht Veriehen — — — und dun kunt allen Luden, Daz ich han versatzt dem Edelin Herin, Greve Heinriche von Veldentze und sinen Erbin diese - - mine Arme Lude, die nestin zehen Jar, die angeen sollent an der Data dieses Brieves und alre nest na einandir kommen sollent; Mit namen Gerlach, Gelin Son, und sine Kint, Wilhelm, Gelin Eydem und sine Kint; die Cappelsin eine Vrauwe, und ire zwen Sone Heinzen u. Wenzen, und ire Kint; Metzin, Cappins

pins dochter, und Petir Knypp den Zymmerman, alle van Manwylre undir Randeckin, vor zwenzig Punt Heller, die ich Wisensteyn an gudem gebin Wergelde zu mime nutze *a Comite præd.* gentzlich intfangen han. Also, daz Er und sine Erbin der obgen. Armer lude und irer Kindere bynnen diesin obenantin nestin zehen Jaren mogent und sollent genysin, schaffin, und Bedin, Brechin u. Buzen, hoe und niedir, gelicher Wys, als bit andirn iren Armen luden, sondir hindernusse - - - ane alle geverde; Auch also, daz ich noch die mine - - -, mogen noch insollen die . . arme lude losen bynnen diesin - - zehen Jaren. So wanne abir darna Ich, ob die mine dem Greven ob sinen Erbin reichen u. bezalen zwenzig Punt Heller an gudem gebin Wergelde; So sol er - -, mir - -, dieselben Arme lude und diesin Brief wiedir zu losungen gebin, ane alle Hinderniſſe - -

Des zu eime stedin Urkunde so han ich Godefrid Wisensteyn - - myn selbes Ingesiegel an diesin Brief gehenkit. Der gegebin wart des nestin Sondagis na dem Jares dage, Do man zalte von Got3 geburt Dritzehen Hondert und Eins u. Seszig Jar.

CCCIV.

CONVENTIO *mutua inter* Rupertum & Godefridum, *fratres* a Randeck, *de dotando ſuas Uxores, præſentem, & reſpectivè futuram, in gradu bonorum communium æquali.*

An. 1361.

Ich Ruprecht von Randecke erkennen uffenlich bit diesme Briefe. Um solich Gut als mir min Bruder Gotfrid erleubet hat zu losen, und mine Frauwe dar uf zu bewisen; Daz ich ime auch also vil erleuben unsers gemeinen Gudes einer Frauwen, oder er eine nemet, zu geben, und sie dar uf zu bewisen; oder anders war (wo) zu dun, da er iz hin bedarf. — — — *ex Autogr.*

Zu Urkunde so geben ich ime diesen Brief mit mime Ingesiegel. Und han auch gebeden min Muter und minen Vettern den Dechan zu Spire, daz sie auch ir Ingesiegel — — —. Und wir Schonethe von Florchingen, Muter des vorgen. Ruprechts; und Eberhart von Randecken Dechan zu Spire erkenneh - - - an diesen Brief. Der geben wart do man schrieb - - - (1361) an dem nesten Suntage vor Sante Gorge dage.

CCCV.

IMPERATORIS *ad* Gerlacum *missiva, de humiliando* Isenburgio, *ob comprehensos, in vindictam eversionis castri* Vilmar, *homines IV Bohemos.*

An. 1361.

[*p. 675. n. 3.*]

Wir Karl v. G. G. Romischer Keysir, zu allen zyten Merer des Richs, und Kunig zu Beheim. Entbieden dem Erwirdigen Gerlache Ertzb. zu Mentze - - - unsir Gnade und alliz gut. Lieber Neve.

Wann Philips von Isenburg vier unsere Manne von Beheim gefangen hat, umb daz Yme Vilmar gebrochen wart; Darumb entbiedin Wir dir ernstlichen, daz du mit andern Fursten, Herrn u. Steden die zu dem Lantfrieden in der Wedireuben horent, schaffes, daz die Gefangen ledig werdin. Geschee des nit, so musen wir unsern Undertanen gebieden, daz Sie die Lande nit wandiln; Und werden Yn auch irleuben, daz sie wydir pendin mogen.

Auch biden wir dich ernstlichen, daz du, mit den andern die zu demselben Lantfrieden horent, gedenckes, wie Ir desselben Philips Hofart u. Unrecht gerechfertiget von Unsir und des Riches wegen.

Geben zu Prage an Sant Niclas tage. Unsir Riche in dem Viertzehenden, u. des Keysirtumes in dem funfften Jare.

CCCVI,

CCCVI.
EIVSDEM,
DE *neutro ex quatuor fratribus* Austriacis *in Regem Rom. post mortem Imperatoris eligendo.*
An. 1362.

Wir Karl von GOtes gnaden Romischer Keyser, zu allen ziten Merer des Reichs, und Kunig ze Beheim. Bekennen und tun kunt offenlich mit disem Brief allen den die in sehent oder horent lesen; Daz wir durch redlicher u. mercklicher sachen willen, der wir Uns mit des Heilgen Reichs Kurfursten uff unsern Eyde erkennet haben; Und bey namen umb kuntlichen Widerdriezz, der dem Heil. Reiche von den Hertzogen von Oesterreich offt widerfaren ist; gelobt haben, und geloben auch, als ein Kunig ze Beheim, fur Uns, unser Erben u. Nachkomen Kunge zu Beheim, und bey namen fur den Hochgeborn **Johansen** Margrafen zu Merhern, unsern lieben Bruder und sein Erben, dem Heil. Romischen Reich, und darzu dem Erwirdigen **Gerlach** Ertzbischoff zu Mentz, des H. R. in Dutschen Landen Ertzcantzler, unserm lieben Fursten u. Neven, und seinen Nachkomen in guten Truwen an geverde bei dem geswornen Eyde den wir dem Heil. Reich getan haben; Ob es ze schulden kumt daz wir sterben, daz denne, der unser Erbe, der ein Kunig ze Beheim wirdet, Hertzogen Rudolffen, Hertzogen Fridreichen, Hertzogen Albrechten, und Hertzogen Leupolden, gebruder von Osterreich, noch Jr keynen zu Romischen Kunge nemen, kyesen, oder sust in deheine weis, mit nichte und nymmer in deheinen (keinen) zeiten nemen sol. *ex Autogr.*

Mit urkund ditz Briefes, versigelt mit unserm Keiserl. Insigel. Der geben ist zu Nuremberg nach Cristus geburt Drutzehen hundert Jar, dernach in dem Zwey und sechtzigisten iar. An dem Suntag als man singet *Reminiscere.* Unserer Reiche in dem Sechtzehenden, und des Keysertums in dem Sybenden Jare.

Per Dnm Imperatorem
Cancellarius.

CCCVII.

CCCVII.

Super proposito eodem, Declaratio Electoris Palatini.

An. 1362.

ex Autogr. Wir Ruprecht der Elter, von GOtes gnaden Pfallenzgraff by Ryne, des Heiligen Reichs Oberster Truchsezz, und Herzog in Beyern, bekennen - - -, Daz wir durch redlicher und mercklicher sache willen, der wir uns mit andern unsern Mitkurfursten uf unser Eyde erkennet haben; Und by namen umb kuntlichen Widerdriezz der dem Heil. Reich von den Herzogen von Osterreich offt widervarn ist; gelobt haben, und geloben ouch dem Heil. Rom. Reich, und darzu dem Erwirdigen Vater in GOt, Herren Gerlach Erzbischof ze Mentze, des H. R. Erzkantzeler in Dewtschen Landen und sinen Nachkomen, fur uns u. unser Erben u. nachkomen, in guten Trewen on Geverde by gesworнem eyde den wir daruber zu den Heiligen leiphaffticlich getan haben; Daz wir, ob ez zu solchen schulden queme, daz der Allerdurchleuchtigste Furste u. Herre, Her Karl von Gotes gnaden Romischer Keiser, - - - und Kunig zu Beheim, unser lieber gnediger Herr, sturbe, da Got vor sy, Herzogen Rudolfen, H. Friderichen, H. Albrechten, und H. Leupolden, gebruder von Osterreich, noch Ir keinen zu Romischen Kunge nennen, kysen, oder sust in dheine weis, mit nihte und nimmer in dheinen zeiten nemen wollen. Mit urkund diz Briefes. - - - [*Finiens cum priori.* 1362 *Dominica* Reminiscere.]

CCCVIII.

„*Impetitiones Dni* Maguntini *contra illos de* Swarzburg *&* Honstein.„

Sub an. 1362.

[*p.678. ante § VII.*]

„Dis sint die Schulde und Ansprach, die min Here von Mentze „hat zu sprechen zu den von Schwartzburg. Vor Erst, do dy von Swarzb. krygeten mit dem Margraven von Myssen und

und den von Erfforte; da fiengen des Margraven Diener u. die von Erfforte den von Swartzb. abe wol viertzig Rittere u. Knechte; Vnd des halff min Her von Mentze den von Swartzb. off den Margraven u. off die von Erfforte. Vnd was der von Virnenburg ein Hoybtman in dem Kryge von mynß Heren wegin von Mentze. Der fieng widdir ab dem Margraven u. den von Erfforte wol funffzig Rittere u. Knechte; und lyß die Jme geloben ire gevengnisse zu Arnstede. Dy Gefangen behilden die von Swartzburg myme Hern von Mentze vor, und teydingeten eyne Sune mit den gefangenen, und ledigeten ir Frund mit mynß Heren Gefangin hynder M. H. von M. als sie myme Heren hetten geben wol zween tusint lodige marg silber.

Auch han die von Swartzburg und Jr Helffere in mynß Heren Gericht u. Dorff gefallen zu Talwenden; und han darin mit gewalt - -, mynß Heren eygin Lude, dy mit den von Hanenstein nicht zu tunde haben, tod gebrant, und dern Lyb u. Gut genommen; by Namen eyme Man der hyesch Herman Brunes; der brante toid mit seß Perden u. sin Huß, und ward an sime Gude geschadet wol XII lodige marg. Auch wart Dyle Ryffenhusen darselbis tod gebrant. - - Auch ward Dyle Gaßman tod gebrant und beschedigit. - - Auch fyngen sie in demselben Dorff by dem Bach, und erwirgeten den in irme Stocke. — — Auch namen sie darselbis Herman Syfriden vier Perd, und todeten yme andere. — — —

Auch han dyselben von Swartzburg Judewarterode geschatzit off funf marg. Das Dorff ist der Burgman zu Rusteberg. - - - Auch han *iidem* und ir Helffere M. H. von Mentze und den von Hanenstein wol zehin Kirchove abgebrant u. nidder gebrochin, und ir Lude darynne tod gebrant; also als myn Here und sine Amptlude allewege vor dy von Hanenstein Recht geboden han, und yn allezyt an Rechte wol genugit hette, und noch an Rechte genugen solte.

Hoenstein.

Dys sint die schulde u. ansprach die min Here von Mentze hat zu den von Hoenstein. Vor Erst ume Gud, das do Men-

 zische

wische Lehen heyssen, die ume die Horburg ligen; das de bessir ist dan sess hundirt marg silbers, der dy von Hoenstein underwynden widdir Recht. - - Auch hyngen sie Vier, die myns Heren von Mentze Burgman u. Diener worin, und uß myns Heren Slossin ridden, und wolden dem Hertzogen Schaden han getan vor Lutirburg, in myns Heren dynste. - - Auch hyngen sie eyn Burger von Dudirstat, und gabin yme schuld, er solde Luterburg viraden han; do sie yme Unrecht ane toden. Auch komen sie wol mit zweynhundirt Perden by nacht vor die Stad zu Dudirstat, und fyngen dar zwene Burgere, und hyngen dy, ane Gerichte u. ane Recht; damidde sie grosse gewalt u. frebil toden in myns Heren Gerichte. - - Auch hinderen sie myn Heren - - an sime Geystlichen Gerichte, und an sinen Paffin, wo sie mogen. — — —

CCCIX.

Villa Büdesheim, *tanquam antiquum patrimonium Imperii, recuperanda committitur* Gerlaco, *in usum proprium habenda.*

An. 1363.

ex Autogr. Wir Karl von GOtis gnade Romischer Keyser, zu allen zyten Merer des Reiches, und Kunig zu Beheym, bekennen offentlichen mit diesem Brieve; Wann daz Dorff Budensheim, bie Binge gelegen, mit Gerichten, Luten und Guden, und daz darzu gehort, Uns u. das Heilige Rom. Riche von alders angehort haben, und noch gehorn; und ist uns u. dem Riche daz zu Unrechte emphremdit; Darumb han wir dazselbe Dorff, mit Gerichte, Voytige, Nutzen, und allen andern zugehoren, dem Erwirdigen Gerlache Ertzebischoffe zu Mentze, unserm lieben Fursten u. Neven intpholen, daz Er daz von Unsern u. des Riches wegen in sine Hant setzen u. nemen sol.

Herumb gebieten wir ernstlichen bie unsern u. des Riches Hulden dem Voyte, Schulteizzen, Scheffen, und den Luten gemeinlichen desselben Dorffes Budensheim, daz sie dem obgen. Ertzbischoff

schoff von Unsern u. des Richs wegen hulden, sweren, und in allen andern sachen gehorsam u. undirtenig sin glich uns selbist. Und wo sie des nicht teden, so haben wir deme obgen. Ertzbischoff entpholen u. geheizzen; bevelen u. heizzen mit diesem brieve, daz Er die vorgenante Lute, alle u. besundere, von Unsern u. des Riches wegen bringen solle, und darzu halden, daz sie daz geinwertige unsir Gebot tun u. halden. Und wer auch darwider tede, der sal in unsir u. des Riches Ungnade swerlichen sin vervallen.

Mit Urkunde dises Brieves, versigelt mit unserin Keiserl. Insegel. Geben zu Aschaffenburg nach GOtis geburte Drutzehen hundert Jare, in dem Drien und sechtzigestem Jare, an Sanct Vincencien tage. Unser Riche in dem Sibentzehenden, 22 Jan.
und Keisertums in dem Achten iare.

Per Dnm Imperatorem
Rudolphus.

CCCX.

XII Falcones, *Imperatori quotannis a Civitate* Lubecka *præstandi*, CAROLI*que gratia recepti hactenus ab Archiepiscopo* Coloniensi WILHELMO, *huius obitu assignantur* GERLACO Moguntino.

An. 1363.

Wir Karl von GOts gnaden Romischer Keyser, zu allen zeiten Merer des Reichs, und Kunig zu Behem. ex Autogr.
Bekennen u. tun kunt offenlich mit diesem Brieff allen den die yn sehen oder horen lesen; Daz wir angesehen haben die sunderlich Gunst u. liebe, die wir gen dem Erwirdigen Gerlach Ertzbischoff zu Mentze, unserm lieben Neven u. Fursten fruntlichen tragen; Und auch stete getruwe dienste die Er uns u. dem Heil. Reich oft nutzlichen getan hat, und furbaz tun wil u. mag in kunftigen czeiten; Und haben

ben ym die czwelf Valken, die wir u. das heilig Reich ierlichen in der Stat zu Lubecke haben; die der Erwirdige Wilhelm, etwenn Ertzbischoff zu Koln von uns gehabt hat, von unsern sunderlichen gnaden, und mit Keiserl. Macht, dieweil wir leben, geben u. verliehen haben; geben u. verliehen auch, mit diesem Briefe.

Dorumb gebieten Wir dem Burgermeister, dem Rate, und den Burgern gemeinlich der Stat zu Lubeck unsern u. des Reichs Getruwen, das Sie die egenante zwelf Valken dem egen. Ertzbischoff unserm Nefen und seinen Boten die nu seine briefe antworten, alle Jar dieweil wir leben, unvertzogenlichen u. on alles hindernisse u. widerrede geben u. antwerten sullen.

Mit urkund ditz Briefs, versigelt mit Unserer Keiserl. Magestat Insigel. Der geben ist zu Aschaffemburg nach Crists geburt Drutzehen hundert Jar, darnach in dem Dreu und sechtzigisten Jar, an Sand Vincencie tag. Unser Reiche im Sibentzehenden, und des Keisertums in dem Achten iar.

22 Ian.

Per Dominum Imperatorem
Rudolphus *de* Frideberg.

[*A tergo*]
R. *Iohannes Saxo.*

CCCXI.

De *oppignorata Armigeris* de Iudeman, *Moguntina parte Castri* Trefurt *&c.*

An. 1363.

Wir Brune und Wilhelm gebruder Judeman, Edelknechte, Hern Arnolds Judeman Ritters Sone Tun kunt --, daz -- Her Gerlach E. z. M. uns und unsern Erben zu Phantschaft, und dem obgen. Hern Arnold Judeman unserm Vattir als unserm Vormunden in vormundschaft Sin u. sins Stifts teil sins Slosses u. Vesten Drivord Burg, und mit Dorffirn, Gerich-

richten, u. allen sinen zugehorungen; Und daz Dorff Heygenrod, und daz Waschgelt zu Valken vor VIIIC u. IX marke lotiges silbers Mulhuser wisse *, Wichte u. Were virsazt hat, in alle der wise u. forme, als die Brieffe sprechent, die uns Derselbe - - - daruber gegeben hat. Des zu Urkunde - - -. Heilgenstat feria secunda post *Kiliani*. - - MCCCLXIII.

* *albedinis sive argenti puri.*

10 Jul.

Anno 1367 bona eadem pro Summa consimili a Getlaco, *pignoris iure, receperunt* EMERICVS, HENRICVS & HELWICVS, *fratres* de Hayn.

CCCXII.

AD *preces* FRIDERICI Burggravii *Norimb.* GERLACVS *concedit in Armistitium cum* Wilhelmo *Milite* de Maspach.

An. 1364.

Wir Gerlach v. G. G. Ertzbischoff zu Mentze &c. Bekennen - - -, daz wir umb Bede des Edeln Fryderichs Burggrafen zu Nurenberg, unsers lieben Swagers, die er uns getan hat mit Conrad Abindor † von Seckendorff - - Ritter, Yme vor Uns und unsere Helfere eyns Fryden gefolget han, zu haldene mit Wilhelm von Maspach Ritter, und sinen Helfern, die er uns mit Namen in sime frydebrieffe benennen sal [wan wir nit enwissen wer in sime fryden sin wolle] zuschen hie und Ostirtage nehst komt, und den Tag allen u. ieden den Fryden stede u. veste zu haldene, ane Geverde, urkunde dis Briffs.

† Abenteuer.

Auch wollen wir gerne unserm - - Swager dem Burggrafen von Nurenberg off eynem gutlichen Tag geryden zu Wertheim, off den Suntag Letare zu Mitfasten - -, dar zu redene umb solche Zweyunge, die zuschen uns und Wilhelm von Maspach egenant ist. Wer auch, daz der Fryde von Unsir syten geergirt wurde, daz GOT verbiede, so wolden wir den frydebroch rechten, mit der Name, und Wonden, und Toden, nach gnaden, als des Landes gewonheit ist. Des zu Urkunde - - - — Datum *Aschaffenburg* die B. *Anthonii*. - - MCCCLXIV.

Controversiæ de qua agebatur Obiectum.

Comparaverat (circa an. 1343) HENRICVS Elector Saltzen-se *in Thuringia oppidum, sub pacto de retrovendendo, a* IOANNE Canonico *Herbip.* & FRIDERICO, *fratribus* de Saltza. *Cum illud postea* reemerent, GERLACVS *vero datas ab Antecessore suo Litteras reposceret, ferebatur eas esse deperditas, proin satisfieri petitioni haud posse. [Vnde probabiliter belli a* Maspachio *denuntiati origo.] Compromiserunt igitur Partes in* IOANNEM Schenck *Canonicum* Herbip. CONRADVM Rude *Burggravium Wildenbergensem*, VLRICVM de Cronenberg *Rhingaviæ Vicedominum*, & EBERHARDVM de Maspach *Militem: Qui, tabulis* Werthemii *Dominica proxima post almam Pentecostes desuper editis, Causam arbitrio subiecere* Wirtzburgensis *Episcopi. Sedenim negotio nondum aggresso compertum fuit, Instrumentum quæstionis detineri per* HARTVNGVM de Erffa. *Obligantes sese* (Saltzenses) *ad pœnam mille flor. nisi idipsum Moguntino intra certum temporis spatium forent exhibituri.*

* * *

CCCXIII.

Præceptum Cæsaris *ad* Gerlacum, *de sistendo executionem eidem demandatam in Causâ* Lossensi, *donec discussa fuerit in Petitorio.*

An. 1365.

KAROLVS Quartus *Divina favente Clementia Romanorum Imperator semper Augustus, & Boemie Rex.* Venerabili GERLACO Archiepiscopo *Maguntino*, - - - Graciam nostram & omne bonum. Princeps & Consanguinee carissime.

Licet alias certis nostris Litteris tibi iniunxerimus, ut circa Sentenciam de & super Comitatu *Lossensi* pro parte Nobilis ARNOLDI de *Rumen* fidelis nostri dilecti, & contra Honorabiles Decanum & Capitulum Ecclesie *Leodiensis* - - -, per Specta-

ƈtabilem BVRCKARDVM Burggravium *Magdeburgensem*, Magistrum Curie nostre, pro tunc Iudicem Curie Imperialis - - - prolatam, executioni debite demandare deberes, ut in litteris nostris tibi super eo transmissis plenius continetur. Per quas nostras Litteras non modica dampna seu gravamina Leodiensi Episcopo & Ecclesie sue verisimiliter possent evenire;

Considerantes igitur, quod ad nos & sacrum Romanum Imperium pertinere dinoscitur Ecclesias & bona Ecclesiarum & ecclesiasticarum Personarum defendere, & tueri quantum possumus; presertim circa illas - - -, quarum Cause in rebus ad nostrum Iudicium spectantibus coram nobis & nostro Imperiali Iudicio pendere noscuntur; Supplicationibus Venerabilis IOHANNIS Leodiensis Episcopi, Principis & Consanguinei nostri devoti dilecti nobis desuper factis inclinati, prout eciam per Sanctissimum in Xpo Patrem, Dnm VRBANVM Papam *Quintum* suis Litteris super eo nobis transmissis fuimus instanter requisiti; Tibi sub obtentu nostre & sacri Imperii gracie precipimus & mandamus seriose, quatenus statim visis presentibus, a turbacione, molestacione, & dampnorum illacione predicti Leodiensis Episcopi, sue Ecclesie, & terre Lossensis omnino desistas, prout nostri & S. Romani Imperii gravem indignacionem volueris evitare, donec coram Nobis tamquam superiori Domino discutiatur iuridice, ad quem dicti Comitatus dominium iure debeat pertinere, - - - - * per nos vel alias nostris litteris traditam, quousque ad Alemaniam venerimus, & ibidem dicta causa in Petitorio coram nobis aut nostro Iudicio discussa fuerit, animo deliberato & de certa nostra sciencia, auctoritate Cesarea suspendimus per presentes.

* *illegibilia verba quinque vel 6.*

Datum *Prage*, nostro Sigillo subappenso. Anno Domini MCCCLXV die XIIII Ianuarii. Regnorum nostrorum anno XIX.

CCCXIV.

CCCXIV.

Moguntino & Palatino *Principibus Imperator dat licentiam comparandi Castrum* Zwingenberg, *ex parte Imperii destructum, ædificandique illud; feudi iure postea habendum.*

An. 1365.

ex Autogr. Wir Karl von GOts gnaden Romischer Keiser, zu allen ziten Merer des Reichs, und Kunig zu Beheim. Bekennen uffinlich mit diesem Brieve, und tun kunt allen Luten die yn sehen odir horen lesen, daz wir durch sunderliche Liebe die wir haben zu dem Erwirdigen Gerlach Ertzbischoff zu Mentze, des Heil. Reichs Ertzcanceller in Dutschen Landen, unserm lieben Neven u. Fursten; Und dem Hochgeborn Ruprecht dem Eltern, Pfaltzgraven by Ryne, u. Hertzogen in Beiern, unserm lieben Swager u. Fursten; Und auch durch mircliche getruwe Dinste die Sie uns u. dem Riche offt nutzlichen getan haben, und furbaz tun sollen in kunftigen ziten; Mit wolbedachtem Mute, mit rechter wizze, und von volkomenheit Keiserl. Mechte, Denselben unsern Neven von Mentze und unserm Swager dem Hertzogen sunderliche Gnade getan haben; und gunen u. irleuben yn auch mit diesem Brive, daz Sie den Berg zu Twingenberg, da eine Vesten vormals von Unsir u. des Richs wegen gebrochen ist, mit allen sinen zugehorungen, miteinander keufen mogen, und daruff eine Burg buwen u. ufflaen; und die vestenen, wie yn daz allerbest fuget: Also bescheidenlich, daz dieselben Vesten zu Twingenberg die gebuwet wirdet, und ire zugehorunge, von Uns u. dem Heil. Rom. Riche zu rechtem Lehen ruren, und uns u. unsern Nachkomen - - - Rom. Keisern u. Kunigen eweclich offen sin sulle zu allem unsern willen, wan wir des gesinnen, wider allermenlich, nyman uzgenomen.

Mit Urkunt diz Brives, versigelt mit unserm Keiserl. Ingesigel. Geben zu Brackenheim, nach Gots geburte Drutzenhundert

dert Jar, darnach in dem Funff und sechtzigesten Jare. An dem Suntage so man singet *Quasimodo geniti* in der Heil. Kirchen. Unser Riche in dem Nuntzenden, und des Keisertums in dem Eilffsten Jare.

Per Dominum Imperatorem
RVDOLPHVS Prepositus *Wetflariensis*.

In dorso:
R. * PETRVS Scolasticus *Lubucensis*.

* *id est Registrata.*

CCCXV.

Instrumentum super bonis Iohannis *de* Linden *in* Rychelsheim.

An. 1365.

IN NOMINE DOMINI. AMEN. Per hoc presens publicum Instrumentum cunctis ipsum intuentibus pateat evidenter; Quod anno a Nativitate Domini MCCCLXV, Indict. III, Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris ac Dni nostri D. VRBANI divina providencia Pape *Quinti* anno III°. XIX die mensis Iunii ante horam vesperarum vel quasi, in villa *Richelsheim* Mag. dioc., in casa seu domuncula, vulgariter dicta in dem Spilhuse, ante ostium introitus cimiterii ibidem; in presencia mei Notarii publici ac Testium infrascriptorum constituti - - IOHANNES de *Linden* Armiger & GVDA eius Legitima publice recognoverunt, se vendidisse - - - pro quodam certo precio sua bona seu iugera - - - in terminis & in campis pred. ville *Richelsheim*, - - - Dnis Decano & Capitulo Ecclesie *Aschaffenb.* - - Etiam ex hoc iidem Legitimi . . cum instancia monuerunt & rogaverunt Scultetum & alios Scabinos Iudicii secularis ville prescripte, se informari ab eisdem, per quem modum, seu eius iuris & Iudicii consuetudinem deberent eadem - - bona resignare & eisdem renunciare, quod pred. Domini eccl. *Aschaff.* . de talibus bonis forent firmiter certificati & inducti.

Qui quidem ſic moniti & rogati, unus de eisdem Scabinis, antiquior, ibidem preſentibus vulgari & teutonico nomine, nomine HEYLO *Waginbuſer*, quendam *pileum in medium exhibuit, & dedit cuilibet Legitimorum Calamum ad manus; eos informando, videlicet quod quivis eorum ſuum calamum ad pileum deberet ponere, & iactare in ſignum reſignacionis & renunciacionis.* Secundum cuiusmodi informacionem & iuſſionem preſcripti Legitimi *tales calamos ad pileum iactaverunt.* Volentes ſic reſignare & renunciare; reſignant & renunciant . . Decano & Capitulo - - - iuxta informata conſuetudinis Iurium & Iudicii - - - omnia bona ſeu iugera - - -; eosdem Dnos ad ea per hoc inducentes, & ſe de eisdem certificantes.

Item IOHANNES *Groppe* Armiger, ibidem eciam reſignavit - - omnem impeticionem quam ſuper pred. bonis haberet, ſeu habere poſſet quovis modo. ITEM ſupraſcripti . . Scultetus & Scabini eciam ibidem recognoverunt, eadem ſeu iugera & bona, non feodalia, ſed precipue bona *Fulcenſ* * hereditaria.

* cum ſigno abbrev ſupra *l* & *c*.

Acta ſunt hec, Anno, Indict. - - - ſupra notatis. Preſentibus & aſtantibus - - - CONRADO Plebano - - - in *Richelsheim.* CONRADO de *Beldersheim* iuvene, & Milite. HERMANNO *Schoene* ibidem Sculteto. HEYLONE *Waginbuſer*, & HAPPELONE *Schuchwechte* Scabinis, teſtibus ad premiſſa vocatis ſpecialiter, & rogatis.

Et ego GERLACUS *Holtzſchuer* de *Fritzlaria*, Clericus Magunt. dioc., Publicus Imperiali auctoritate Notarius, preſcriptis recognicionibus, reſignacionibus, renunciacionibus - - - preſens interfui, eaque dum ſic agerentur & fierent - - - vidi & audivi. Ideo premiſſa in hanc publicam formam redegi, manu propria ſcripſi, Signoque meo ſolito ſignavi; rogatus & requiſitus in teſtimonium evidens omnium premiſſorum.

CCCXVI.

CCCXVI.

EDICTVM Gerlaci *grave, ad effectum reprimendæ conniventiæ Potestatum laicarum, qua exerceri Tyrannidem permittant in statum Ecclesiasticum.*

An. 1366.

GERLACVS *D. G. Sanctæ* Moguntine *Sedis Archiepiscopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Vniversis & singulis utriusque sexus hominibus, cuiuscunque status & eminencie existant, per nostram Civitatem & diocesim Mogunt. constitutis, salutem in Domino sempiternam.

Ad perpetuam rei memoriam. Pastoralis officii nostra cura continua, quam in cunctis agendis, & reformandis - - - habere nos oportet, & merito, ne canis impudicus reputemur, diu noctuque pervigil ad hoc accelerat, ut, eciam spreto nostri proprii corporis commodo, per voluntarios labores Subditorum removeamus scandala & gravamina; ac ipsis utilitates & commoda, cum pacis fiducia, in quantum nobis ex alto conceditur, mente avida procuremus. Tunc enim vere & rite eciam subditorum possumus gloriari salute, cum & ipsi, relacione vicissitudinaria, de procurata a nobis eis pace & concordia, congratulari poterunt inconvulse.

Vnde ad nostram, quod dolentes referimus, pervenit audienciam, quod nonnulli Duces, Lantgravii, Margravii, Comites, Barones, & Domini temporales alii; quam Milites, Nobiles & ignobiles, & alique Civitates, & alia Loca, habentes vel habencia propria territoria vel iurisdictiones & districtus, vel infeodata, ad tantam Tyrannidem & crudelitatem pervenerunt, quod non solum bona Ecclesiarum, - - - ymmo & Personas ecclesiasticas, Religiosas & seculares, in suis territoriis & districtibus *invadi, capi, spoliari, rapi & exactionari*

oculis conniventibus permittunt; quod tamen in perſonas Iudeorum vel Paganorum, vel eciam alienorum - - - non permitterent. Vellet DEVS, quod ad hoc illos Maleficos non ſtimularent & inducerent: Et ſic excommunicati, accumulando inconveniens ſuper inconveniens, compellunt pauperem Clerum, coram ipſis divina officia celebrare qualitercunque, ymmo ſic prophanare eundem, - - - in non modicum eorundem Dominorum, Terrarum, & Cleri preiudicium, & perdicionem animarum ſuarum, & ſcandalum plurimorum.

Eapropter, quia non ſufficienter proviſum per nos exiſtit ad reprimendam inoportunam preſumptionem Raptorum Predonum & invaſorum ſeu Captivatorum & Detentorum bonorum Eccleſiarum & rerum monaſteriorum & eccleſiaſticarum perſonarum, cuiuscunque condicionis exiſtant; Adiciendo ſtatuimus, quod predones, raptores, invaſores & captivatores huiusmodi; & receptatores ac adiutores, nec non predarum emptores, per Ordinarios vel Conſervatores moneantur nominatim, ſi eorum nomina ſcire poterunt, alioquin in genere, ut infra triduum poſt monicionem ipſam, predicta, ſpolium vel rapinam & captivum reſtituant, & condigne ſatisfaciant; alioquin tamquam Sacrilegi ſentenciam Excommunicacionis, quam nunc ferimus in his ſcriptis, ex tunc incurrant ipſo facto; & excommunicati per locorum Ordinarios & eorum Plebanos, vel Conſervatores nuncientur. In qua excommunicatione, ſi ſatisfactione neglecta duraverint per Quindenam, ex tunc per omnes eccleſias, Conventuales & Parochiales, Decanatus, dominii, territorii & diſtrictus illius in quo rapina committitur, & ubi illi Sacrilegi domicilium habuerint - - -, campanis pulſatis & candelis accenſis, usque ad ſatisfactionem condignam, nuncientur excommunicati ſingulis diebus Dominicis & Feſtivis. Quodſi per dimidium annum in excommunicatione contumaciter perſtiterint, ex tunc ſubiaceant penis expreſſis ſuperius contra Sacrilegos, & ſecundum quod fuerit contra eos procedendum, procedatur.

Hanc

Hanc autem nostram Constitucionem non solum ad futura extendi volumus, sed arcius *in pendentibus* observari. Ac, *quod nobis non licet ad presens in precipiendo iure Metropolitico ecclesiis & personis per nostram Diocesin constitutis*, * hoc eis saltem, ut ipsam constitucionem racione equitatis & iusticie observent, presentibus intimamus. Nulli ergo liceat (*&c.*)

Datum sub Sigillo nostro in testimonium perpetue firmitatis. Anno Domini MCCCLXVI, die XX Septembris.

* *Huiusmodi locutione tecta* GERLACVS *innuere videtur, ac si in Episcopali exercitio canonice fuisset impeditus. Quod ex eo suspicor, quia exactioni Decimæ, a* Gregorio PP. *Clero Mog. indictæ, fortiter se opposuit.*

CCCXVII.

Iudicio provinciali Wimpinæ *restaurato Cæsar præficit Electorem* Mogunt.

An. 1366.

Wir Karl von GOts gnaden Romischer Keiser, zu allen zeiten Merer des Reichs, und Kunig zu Beheim. *ex Autogr.* Bekennen uffinlich an disem Brieve, und tun kunt allen Luten die yn sehent oder horent lesen, daz wir angesehen haben solichen Schaden, den Wir u. das Heil. Rom. Reich emphangen haben; und auch solichen Gebresten, den Unsere u. des Reichs Mannen u. Getruwen geliden haben, umb daz unsir Furfaren und Wir lange zeit des Reichs Lantgerichte zu Wympfen uff dem Sale nicht han bestalt und besitzen lazzen, alß daz Lantgerichte bey unsern Furfaren an dem Reiche Romischen Keysern u. Kunigen vurmals herkomen u. bestalt ist gewest.

Vnd uff daz allermenlich Recht daselbis widerfare, So han wir mit wolbedachtem Mute, mit rechter wizze, und mit volkomenheit Keiserl. Macht, dem Erwirdigen Gerlache Ertzbischove zu Mentze, des Heil. Rom. Reichs in Dutschen Landen Ertzcanceler,

ler, unserm lieben Neven u. Fursten dasselbe Lantgerichte seine lebetage empfolen, und empfelen Yme daz mit crafft diz Brieves; Und geben yme Mogde u. Macht, daz Er seine lebetag dasselbe Lantgerichte bestellin und besetzin sol u. mag; und gerulichen inne haben von Unser u. des Reichs wegen, mit allen Sachen u. stucken die darzu gehorent.

Darumb gebieten Wir ernstlichen bei unsern u. des Reichs Hulden den Burgermeistern, dem Rate, und den Burgern gemeinlich Unser u. des Reichs Stat zu Wimpfen, daz Sie getrulich u. vesteclich daz egenante Lantgerichte schirmen u. schuren; und daz sie unserm egen. Neven, zu hanthaben das vorgen. Lantgerichte, behulfig sein mit aller irre Mogde.

Mit Urkunt diz Brieves, versigelt mit unser Keiserl. Maiestat Ingesigel. Geben zu Prage, nach Gots geburte Druzehen hundert Jar, darnach in dem Sechs und sechzigesten Jare; an dem nehesten Mantage nach des Heiligen Crists tag. Unser Reiche in dem Czwentzigisten, und des Keisertums in dem Eilfften iare.

Per Dominum Imperatorem
Rudolphus *Episcopus* Verdensis.

CCCXVIII.

Redemptam per Gerlacum *a* Winspergiis *villam* Schefflenz, *ut cingere queat Munimentis, concedit Imperator.*

An. 1367.

[*p. 1018 fin. in Addit.*]

ex Autogr. Wir Karl von GOts gnaden Romscher Keisir, zu allen zyten Merer des Richs, und Kunig zu Beheim. Bekennen offenlich mit diesem Bryve, und thun kunt allen Luten die yn sehent odir horint lesin; Daß wir umb schinbern Nutz des Heilgin Richs, und des Lands u. der Lude, dem Erwirdigen Gerlach Ertze-

Ertzebischove zu Mentze, des Heilgin Richs in Dutschen Landen Ertzcanceller unserm lieben Fursten u. Neven, sinen Nachkomen u. Stifte, entpholen u. irleubit han, entphelen u. irleubin yn von Keysirlichen Mechte, mit wolbedachtem Mute, mit rechtir wissen, und mit craft dies Brieves, daſ Sie Obirnschevelentze, das gen Eichilsheim off hyn gelegin ist, Unsir und des Richs Dorff, das mit andern Dorffern, Luden u. Guden der egenant Gerlach Ertzebischoff yme u. sime Stifte gelosit hat von unserme geheisse u. gehengnusse von den von Winsberg, die das lange zyt her inne gehabt hant, vestenen mogen u. sullen, mit Graben, Muren, Porten, Thornen, Erkirn u. andirs, wie sie wollent; und zu einre Stad machen, und Wochen-Mercke dar legin, wie yn das fugit. Und sollen darin Stocke, Halsgerichte, und alle andir Gerichte, hoe und nydir, haben u. gebruchen; Und uſſwendig der Stad, und doch in den Begriffen u. zugehorungen derselben Stete, Galgen haben, und Redere tun setzen, umb Gerichte zu tune von schedelichen luten.

Auch sal dieselbe Stad Schevelentze und die Burgere daselbis, haben alle Fryheit, Recht und Gnade, die Heilgprunne u. Wympfen, unsir u. des Richs Stete, und die Burgere daselbis haben, u. gewinnen.

Was auch der egenant Ertzebischoff, sine Nachkomen odir der Stift zu Mentze an der egen. Stad zu Schevelentze virbuwent, das kuntlichen were; also viel sal der . . Ertzebischoff, - - - - off der egen. Pantschafte zu der Sumen geltis die Sie vor diroff hant, behalten u. haben.

Mit Urkund dis Bryves, virsigelt mit unserm anhangenden Ingesigel. Geben zu Wurtzeburg nach Crists geburte Druzehen hundert Jare, darnach in dem Sieben und sehssigestem Jare. An dem Achzehenden tage. * Unsir Riche in dem Ein und zwenzigistem, und des Keisirtums in dem Zwolften Jare.

* 18 Jan.

Per Dominum Imperatorem
Rudolfus *Episcopus* Verdensis.

CCCXIX.

CCCXIX.

CASTRUM *sive latibulum Prædonum* Salheim, *a* GERLACO, *Pacis provincialis in* Wetteravia *nomine expugnatum & eversum, reædificari vetat Imperator, nisi consensu* Gerlaci *prævio.*

An. 1367.

ex Autogr. Wir **Karl** von Gots gnaden Romischer Keiser, zu allen zyten Merer des Richs, und Kunig zu Beheim, bekennen mit diesem Bryve u. tun kunt allen Luden die yn sehent oder horent lesen; Want zu andern zyten der Erwirdige **Gerlach**, Ertzbischoff zu Mentze, unsir liebir Furste u. Neve, mit dem Lantfriden in der Wedereibe von Unsir u. des Heilgin Richs wegen die Vesten Salheim, da schedliche Lute sich inne enthielden, mit grossir Kost u. arbeit dem H. Riche zu Eren, und fryde der Strazen zustoret u. zubrochen hat; So wollen wir, daz die Hovestad desselben zubrochin Husis von nyman wydir gebuwet sulle werden, ane guten willen des egenanten Ertzbischovis; Und entphelen demselben Ertzbischove, daz Er nyman dheins Buwes daselbis gestate zu tune; und von Unsir u. des Richs wegen den Bu, ab den ymand tun wulde, festiclichen were, und darwyder sy. Und wers, daz wir, von virgessnuzzis oder Bete wegin yman irleubten die egen. Hovestad zu buwen, so wollen wir, daz diz keine Macht haben sulle.

Und gebieten allen Fursten, Graven, Herren, Fryen, Steden, und allen Unsern u. des Heilgin Richs Getruwen; wers, daz ymand die obgen. Hovestad undirstunde zu buwen, daz Sie daz dem egen. Ertzebischoff getruwelich u. festlich helfen weren von Unsern u. des Richs wegen, als lieb yn sy unsir Hulde zu behalden.

Mit Urkund ditz Bryves, virsigelt mit unserm cleinen Ingesigel. Gebin zu Hertingisvelt, an der Heilgin Merteler Fabiani u. Sebastiani tage nach Crists geburte Druzehn hundirt Jar, darnach in dem Siben und sehssigistem Jare. Unsir *20 Jan.*

Riche

Riche in dem Ein und czwenzigistem, und des Keisertums in dem Czwolften iare.

Per Dominum Imperatorem
Rudolfus *de* Frideberg.
[Episcopus *Verdensis.*]

CCCXX.

TESTAMENTVM *nuncupativum* RICHILDIS de Sobernheim, *Prabendaria in Cœnobio* Dalem *prope* Moguntiam.

An. 1367.

IN NOMINE DOMINI. *Amen.* Cum nil cercius sit morte, & nil incercius hora mortis; ipsiusque mortis hora incerta esse debeat, in prudentis animo non inmerito metuenda propter vitam hominum labilem & caducam; Per hoc itaque Instrumentum publicum pateat universis, quod sub Anno Domini *Millesimo CCC Sexagesimo septimo*, Indictione quinta, Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris ac Dni, Dni VRBANI divina providentia Pape *Quinti* anno quinto, die XXII mensis Februarii, hora diei eiusdem circa horam vesperarum vel quasi, in domo habitacionis Discreti viri, Dni LVDEWICI de *Geilnhusen* Vicarii ecclesie Sce *Marie* ad Gradus Magunt., sita vulgariter in loco, dicto *uf dem Acker* in Civitate Maguntina; in mei publici Imperiali auctoritate Notarii subscripti & testium infrascriptorum ad hoc vocatorum presencia, constituta Honesta matrona, Domicella RICHILDIS de *Sobernheim*, commorans in *Dalen*, DEO devota, sana mente & compos racionis, licet corpore aliquantulum debili, predictum documentum ut dicebat attendens, matura ut asseruit deliberacione prehabita, de Bonis & rebus suis omnibus & singulis tam mobilibus quam inmobilibus sibi a DEO concessis condidit Testamentum, suamque ultimam disposuit voluntatem, secundum omnem modum & formam prout inferius per ordinem continetur. *ex Autogr.*

Ooo ET

Et primo animam suam Altissimo recommendans, dat & legat cuilibet Sacerdoti monachorum Monasterii S. *Disbodi* Ordinis Cisterc. Maguntine dyoc. unum florenum auri, hoc tamen adiecto, quod quilibet eorum die obitus sui legat Missam *auream*.

Item dedit & legavit Monachis conventualibus eiusdem monasterii tres florenos, de quibus unus in die obitus Ritze predicte, unus in *Septimo*, & unus in *Tricesimo* eis erogetur, pro Pictancia seu refectione ipsis Fratribus eisdem tribus diebus facienda; ut ipsi eisdem diebus Vigilias & Missas pro Defunctis celebrent, & preces ad Altissimum fundant pro ipsius *Richildis* anime salute.

Item dedit & legavit Dne Abbatisse in *Dalen* unum flor. Item cuilibet Moniali velate ibidem in *Dalen*, vulgariter gewilet, dedit & legavit decem Solidos *Hallensium*, ad manus suas dandas.

Item dedit & legavit Dno Iohanni *Pinkgel* X. sol. *Hall.* Item dedit & legavit cuilibet Converso ibidem in *Dalen* existente cappato X sol. *Hall.*

Item dedit & legavit tribus Monialibus ibidem, filiabus quondam Conradi de *Crutzenacko*, cuilibet earum duas libras *Hall.* Item dedit & legavit Katherine & Demudi, Baginis ibidem, quatuor libras *Hall.*, cuilibet earum duas.

Item dedit & legavit Sanctimonialibus *Veteris celle* Maguntie duas libras Hll. Item duabus monialibus ibidem veteris celle, Getze de *Crutzenaco* & Metze dicte *Irmelrichen*, cuilibet earum X. solidos *Hll.* Item Sanctimonialibus Monasterii S. *Marie Magdalene* Magunt. unam lib. *Hll.* Item Sanctimonialibus monasterii S. *Agnetis* unam lib. *Hll.*

Item Fratribus Carthusiensibus domus S. *Michahelis* prope Maguntiam duas lib. *Hl.* ad manus dandas. Item Fratribus S. *Marie* duas lib. Hl. ad manus semel dandas.

Item ad hec predicta Richildis seu *Ritza* voluit & ordinavit, quod centum Sacerdotibus, per suos Manufideles infra

infra nominatos ad hoc eligendos, cuilibet eorum duo Grossi dentur pro centum Missis *votivis* in divine laudis augmentum, & anime ipsius *Ritze* remedium per eosdem Sacerdotes dicendis atque legendis.

ITEM dedit & legavit IACOBO de *Mumbach*, IVTTE eius Legitime, RITZE & DEMVDI ipsorum filiabus, pensionem annuam omnium Censuum pecunialium, bonorum dictorum *Sibodisgut*, in *Mumbach* ultimo per eandem *Richildim* comparatorum, per ipsam relictis presentandam. Sic tamen, quod prefati *Iacobus*, *Iutta* eius legitima, *Ritza* & *Demudis*, quam diu vixerint eandem pensionem percipiant; Vno quoque istorum quatuor defuncto, alii eandem pensionem annuam Censuum predictorum percipiant, ad tempora dumtaxat vite omnium ipsorum.

ITEM dedit & legavit eisdem Coniugibus *Iacobo* & *Iutte* tria iugera pratorum de bonis predictis *Sibodesgut*, sita in **Mumbecher Marg**, & trahunt se ad longum pratum Dni CRAFTONIS, Vicarii ecclesie Maguntine. ITEM voluit & vult dicta Testatrix, quod ista tria iugera vinearum similiter ad predicta bona spectantia, ipsis *Iacobo* & *Iutte* predictis, pro medietate vini annue pensionis, per eandem testatricem ut asseruit locata, ipsa Testatrice defuncta *Iacobus* & *Iutta* si supervixerint, eandem medietatem vini ad tempora vite dumtaxat ipsorum, percipere, possidere & habere debebunt, cuiuslibet hominis contradictione non obstante; & nullum Censum de eisdem vineis cuiquam hominum ministrare debebunt.

ITEM dedit & legavit specialiter *Iutte* supradicte Domum suam quam eadem RICHILDIS in *Dalen* inhabitat, cum omnibus & singulis suppellectilibus & utensilibus que ipsa *Ritza* tempore sui obitus reliquerit in dicta sua domo. Exceptis dumtaxat uno lecto, quatuor linteaminibus, uno pulvinari capitali, duobus cussinis, uno Cantro continente dimidium duale, ac una flascula eiusdem mensure; que legavit ac donavit DEMVDI, filie *Iacobi* & *Iutte* coniugum predictorum, sibi

de ſuppellectilibus predictis preſentanda; Vaſis ſimiliter argenteis & aureis, ſi que invenirentur, exceptis.

ITEM dedit & legavit *Iutte* predicte quinque maldrorum ſiliginis penſionem annuam menſure Mag. ad ipſius vite tempora percipiendam & habendam de Officio dicto Schatzampt ville *Britzinheim* iuxta *Dalen* ſite perſolvendam. ITEM dedit & legavit prefate *Iutte* penſionem annuam unius maldri Nucum menſure predicte de curia in *Mumbach* cedere debens, ultimo per ipſam Teſtatricem comparata, ad ipſius vite tempora habendum, tenendum & poſſidendum. Sic tamen, & tali modo ac condicione, quod ipſis *Iacobo*, *Iutta*, *Ritza* & *Demude* perſonis predictis ab hac luce ſubtractis, Cenſus bonorum predictorum pecuniales, prata, iugera vinearum, domus, penſiones quinque maldrorum ſiliginis & maldrum nucum predicta, ad Abbatiſſam & Conventum prefati Cenobii in *Dalen* protinus devolvantur, & apud eas perpetuo remaneant, contradictione cuiuslibet hominis non obſtante.

ITEM legavit & donavit michi CONRADO *Wimari* de *Michelnbach*, Vicario ecclesie S. *Marie* ad gradus *Maguntie*, Notario publico ſubſcripto tres florenos, ut ſuis Manufidelibus ſubſcriptis ad dictum ſuum teſtamentum exequendum, ſi opus fuerit, fideliter aſſiſtam; ut Dno LUDOWICO & IACOBO de *Mumbach*, manufidelibus ſuis . . , teſtibus ſubſcriptis extitit omnibus bene notum.

Ad hec voluit & ordinavit dicta RICHILDIS, penſionem annuam quinque maldrorum Siliginis, ſimiliter de Officio dicto Schatzampt ville *Britzenheim* predicte perpetuis temporibus ſingulis annis perſolvendam; quod de eisdem fiant certa Anniverſaria, pro ipſius *Richildis* & quondam AGNETIS ſororis ſue animarum ſalute, in eodem monaſterio *Dalen* perpetue diſtinctis temporibus peragenda & celebranda iuxta conſuetudinem eiusdem monaſterii; Verum tantum duo maldra cum dimidio, in Anniverſario *Ritze*; reliqua vero pars in anniverſario ſororis eius *Agnetis* predicte, erogentur Sanctimonialibus monaſterii in *Dalen* ſupradicti.

ITEM

ITEM legavit & donavit dicta RICHILDIS tria maldra filiginis --- in pane pistanda, & Pauperibus tempore obitus sui distribuenda. ITEM legavit & donavit unicuique pauperi ad dictam distribucionem in *Dalen* venienti, unum Hallensem *antiquum*, ad manum sibi dandum in modum veri testamenti.

ITEM voluit & vult similiter dicta RITZA testatrix, quod XX. libre Cere per Manufideles suos de suis bonis comparentur, que in *Primo*, in *Septimo*, & in *Tricesimo* obitus sui diebus, in cereis & in *Nebelung* consumentur.

ITEM voluit, & vult similiter, quod dicti sui manufideles sibi unum *Bellechinum*, * vulgariter ein *bellikin*, tempore obitus sui, quod sit valore XVI libr. *Hall.*, emant seu ordinent, cum quo post tricesimum obitus sui diem Abbatissa & Conventus --- in *Dalen* unam *Casuculam* ** ad divinum cultum habendam sibi faciant utiliter preparare.

* Belkinus *apud* DvFR. *Remittens Lectorem ad voc.* Baldakinus; *quem ex* Annal. Colmar. *an.* 1276 *ita describit:* „Fuit & feretrum coopertum nobili baldico, „quod Ecclesiæ reliquerunt. —— —— Feretrum coopertum fuit baldichino &c.

** *Idem quod* Casula: *Vestis sacerdotalis, quæ & Planeta.* —— „Hæc supre„mum omnium indumentorum est, & cetera omnia interius per suum munimen „tegit & servat. — — Hæc super dextrum brachium levatur, replicaturque „in sinistrum.

Super premissis quoque omnibus & singulis adimplendis & effectualiter observandis, predicta RICHILDIS Discretos viros, Dominum LVDOWICVM de *Geilnhusen* Vicarium ecclesie S. *Marie* ad gradus Magunt. presentem: GOTZONEM zum Froschẽ filium TYLONIS zum Jungen civem Maguntinum, Magistrum monasterii in *Dalen*, absentes: & IACOBVM de *Mumbach* presentem, suos fecit, constituit & ordinavit, facit constituit & ordinat in his scriptis Manufideles & Executores presentis sui Testamenti seu sue ultime voluntatis; Supplicans eisdem humiliter & instanter, sub ea confidencia quam de ipsis & eorum quolibet semper gessit, quod Ipsi omnes quatuor, vel duo ex eis seu tres, Quarto ex quacunque causa interesse non potente, se de execucione huius sui testamenti seu

ultime voluntatis ſue intromittant, & ad effectum debitum perducant, & effectualiter exequantur.

ITEM eadem *Ritza* dedit & legavit Dno *Ludowico* predicto tres florenos. *Gotzoni* zum Froſch duos fl. Magiſtro in *Dalen* duos fl. & *Iacobo* de *Alumbach* duos fl., Manufidelibus ſuis antedictis. ITEM ſimiliter voluit ac vult dicta *Ritza*, quod quicquid ultra premiſſa per eam in preſenti Inſtrumento donata & legata, aut inpoſterum per eam donanda & leganda, cuius ſibi reſervat poteſtatem per dictos ſuos Manufideles de bonis ſeu rebus ſuis repertum & inventum fuerit; hoc in uſus & utilitatem ſepedicti Monaſterii in *Dalen* fideliter convertant; Quibus eciam Manufidelibus ſuis commiſit & committit in his ſcriptis plenam poteſtatem, Debita ſua a debitoribus ſuis, & Cenſus ſuos a Cenſuariis quibuscunque petendi, exigendi & recipiendi; & Actiones ſuas contra dictos Debitores in Iudicio ſive extra proſequendi. Cui ordinationi prefata Abbatiſſa & Conventus monaſterii *Dalen* in hac parte ſtare & parere debebunt per omnia cum effectu, omni dolo & fraude procul motis, ſub pena ducentarum marcarum puri argenti.

Voluit inſuper *Ritza*, & proteſtabatur, quod preſens ſuum Teſtamentum in toto vel in parte valeat revocare, alterare, innovare, & aliud de novo condere, ſi, & quando ſibi videbitur expedire. Super quibus omnibus & ſingulis dicta Teſtatrix me ſubſcriptum Notarium ſub mei officii debito requiſivit, ut exinde publicum ſeu publica conficerem & conſcriberem Inſtrumentum ſeu Inſtrumenta.

Acta & geſta ſunt hec, Anno Domini, Indictione, Pontificatu, menſe, die, hora & loco quibus ſupra. Preſentibus diſcretis Viris, HERMANNO de *Duna* Subdiacono dioceſis Maguntine, IOHANNE dicto *Sidenſwantz* Procuratore S. *Leonhardi* Franckenford - -, Clerico Magunt. IOHANNE Genere dicti *Schulers*. HENRICO *Kellerhals* Carpentario, & NICOLAO dicto *Snabel*, Civibus Maguntinis, teſtibus ad premiſſa vocatis & rogatis.

CCCXXI.

CCCXXI.

VRBS *Imperialis* Oppenheim, *a nexu pignoris quo constricta erat Civitati* Moguntinæ, *per* Wenceslaum *Bohemiæ Regem &* Gerlacum *Archiepiscopum soluta, accipit in mandatis, ut Iisdem præstet homagium, donec a* Carolo *suisve Successoribus reluatur.*

An. 1367.

Wir **Karl** von GOts gnaden Romischer Keyser, zu allen zeiten Merer des Riches, und Konig zu Beheim. Empieten den Burgermeistern, dem Rade, und den Burgern gemeynlichen der Stad zu Oppenheim unsern lieben Getruwen, unser Gnade u. alles gud, Lieben Getruwen. *ex Autogr.*

Als Wir Uch, den Burgermeistern, dem Rade u. der Stad Mentze versetzet hatten, des han wir dem Hochgebornen Wentzela Konige zu Beheim, Marggrafen zu Brandenburg und zu Lusitz, unserm lieben Sone, und dem Erwirdigen Gerlache, Ertzbischofe zu Mentze, unserm lieben Neven u. Fursten irleubet u. gegonnet, daz Sie Uch gelost han von den vorgenanten Burgern und Stad zu Mentze; umb soliche Summe geldes, als wir Uch yn virsetzet hatten, als die Briefe besagent die wir yn daruber gegeben haben.

Darumb so heissen u. gebieten Wir uch vesteclichen by unsern u. des Riches Hulden, und wollen, daz Jr dem vorgen. Konige Wentzela unserm lieben Sone, sinen Erben und Nachkommen, Konigen zu Beheim, oder dem Edeln Ulriche von Cronenberg Vitzdume in dem Ringkau, unserm lieben getruwen u. Rate, von sinen wegen, als Er yme daz entpholen hat; und dem vorgenanten Gerlache Ertzebischofe, sinen Nachkomen u. Stifte globet, huldet u. sweret, undirtenig, gehorsam u. getruwe u. holt zu sine; und zu wartene als uwern rechten Herren, in Phandis wyse, als lange wir

oder

oder unser Nachkomen an dem Riche, eymudige Rom. Keysere oder Konige, Uch wyder an daz Riche gelosen umb soliche Summe geldes, als ire briefe dan uber die Pantschaft besagen.

Mit Urkunde dises Briefes, virsigelt mit unserm Keyserl. Maiestat Ingesigel. Geben zu Prage nach GOts geburte Druzen hundirt Jar, darnach in dem Syben und sehssigisten Jare, of den nehsten Dinstag nach *Letare*. Unser Riche in dem Eyn und zwentzigisten, und des Keysertumes in dem Zwelften Jare.

Per Dominum Imperatorem
Rudolphus *Verdensis* Episcopus.

a tergo:
R. *Iohannes* de *Geylnhusen.*

Summa pecuniæ, Moguntinis *a* Wenceslao *&* Gerlaco *numerata efficiebat LXXI millia flor. Sed ultra illam adhuc XI mill. separatim mutuo dabant Cæsari, ad usum expeditionis* Romanæ. *In aliis Litteris, præter* Oppenheim *exprimitur* Odernheim, Schwabsberg, Ingelheim Superius, Inferius, *&* Nierstein. *Eodem ceteroquin pignoris iure ipsamet Loca* Gerlacus *ante possederat, sibi obstrictos homagio Incolas eximens* Norimbergæ *an.* 1355, *feria quinta;* S. Thomæ *Festum præcedente.*



De RUDOLFO notitia particularis.

Observavimus, Litteras Cæsareas crebro signasse RUDOLFUM. *Is audit modo* de Fridberg, *modo* Præpositus Wetflariensis, *demum* Episcopus Verdensis. [*Divi* Caroli IV. *Cancellarius.*] *Cuiusmodi subscriptionis diversitas super individualitate diu me tenuit ancipitem. Dubium auxit, utrum τὸ* de Fridberg *denotet Urbem Wetteraviæ* Fridbergam, *veluti locum originis, an non potius huius nominis Familiam nobilem, ex qua eodem seculo prodiit* IOANNES, Canonicus Mogunt. *Vol. II. R. M.* p. 360. *Veruntamen omni asseveratione nunc affirmare queo*, Rudolfum, *tam diversimode nobis obvium, esse Unicum: Qui* Fridbergæ *natus*

tus est, patre Ioanne RVHL *vulgari Cive, inhabitante ædes, ad* Pileum ferreum *dictas. Satis hoc innuunt ultimæ ipsius* Rudolfi *voluntatis tabulæ, quas, lethali correptus morbo, edidit in Bohemiæ metropoli* Praga, *h. a.* 1367. *Sublimis certe dignitas, partus adeo pusilli. Ea ne frueretur ultra annum, præmatura causavit mors.*

Opportune ipsarum tabularum tenor constituit numerum proximum. Iis subiungo probationes de Rudolfi *generis obscuritate, cumulatas vel ideo, ut huius Principis Ecclesiastici natales, cum cognomine dudum oblivione sepulti, ad notitiam publicam eo efficacius deferantur.*

CCCXXII.

„TESTAMENTVM & *Donatio Reverendi Episcopi* Verdensis, *qui oriundus fuit de* Frideberg.„

An. 1367.

IN NOMINE DOMINI. AMEN. Anno nativitatis eiusdem MCCCLXVII, Indictione V, mense Iunii die penultima, hora quasi nona, in domo habitationis Venerabilis in Xpo Patris & Domini, Dni THEODERICI, sancte *Magdeburgensis* Ecclesie Archiepiscopi, in Civitate *Pragensi*, Pontificatus Sanctissimi in Xpo Patris & Dni, D. VRBANI digna Dei providentia Pape *Quinti* anno V[to]; In mei Notarii Publici testiumque subscriptorum ad hoc specialiter vocatorum & rogatorum presentia constitutus personaliter Venerabilis in Xpo Pater & Dominus, RVDOLFVS, *Verdensis* Ecclesie Episcopus, licet langwens corpore, tamen compos mente & ratione, volens providere pro remedio & salute anime sue, fecit suum Testamentum; legavit & disposuit de omnibus bonis suis, sicut inferius lucidius apparebit.

PRIMO enim elegit sibi sui corporis sepulturam in Monasterio dicto *Arnsburg* Ord. Cist. Mog. dioc., prope *Frankinfort*

Civitatem super Moganum situatam, in quo sibi unam Capellam erigi & construi de prompcioribus bonis suis disposuit & ordinavit, cum sex fenestris bene decoratis, & unum Altare ibidem; Et unum Sculptum, ad modum sepulture * Episcoporum super sepulcrum suum iussit superponi. Ad quam Capellam legavit & disposuit Quingentos florenos boni auri & gravis ponderis, taliter, quod in primo anno sui obitus, *Tricesimus*, & demum singulis annis secuturis, die obitus sui, pro remedio anime sue omniumque suorum parentum, Anniversarium sollempniter & devote peragi debeat.

* *forsan* sculpturae.

ITEM per XXX dies primi anni in sua Capella XXX Misse quolibet die legi debent pro Defunctis. ITEM disposuit pro sericis *Staminibus*, & cera, pro Cereis & candelis, Centum & L. flor. de quibus pannis Casule fieri debeant, & Ornatus ad Capellam antedictam.

ITEM legavit & disposuit Abbati & Conventui predicti monasterii, illa bona que habuit in villis *Melpach* & *Byenheim*, quesita & non quesita, in quibuscunque rebus consistant.

ITEM similiter legavit ad dictum Monasterium prata sua que habuit in villa *Heyenheim*. ITEM omnes Domos, Curias & agros, que habet in Villa, & Iudicio ville, dicta *Rendeln*, similiter legavit ad Capellam antedicti monasterii.

ITEM omnia Vasa argentea, que *Rule* Patruus suus in *Frideberg*, dictus zu dem Ysen Hude, † habet & tenet; ut ex illis fiant Calices, patene deaurate, ampule & candelabra, etiam deaurata, quantum ex eis fieri potest, ad laudem Domini & ad cultum divinum pro decore Capelle in *Arnspurg* predicte, etiam disposuit & legavit.

ITEM Decretum, Decretales, Sextum, Clementinas, & Novellas ambas, & quarum una est apud Decanum S. *Florentini* in *Confluentia*, disposuit - - restitui & redire ad d. monasterium in *Arnsburg*, a quo prius habuit libros antedictos.

ITEM

† RULO, *dictus* zu dem Ysern Hude; *ad* Pileum ferreum (*ab aedibus*) Scultetus Iudicii secularis Fridbergensis *etc.* *ad an.* 1380.

ITEM voluit & diſpoſuit, quod omnia bona ſuperius nominata, ad pred. Monaſterium, & Capellam ſuam in *Arnſpurg* data & danda, tamquam Heredibus veris, & proximioribus ſuis, per nullum heredum vel amicorum ſuorum, ſeu quoscunque alios, debeant nullatenus inpediri.

ITEM Ecclefie & Capelle *Verdenſi* ac miniſtris ibidem, legavit & diſpoſuit trecentos flor. pro ſalute anime ſue & remedio; quorum ducenti ad Preſentias & condiviſionem Canonicorum & miniſtrorum; & centum pro Structura, Fabrica & refectione, pred. ſue Eccleſie *Verdenſis*.

ITEM Eccleſie *Wormatienſi* LX. flor. ad Structuram ſimiliter diſpoſuit & legavit. ITEM Eccleſie S. *Petri* extra muros *Maguntie* Centum flor. ad Structuram legavit. ITEM Eccleſie S. *Caſtoris* in *Confluentia* Centum flor. ſimiliter ad Structuram legavit. ITEM Eccleſie S. *Florini* in *Confluentia* Centum flor. Et de illis florenis Redditus perpetui comparari debent, ad Structuram ſimiliter Eccleſie memorate. - - ITEM Eccleſie in *Lyſura* Trever. dioc. Quinquaginta flor. Et de illis florenis Redditus emi debent, ad quantum ſe tales extendere poſſunt.

ITEM legavit Decem flor. pro una *Reyſa* verſus Civitatem *Aquenſem* ad Eccleſiam bte Virginis MARIE ibidem, & X. flor. pro Ymagine offerenda in eadem eccleſia, ad laudem B. Virginis ob ſalutem anime ſue.

ITEM legavit Centum flor. ad veſtiendum, & etiam pro calciamentis, Pauperibus per ſuos Teſtamentarios erogandum, ſecundum quod ipſis ſalubrius videbitur expedire.

ITEM legavit Sororibus ſuis legitimis quas habet, Pueris ac heredibus earum, Quadringentorum flor. redditus annui Cenſus ſuper Civitate *Frideberg*, quos ibi habuit hucusque, tenuit & poſſedit.

ITEM & habitationes ſeu Domos in predicta civitate *Frideberg*, cum redditibus & proventibus ad dictas domos & habitationes ſpectantibus, Sororibus ſuis ac pueris & heredibus earum diſpoſuit & legavit.

ITEM predictis sororibus suis legavit omnes superfluas res, quas supra premissis domibus & habitationibus habet, & habere dinoscitur in civitate *Frideberg*; sive in Debitis, seu quibuscunque aliis rebus consistant.

ITEM legavit IOHANNI *Backen* filio sororis sue, duos *Spadones*, quos secum de Civitate *Pragensi* duxit ad partes, quorum unus Griseus, & alter Ruffus. ITEM legavit IOHANNI Notario suo Ruffum Equum suum ambulantem, quem etiam de *Praga* ad partes equitavit.

ITEM legavit HARTMANNO famulo suo Equum suum *cructantem*; Et ad hoc XX. flor. & omnia illa que *Mgr.* REYMBOTVS in sua *habet* potestate; ut, viatico dumtaxat excepto, restitui debeat Ecclesie *Verdensi*, a quo ipsum recepit. ITEM legavit PLEBA . . famulo & Coquo suo alium Equum suum ruffum. Et ad hoc eidem X. flor.

ITEM legavit pauperibus hominibus Vestes suas proprias omnes quas habet; inter ipsos, prout suis Testamentariis expedire videbitur, dividendas.

ITEM Ducentos flor. quos Dns *de Kolditz* sibi dari promisit ex parte Dni Imperatoris; illos commisit, ad repetendum & postulandum HENRICO dicto *Frosch* Nepoti suo, & HARTMANNO famulo suo; cum quibus peragere debent Exequias sepulture sue, & que circa talia necessaria videbuntur.

Preterea prefatus Dns RVDOLFVS *Verdensis* Episcopus fecit, constituit & elegit, supradicti Testamenti sui Executores, Discretos & Honorabiles Dominos, videlicet . . Abbatem in *Arnsburg*, SIFRIDVM de *Paradiso* Scultetum in *Frankinfort*, LVTZEN de *Holtzhusen* Scabinum ibidem, & *Mgrum* REYMBOTVM; & petit eos cum omni precum instantia, quatinus ipsi, sub ista spe magne confidentie quam semper de ipsis gerit, & gessit, tamquam Viri timentes & habentes DEVM pre oculis, omnia singula suprascripta sua testamenta, in toto & in parte, & absque omni diminutione & ipsarum subterfugio, ob salutem & remedium anime sue fideliter exequantur.

Et

Et unicuique predictorum Testamentariorum legavit & assignavit Viginti florenos, quos quilibet eorum convertere debet in vas argenteum, ad habendum Ipsius memoriam, dum pocula sua sumpserint de eisdem.

Acta sunt hec, Anno, Indictione, Mense, die, hora, loco, & Pontificatu, quibus supra. Presentibus Honorabilibus Discretis Viris, Dnis, HENRICO Thesauri *Pragensis* Magistro, IOHANNE de *Backen* Verdensis Ecclesie Can. OTTONE, Plebano ecclesie S. *Benedicti* Pragensis, Confessore suo. HERMANNO, Thesauri Notario Dni Imperatoris, ac IOSTONE *Rochel*, Cive Pragensi; Testibus ad premissa vocatis specialiter, & rogatis.

Et ego IOHANNES, dictus *Saxo*, Imperialium Litterarum Registrator, Publicus predicta auctoritate Notarius, omnibus & singulis premissis dum sic fierent & agerentur, una cum prenotatis Testibus presens interfui, eaque sic fieri vidi & audivi; & de mandato & requisitione pred. *Verdensis* Episcopi in hanc publicam formam redegi, Signoque meo solito & consueto signavi. Et nichilominus ad maiorem cautelam & pleniorem certitudinem omnium premissorum quatuor persone supradictorum testium Sigilla sua propria, etiam ad requisitionem & instantiam seped. Episcopi *Verdensis*, presentibus appenderunt in testimonium omnium premissorum.

Dixi superius, RVDOLFI Fridbergensis *familiæ Nomen me demonstraturum emphatice. Id igitur ut præstem, sciendum est, quod* Arnsburgensi Cœnobio, *cui tot legavit Bona & possessiones in villa* Mehlpach, *litteræ empt. vend. istorum bonorum extraditæ simul fuerint, quæ ipsum* RVDOLFVM, Wezlariæ Præpositum, *ceu* Iohannis RVHL de Fridberg *honesti Civis filium, repetitis vicibus nominatim exprimunt. Do eas per Extractum, & solummodo quoad passus concernentes.*

De XV. iugeribus - - in *Melpach*, per RVDOLFVM *Verdensem Episcopum* nobis in elemosinam datis.

Ich Henrich Rule, Henkiln Rulen Son, und Gele *Vxor* Burger zu Frideberg, bekennen ——, daß wir —— dem Ersamen Manne, Hern Rudolfe, Johan Rulen Son von Frideberg, Probiste zu Wetflare, diz hernach geschriben Lande, gelegen in deme Gerichte zu Melpach, daz fry luter Eygen ist - - - verkaufft han, - - Vor Erst off dem Velde gein Heyenheim einen Morgen - - - - - An. 1361 die Valentini.

De III. iugeribus —— in Melpach per Dn. RVDOLFVM *Verdensem Ep.* nobis in elemosinam datis.

Wir Clauſ, genant von Melpach, (*Alheidis* uxor) - - Daſ wir - - dem Ersamen Hern Rudolfe, Hern Johanſ Rulen Son von Frideberg, Probiste zu Wetzflar - - han verkaufft - - - 1361 die Vrbani.

De XII. iugeribus - - terre arabilis in Melpach, per Dn. RVDOLFVM *Verdensem Ep.* nobis in elemosinam datis.

Wir Conrad, etzwan Johan Grosiohanſ Son, (*Bechta* ux.) Burgere zu Fridberg - - Daſ wir dem Ersamen Manne, Hern Rudolfe, Johan Rulen Son von Frideberg, Probist zu Wetzflar, - - han verkauft soliche Lande - - - - - 1361 Mercurii ante Pentecosten.

De Curia, domo & orto in Melpach, per Dn. RVDOLFVM *Verd. Ep.* nobis in elemosinam datis.

Ich Clauſ Scheffer (*Alheidis* ux.) - - Daſ wir - - - Hern Rudolfe, Johan Rulen Son von Frideberg, Probist zu Wetzflar, - - han verkauft - - unsern Hof, Huſ und Garten, —— gelegen an deme Pfaffenburne in dem Dorffe zu Melpach - - - - 1361 Merc. ante *Thomæ* Ap.

De IX. iugeribus - - - in Melpach per Dn. RVDOLFVM *Verd. Ep.* nobis in elemosinam datis.

Ich Goz von Melpach (*Hebela* ux.) —— Daſ wir - - Hern Rudolfe, Johan Rule Son von Frideberg, Probiste zu Wetzflar, und nach Jme sinen rechten Erben, han verkauft - - - -, in deme Gerichte zu Melpach gelegen, das fry luter Eygen ist, und nymant keynen Zinſ gibet. Vor erst *&c.* 1362, die Iovis post Pentecostem proxima.

De II. agris - - per D. *Verdensem*

Ich Henne Erbessenbecher - - Burger zu Frideberg, und Runckel sin Son, - - Daſ wir Hern Rudol-

Ep. nobis in eleemosinam datis.

Rudolfe, Her Johan Rulen Son von Fridebergt - - verkauft haben, fry luter Eigen Land in deme Gericht zu Melpach &c. 1362 OO. SS.

Denique, præter id genus multas:

Wir Heintze Wolf (*Libsta* ux.) Burger zu Frankinfort, bekennen — — deme Erwerdig in Gote Vater und Herren, Hern Rudolfe von Godes genaden Bischoff zu Verden, und nach Jme sinen rechten Erben — — — han verkauft — — Eigens Landes, gelegen in deme Gerichte zu Melpach, &c. *Epocha festinabundo calamo excidit. Probabiliter tamen 1366, attento, quod* Caroli IV *Litteras de an. 1365 * adhuc signaverit ut* Præpositus. * n. 314.

Atque per has probationes copiosas Rudolfi *nostri cognomen, veterum ope chartarum ex tenebris eruisse, gratulandum sibi est. Absolvit ille Principum Ecclesiasticorum octavum, † origines quorum ac Stemmata ævo deleta recuperavi, partim a Familiis; Eisdem impositis plane falsis, ad veritatem reduxi. En eos:* † immo IX.

I. BRVNO Episcopus *Spirensis*: ortu Comes de Sarwerden. Anno 1124.

II. GVNTHERVS, itidem *Spirensis*: Comes de *Henneberg*, an. 1142. Perperam adscriptus illis *de Leiningen*.
Vid. mea SYLLOGE *p.* 8. & T. II. *p.* 599.

III. CONRADVS II. Episc. *Wormatiensis*: *de Sternberg*. 1173. *
* *In præf.* d. SYLL. *vitio typ.* Steinberg.

IV. LVPOLDVS *Wormat.* Natus de *Schönfeld.* an. 1196.

V. SIFRIDVS *Ratisbonensis.* Gente *Rhingravius.* 1232.

VI. WERNHERVS Archipræsul *Moguntinus.* Ex Dynastis *de Eppenstein*: pro afficto *Falckensteinio.* 1259.

VII.

VII. SALMANNUS *Wormatiensis*. Familiæ Patritialis Moguntinæ, zum Clemann ab ædibus dictæ; alias *Walpodo*.

VIII. RUDOLPHUS *Rule*, sive iuxta pronuntiationem genuinam *Riibl*, de *Fridberg*, *Ecclesiæ Verdensis Episcopus*, *S. R. I. Princeps*, *Imperialis Aulæ Cancellarius*. An. 1366. 67. quo ✠.

Prælibatis non inconvenienter adnumerandus est

IX. OTTO; scissis Canonicorum suffragiis electus an. 1238 in Episcopum *Leodiensem*; utut auctoritate Imp. *Friderici* II. locum relinquere debuerit *Guilielmo* de *Flandria*. Hic inquam *Otto*, ipsis Rerum *Leod.* Scriptoribus solo notus prænomine, * auspicato repertus Charta *Tomi* nostri I. *p.* 551, originem traxit e Domo Comitum *ab* EBERSTEIN. Verbis: „*Et hoc frater suus*, [Comitis Ebersteinens. Conradi] *Dns* „OTTO Leodiensis Electus, - - - *cum ipso data fide pro*„*mittere curaverunt*.

* Bonille T. I p. 256.

CCCXXIII.

CHARTA Rhingraviorum, IOANNIS *in* Duna, & HARTARDI zum Stein; *de recipiendis in sua fortalitia*, *hospitandisque*, Wolfgango *ab* Eberstein, Conrado & Ioanne *fratribus* de Schmalstein &c. *contra* EBERHARDUM *Com.* Wirtemb. & *sequaces*. *Exceptis Dominis istis*, *quibus Receptatores sint obstricti nexu feudali*; *Civitatibusque liberis*, *donec hæ velint stare Iuri*, *coram* Moguntino, *binis* Palatinis, & Trevirensi *Principibus*.

An. 1367.

ex Autogr. Wir Johan Ringrev, Wildgr. zu Dunen, und Harthrad, Ringreve zum Steyne, Gebruder, Bekennen und dun kunt allen

allen Luten, daz wir in alle unsere Vestin - - - halden und husin wollin u. sollin den Ediln Wolff von Ebirstein, Hrn Cunrad Ritter, und Johan, gebruder von Smalstein: Wolff den glyssenden *, Aberlyn Wydinbusch, und Heynrich Glaze, wider den Edilu Greve Ebirhart von Wirtenberg und sin Helffir, ußgenomen die Herren, der Manne wir sin; Rugreve Philips von Rockinhusen, und die fryhe Stede, als lang als sie Recht geben, u. nemen wollint vor den Hochwird. Fursten, unsern Herrn - - von Mentzen, unsern Hrn den Hertzog von Beyern, den Aldin und den Jungin: U. H. von Tryer; vor diß Landis Herrn; vor Uns, und vor den fryhen Stedin; Vnd sal der glyssende Wolff * min Johan Ringrev . . vorgenant, Innich † Knecht u. Diener sin; und zu dry Perdin Hauwe u. Fuder in myme Hofe nemen; Vnd soll zu aller zyt mynen Hoff suchen, glich andir mynen Dienern; und sal dry Gesellin bit Gleen irzuget undir synen Gesellin - - by Yme han in unsern Vestin; Die sollint sich selve bekosten, und im pennich zeren.

* *In aliis Litt. ita exprimitur:* Wolff von Wonnenstein, den man nennet der glisende [schleichende] Wolff.

† Innicher *videtur idem indigitare, ac illi, quos hodie Adiutanten vocant.*

Vnd sal Aberlyn Wydenbusch myn Harthradis Diener u. Innich Knecht sin, und zu dry Perden - - - *iisdem sub condit. usque:* pennich zeren. Ouch mogint sie zu Hauff rydin, (reiten) und im pennich zeren zum Steyne, odir in andirn unsern Vestin wo sie dunckit daz iz Yn aller bequemelichst ist. Ouch sollint sie uns alle samment getruwelich dienen, helffen u. raden; Vnd globin - - -, uns getruwe u. holt zu sin, — — — — Ouch sollint sie nyman in unser Vestin furen, er englobe uns uch, als Sie uns globit - - hant. — — — — —

Ouch sollint sie keynen Landis Herrn hie umb, noch nyman andirs, dan den von Wirtenberg und sin Helffer, ane (ohne) die ußgenomen sint, uß unsrn Vestin anegryffen; iz in sy danne bit unserm Rade, Wissin u. Willin.

Wer iz uch Sache, daz wir ee gesunt wordin, danne Sie, bit dem von Wirtenberg; Als lang sie dann Recht gebin und nemen wollint; ind . . gehorsam sint vor den Fursten, Herrn, vor uns, und den fryhen Stedin obgenant - -; So sollin wir sie doch husen u. haldin wider den von Wirtenberg und sin Helffer, ußgenomen als vor geschr. stet, als lang und bit uf die zyt, daz Sie uch mit Yme gesunt werdint, glicher wys als wir. Wer iz uch . . , daz wir sunderliche Kryeg hetten, oder gewunnen; da sollin wir Yn in allen unsern Gescheffnissen, Hauwe u. Fudir gebin glich andirn unsern Dienern. Verloren sie uch ir Habe in unsern sunderl. Kryg u. gescheffniß, die solln wir Yn keren nach zytlichin mogelichin Dingen, bit ygwedir syte unser Frunde Rade — — — —

Und des zu Urkunde so han wir unser Ingesiegele an disen Brief gehangen. Und zu merer - - - gebedin unsern guten Frunt Ruprecht von Randeckin, (&c.) Datum Sabbatho post diem
2. . Aug. Sci *Bartholomei* Apli. Anno Dni *MCCCLX septimo*.

CCCXXIV.

Ordinatio Monetalis.

An. 1368.

[p. 679 ad § VIII. n. 2.]

Wir Gerlach - - - - Bekennen, [*qualiter convenerit cum* Henselino & Henselino *Monetariis Argentoratensibus*,] eynen Holen pfennig * zu slahen mit unserm Zeychen; und der sollen XLIII gen uff das Loth, und nit me. Und sollen XV loth Erfurtisches Silbers by der Marg sin, und IX solche phenninge † eynen Gulden. Auch sollen Sie eynen Helbelinen slahen, der eynen alten Heller gelden sal; und sal auch by der Marg sin XL loth Erfordesches silbers; und sal man die schroden nach marzal als sich gebort, zum halben teyle nach den pheningen als vor geschrieben steet.

* Bracteati.

† gelden

Auch sollen Sie grosse Thurnos slahen mit unserm Zeychen; und der sollen LXV geen off die Marg wanne die bereydet ist, und sallen auch XV loth Erfordesches silbers by der marg sin; und das Sech-

Sechtzhendigste loth sal an Cupfer zugesatzt werden; und sollen der Turnoß XI. vor eynen Gulden geen; Vnd sal derselben Turnoß eyner, gelden der vorgeschrieben Hole phenig X. an der werung.

Auch sollen sy eynen Phenig machen off eynen **Halben Tornoß** - - -, und der sal eyner V. phenige gelden der vorgen. Holen phenige. Vnd die sollen an der Offzal und an dem schroden halten nach marzal als sich gebort zum halben teyl an dem Turnoß; und sollen auch XV loth Erf. . silbers by der marg sin. Vnd diese Muntze han wir Yn erlaubet, und sie geheyssin alfo zu slahen in unsir Stad und Burg **Diepurg**. — — —

Auch sollen u. wollen wir bestellen mit allen unsern Zolneren off dem Ryne und off dem Meyne, daſ Sie das vorgen. Gelt sollen nemen von den Kauffleuden, wo sie das gehaben mogen, und anders keynerleye gelt. Auch sollen wir mit den Rynischen Steden, mit Namen **Spire**, **Wormsse**, **Oppinheim**, **Mentze** u. **Bingen**, bestellen, daſ sie das vorgenante Gelt nemen an werunge, und sollen das auch tun geyn **Frankinford**, **Frideberg**, **Geylnhusen** u. **Wetflar**; Vnd anders mit allen unsern Steden u. Landen, als vern wir das zu wege mogen bringen. — —

[*Aschaffenburgi* Dominica *Quasimodo*, MCCCLXVIII.] *16 Apr.*

CCCXXV.

Conventus Haynensis *se obligat erga* Margaretham Rotzmaul *ad præstationem annuam 2 maldr. siliginis, post obitum eius cessaturam.*

An. 1368.

Nos *Frater* LVDEWICVS Abbas & Conventus monasterii in *Hegene* Ord. Cysterc. omnibus hoc Scriptum intuentibus Sigillorum nostrorum appensione recognoscimus manifeste, quod dilecte nobis in Xpo, GRETHEN, dicte *Rotzmul*, * sanctimoniali in Claustro *Blankenowe*, dare tenemur *ex Autogr.*

** fam. Nobilis.*

nemur ac dabimus, & nulli alteri, duo maldra filiginis *Alsfeldensis* mensure, singulis annis quibus vixerit in hac vita. Quam pensionem ipsi in Nativitate gloriose Virginis Marie in opido *Alsfelt* singulis annis procurabimus presentari. Post mortem vero antedicte *Grethen* ad nos & nostrum Monasterium redibit libere & solute pro ipsius anime ac omnium parentum suorum remedio & salute.

7 Junii. Datum Anno Domini M. CCC. LXVIII. Feria quinta post festum Penthecostes.

CCCXXVI.

WOLFRAMMI de Lewenstein *Præpositi* Nuhusensis *assignatio pecuniæ feudalis in* Alsheim, *facta Vasallo suo*, Godfrido *de* Weisenstein. [Randeck.] *Capienda tam diu, quoadusque non deberi, Præpositus evicerit.*

An. 1369.

ex Autogr. Ich Wolf von Lewenstein Probist zu Nuhusen bekennen uffinberlichen mit diesem Briefe - - - -; Al solich funftehalp Phunt Geldes, alz Godefrit von Wiszenstein von mir und mime Stifte zu Lehen enphangen hat zu Alsheim; Des heiszen ich allermenlichen, daz sie nieman anders daz nemeliche Gelt reichen, dan Yme; iz inwerde yme dan anders vor mir angewunnen, alz Recht ist. Dez zu Urkunde so han ich Wolfram - - myn eygen Ingesigel an diesen Brief gehangen. Der gegeben wart - - - (1369) *23 Febr.* uf den Fritag nach dem andern Suntage in der Vasten.

CCCXXVII.

CCCXXVII.

GODFRIDUS *Comes* de Leiningen & Rixingen, *una cum* MARGARETA Badenſi *ſua coniuge in Belli ducem aſſumentes* RUPERTUM Randekum *erga ſtipendium 200 aureorum; ipſum, computatione prævia, ſimul reddunt indemnem ratione plurium Equorum, quos amiſit tempore Belli primi, cum* Auſtriacis *habiti.*

An. 1370.

Wir Greve Joffrit von Lyningen, Greve zu Rugſingen, Vnd Grede Marggreffin von Baden, Grevin von den vorgenanten Stetten Tun kunt allen den die diſen Brief anſehent - - -, Daſ wir enphangen han zu Diener Ruprecht von Randecke Edeln Knecht, daſ er unſer Hauptman ſin ſol, unſern Krieg uß, und uns dienen - - -, alſe der Brief ſeit (ſagt) den wir von ym hant. Vnd umbe den ſelben dienſt ſollent wir ym geben Zwey hundert alter cleiner Gulden von Florentien - - - an golde. — — — — Vnd wo er - - nit bezalt wurde - - -, So geloben wir . . Greve Joffrit von Lyningen u. Grede M. z. B. - - - - dem . . Ruprechten v. Randecke - - die . . 200 fl. gentzlich zu werent, u. zu bezalent - - - uf diſem nechſten S. Martins tag zu Winter. - -, Und wo wir des nit tetent - -, ſo mag - - Ruprecht - - Unſ, - -, unſer Gut, unſer Lute — — — angriffen und phenden, mit . . oder ane Gericht, — — — alſe dicke und als vil, biz ym gantze Folle beſchicht. — — —, ——— *ex Autogr.*

Ouch tunt wir Joffrit - - - und Grede M. . z. Baden ſine eliche Huſſrowe . . kunt - - -; Daſ wir gerechnet hant - - - - cum *Ruperto*, ſuper ſqq. artic. Das iſt zu wiſſent, von eins growen Hengſtes wegen, den verlor er in unſerm erſten Krieg ſo wir hattent mit der Herſchaft von Oſterrich und ire Helfer, - - - bliben wir ym ſchuldig anderhalbe hundert und ein Guldin.

Qqq 3 *Item*

Item von eins growen Pherdes wegen, verloir er auch in dem selben Krieg, bliben wir ym auch schuldig 60 *fl.* IT. von eins swartzen Phertz wegen - - - 36 *fl.* ITEM sibenzig *fl.* - - von eins Pherdes wegen, gab er Troschen - - und von unserm geheiß fur sine Habe die derselbe Trosche verlor by uns Greve Joffrit . . des * dages do wir unser Dorf . . * brantent uf dem Mendag vor dem Palme dag. IT. 20 *fl.* - - - von ein Phertz wegen, verlor sin Knecht Hetzelin uf dem Weg von Dyllersum —— —— Des geburt sich die Summen von den . . Hengsten u. Pherden (337) alter cleiner Guldin von Florentien, - - - Dieselbe han wir Joffrit — — — gelobent, - - - mit Eyde und mit rehter warheit, - - - *Ruperto* - - zu richtent u. zu bezalent *Martini* proximo.

* *illegib.*

Alle dise . . Ding, Punte und Artikel — — — han wir — — — gelobet — — — — — stete u. vest zu haltent. — — — — ——. Vnd des zu eynem waren Urkunde — — hant wir Greve Joffrit von Lyningen und Grede Marggreffin von Baden, beyde unßre Ingesigele getun hencken an disen brief. Der geben wart zu Dasgesburg uf dem Frydag nechst nach dem Phingst dage, des Jars do man zalte von Gottes geburt Dryzehen hundert und Sibenzig Jar.

Tempora GERLACI *Archiepiscopi haece Charta finiunt. Proxima sistit mortuum. Obiit autem anno, quem ingredimur*, 1371, *die* 12 *Febr.*

✲ ✲ ✲

CCCXXVIII.

DE *successu postulationis Archiepiscopi* Trevirensis *in* MOGVNTINVM, *concurrente* ADOLFO Nassovico, *Litteræ Capituli ad* PP. Gregorium.

An. 1371.

ex primordiali Concepto.

SANCTISSIMO IN XPO PATRI - - - CVSTOS & Canonici Ecclesie *Moguntine* devota pedum oscula beatorum.

torum. Cum ſacris Canonibus cautum eſſe noſcatur, Eccleſias Cathedrales ultra tres menſes propriis Pontificibus carere non debere, ne per defectum Paſtorum gregem dominicum lupus rapax invadat, aut Eccleſie viduate in ſuis facultatibus diſpendia paciantur; Quapropter bone mem. quondam Dno GERLACO Archiepiſcopo *Moguntino* viam univerſe carnis ſicut DEO placuit ingreſſo, - - - corpore ipſius, ut moris eſt eccleſiaſtice tradito ſepulture; Nos, una cum Decano & ceteris Canonicis Capitularibus d. Eccleſie Mog. pro tunc preſentibus convenientes in unum, ad habendum Tractatum ſuper electione ſeu poſtulacione futuri Pontificis [cum proteſtacione, in quantum Veſtre Sanctitatis voluntati non contraveniremus; multum confiſi de benignitate S^tis V^re & SS^me Sedis Apoſtolice, & Veſtre predicte S^tis reſervaciones in contrarium facte non obſtarent] canonice faciende; Diem - - una cum eisdem Decano & ceteris Canonicis - - capitulariter congregatis, citatis infra terminum huiusmodi, & tunc preſentibus omnibus qui tractatui huiusmodi nec non electioni ſeu poſtulacioni ut premittitur - - - debuerunt, voluerunt & potuerunt commode intereſſe; in dicta Eccleſia Moguntina & in loco Capitulari hyemali eiusdem, incepimus de electione vel poſtulacione prefatis tractare.

Verum poſt diverſos tractatus inter nos habitos, tandem placuit nobis omnibus & ſingulis per viam Scrutinii ſollempnis procedere, & Eccleſie noſtre viduate - - - providere. Ideo Honorabiles Dominos, Scolaſticum * & HERTWICUM ** nec non RUTGERUM † - - - Canonicos fide dignos elegimus. Dantes eisdem plenariam poteſtatem, ut ſecreto & ſigillatim Vota cunctorum, & ſua, preterquam Scolaſtici - -, qui, voto ſuo renuncians, ſe ſuperſedere velle ex cauſis legitimis proteſtabatur, inquirerent, & ea in ſcriptis redigerent; & inſcriptis redacta mox incontinenti publicarent.

* *Otto* de *Schoneburg.*
** *Ring* de *Saulheim.*
† de *Gebenhoven.*

Qui ſecedentes in partem, primo idem Dns Scolaſticus & RUTGERUS Scrutatores, vota *Hertwici* Conſcrutatoris ſui; & poſt idem HERTWICUS cum dicto Scolaſtico vota eiusdem *Rut-*

Rutgeri ſcrutabantur. Poſt quod iidem Scrutatores ſimiliter vota omnium aliorum, ſicut nobis poſtea retulerunt, ſecreto & ſigillatim diligenter inquiſiverunt, & in ſcriptis redacta mox incontinenti publicarunt; & per *Bernbardum* Notarium publicum, per nos in dicto Poſtulacionis negotio aſſumpto, in . . Capitulo . . & in noſtrorum omnium preſencia legi & publicari fecerunt.

Et habito per nos, tam Numeri ad numerum, quam Zeli ad zelum, ac Meriti ad meritum collacione diligenti; & eis in ſcriptis redacta, & per Honorab. virum Dnm NICOLAVM de *Lapide* iuniorem, Concanonicum noſtrum lecta & publicata, fuit repertum, predictos - - -, ſuperius in ſalutacione expreſſos, maiorem & ſaniorem partem Capituli reputantes, in Venerabilem in Xpo Patrem ac Dnm, CVNONEM de *Falckenſtein*, Archiepiſcopum *Treverenſem* - - - conſenſiſſe poſtulandum.

Vnde ego HERTWICVS predictus, de mandato & voluntate - - Concanonicorum meorum - - in prefatum Dn. *Cunonem* Archiep. *Trev.* conſenciencium, & expreſſe per d. Dn. Scolaſticum, de hoc interrogato in Capitulo in preſencia omnium, in dictum Dn. *Cunonem* conſenſiſſe & conſentire fatencium ut premittitur, invocata Spiritus ſancti gracia, in dicte Eccleſie noſtre Moguntine & in noſtrum, in quantum de iure potui, poſtulavi Archiepiſcopum & Paſtorem, ſemper tamen proteſtacione premiſſa; Virum utique Xpianiſſimum, & ſuper ceteros obediencie filium; ſancte Matris Romane Eccleſie in omnibus eius placitis approbatiſſimum; plene & mature etatis, utpote qui dudum triceſimum ſue etatis annum exegit; Virum idoneum, de matrimonio legitimo procreatum, & in omnibus ordinibus dudum conſtitutum; Morum, vita, & litterarum ſciencia merito commendandum, ac in temporalibus & ſpiritualibus circumſpectum; Nobilem, virilem, potentem & ſcientem [DEO ac ſperamus, immo omnibus hominibus utriusque ſexus amabilem; fortunatum in omnibus agendis ut experiencia hucusque edocuit] predictam Eccleſiam Moguntinam

tinam & Clerum, nec non bona & iura ipſius circa Tyrannos ſitam & ſita ab inſtantibus tribulacionibus quibus nimium per temporalem potenciam & tyrannidem opprimitur & gravatur, eripere & liberare; & eandem Eccleſiam & iura ipſius contra oppreſſores & tyrannos potens viriliter & ſtrenue pre ceteris defenſare: Sicut alias eandem Eccleſiam Moguntinam, cum ipſius Defenſor per Decanum & Capitulum - - - deputatus extitit, nec non Eccleſiam *Colonienſem*, cuius ſimiliter, auctoritate Apoſtolica Adminiſtrator alias deputatus fuit; nec non Eccleſiam *Treverenſem* predictam, cuius Defenſor dudum fuit, & hodie exiſtit, viriliter & ſtrenue gubernat; & hodie pretactam Eccl. Colonienſem ſtrenue regit; - - - - bona & iura ipſius deſtructa & alienata viriliter & potenter revocando.

Que quidem premiſſa, in perſona Dni ADOLFI de *Naſſauwe*, eius reverentia ſalva, per partem minorem & debiliorem Capituli eccleſie noſtre . . ex minus iuſtis cauſis compoſtulato, vere non reputantur. Cum ipſe *Adolfus* inter cetera tam in Etate quam Ordinibus ſacris evidentem defectum paciatur.

Quam quidem Poſtulacionem - - - pronunciavi in ſcriptis, & eam publicavi hoc modo.

„*Inſeratur totus tenor pronunciationis, & preterea addatur,* „*eandem . . ſollempniter factam, & publicatam in conti-* „*nenti; prout predicti Concanonici mei in hac parte conſen-* „*cientes, maiorem partem Capituli - - - repreſentantes,* „*unanimiter receperunt & approbarunt.*

Quare Veſtre Sanctitati duximus humiliter ſupplicandum, quatenus, inter cetera conſiderato, quod . . Eccleſia Moguntina & eius iura pro ſtatu preſenti per nullum alium adeo viriliter & ſtrenue defenſari & tueri poſſunt ſicut per Dn. CVNONEM predictum Archiep. *Treverenſem*, Poſtulacionem pretactam, ſi qua fuerit, & Vre Stis reſervacio non obſtiterit, nec obſtet, de benignitate & gracia Sedis Apoſtolice admittere & approbare dignemini; Eundemque Dn. *Cunonem* Poſtulatum eidem Eccleſie Moguntine concedendo in Archiepiſcopum & Paſto-

Pastorem, - - - - Curam & amministracionem - - - tam in spiritualibus quam temporalibus eidem - - concedendo. &c. MCCCLXXI. [*præsumptive 12 Martii.*]

Affundit Instrumentum isthoc lucem Chronico miscello MS. [*& vice versa*] *verba cuius inserta leguntur* T. I. Rer. Mogg. p. 680. *Eleuterationis maioris causa huc transcribenda.*

„In diebus illis erat quidam Decanus Moguntinus de natio- „ne Bavarorum Bopardiensium. * Hic, assumptis quibus- „dam de minori parte Capituli Maguntini, fecit perniciosam „discordiam, eligendo quendam ADOLFUM, filium ADOLFI „fratris GERLACI, Archiepiscopi predefuncti *de Nassavv.* „*Puerum videlicet octodecennem*, nondum moribus, obe- „dientia tamen imbutum. Promissis & muneribus, ut dici- „tur, predicti electores subornati. Maior autem & sanior „pars elegerunt seu postularunt *Cunonem* de *Falckenstein* Ar- „chiepiscopum Trevirensem.

* *Henricus Beyer de Boppardia,*

Et porro. „Ex qua dissensione magna pericula & incom- „moda in Archiepiscopatu sunt exorta. Predones enim cir- „cumquaque sedentes erecti sunt, & nemini pepercerunt. — „— Vnusquisque, qui prevaluit, alium spoliabat, fugabat; „tunc ve omnibus rurensibus circumquaque habitantibus, „quia tam Religiosi quam seculares indifferenter predabantur. — —

Atenim CUNO, *suo Treverico grege contentus*, Moguntinam *cathedram recusavit.* Adolfo *a Pontifice* Gregorio *repudiato; utpote apud quem effecit* CAROLUS Imp. *ut* IOANNES, *natione Francigena, ex Comitibus* de LINWEY, *deligeretur; cui an. 1366 commissa fuerat ab* Vrbano V. *Argentinensis Ecclesia.*

Eidem appropinquanti, Capitulum metrop. certas proposuit pactiones, quas admisit, Reversalibus desuper idiomate vulgari (fors quod exin demonstrare cuperet, se lingua patria haud esse ignarum) conceptis, signatisque NORIMBERGÆ, 1371 Sabbato ante Kyliani. *Extant* T. IV *Codicum Diplomaticorum Capituli R^mi pralibati*, p. 218.

CCCXXIX.

CCCXXIX.

FVNDATIO *duorum Beneficiorum, ad Altare erigendum in Ecclesia parochiali* Alsfeldiæ; *facta per* SIBOLDVM Rotzmaul *Plebanum* Homburgensem. *Simul præscriptis ab* Hassiæ *Landgravio* HENRICO, *eiusque Successore futuro*, HERMANNO, *articulis compluribus, quos bini altaris Beneficiati, tam in exercitio cultus divini, quam profectu in studiis, observare, ac secundum eos gerere se debeant.*

An. 1371.

IN NOMINE DOMINI AMEN. Ad future rei memoriam. *Nos* HENRICVS *Dei gratia Lantgravius Terre* HASSIE, & HERMANNVS, Natus quondam LVDOWICI Lantgravii felicis recordationis fratris eius, nomine nostro & nostrorum Heredum presentium tenore recognoscimus manifeste; Quod Discretus vir, SIBOLDVS *Rotzmul*, Plebanus nostri Opidi *Hoenbergh*, noster Cappellanus & nobis dilectus, intenta mente considerans, quod donatio rerum temporalium, hic in terris pro divini cultus augmento facta, apud Regem regum, Dominum dominantium in celis premium meretur salutiferum eternorum; Et exinde interna devocione affectans, de suis facultatibus sibi a DEO concessis, suffragante patrocinio Fratrum suorum, ac Sororum, ad laudem Summe Trinitatis, Marieque Virginis gloriose, in remedium anime sue, Parentum, benefactorum, omniumque fidelium, vivorum atque mortuorum, quoddam Altare pro duobus Beneficiis Scolarium, specialiter in honorem Sancti IOHANNIS *Ewangeliste* & bte ANNE, Matris Virginis Marie gloriose, in Ecclesia parrochiali opidi nostri *Alsfelt*, fundare & dotare, ut apud misericordiam Salvatoris omnium, qui nullum bonum irremuneratum preterit, mercedem quam affectat, inveniat & reportet. *ex Autogr.*

Cum igitur Ius patronatus seu presentacio dicte Parrochialis ecclesie ad nos pleno iure pertinere dinoscatur, dictus *Syboldus* humiliter & cum instancia nobis supplicavit, ut nostrum consensum sibi super eo dare & concedere dignaremur, ne sua devocio effectu debito frustrari posset, vel quomodolibet retardari.

Nos igitur precibus suis, tamquam iustis ac racionabilibus, & de pio corde procedentibus inclinati, nostrum consensum, cum consensu discreti viri Stephani, pro nunc eiusdem ecclesie veri plebani, Cappellani nostri & nobis dilecti, quantum ad premissa & omnia infra scripta legitime accedente & obtento, liberaliter adhibuimus, & per presentes graciosius adhibemus. Nichilominus concedentes predicti *Syboldi* fratribus & sororibus, suisque veris heredibus, speciali gracia & favore quibus ipsos specialiter prosequimur & amplectimur, ut dicto Altari fundato, dotato, & consecrato, iidem deinceps poterunt & debebunt, & quocienscunque vacare contigerit, quantum ad duo Beneficia predicta, coniunctim vel divisim, Scolari vel Scolaribus, bone indolis, ad minus septem annorum, prout eis visum fuerit expedire, rite & legitime providere: Ius patronatus, & ius ad ipsum presentandi quantum ad duo beneficia predicta que nobis in ipso conpetere possunt, in predicti *Syboldi* fratres & sorores, suosque heredes, & principaliter in dictorum fratrum - - ac suorum heredum seniorem, omnino & ex toto transferentes; Sic quod dispositio altaris - - - toto tempore futuro apud ipsos maneat & persistat.

Preterea indulsimus, & graciosius concedimus Syboldo & suis heredibus, quod nonnulla bona inmobilia in nostro territorio sita poterunt ad predictum Altare nomine dotis dare, conparare, seu emendo usurpare nostro consensu & permissione plena accedente; Presertim si predicta bona pro tempore preterito libera fuerant, - - Altare eadem fruatur libertate, Si autem alias servicia, *precarias*, contribuciones in eisdem habuerimus, eadem vel easdem salva vel salvas nobis reservamus. Volumus insuper, quod Beneficiati altaris - - - articulos sequentes observent diligenter.

Primo

PRIMO Miſſas ſequentes ſingulis annis ordinabunt; ſcilicet de Nativitate IHV XPI, de feſto Paſche, de Spiritu ſancto, de Aſſumpcione Marie Virginis, de Patronis ſupradictis, de omnibus Sanctis, de dedicacione Altaris pred., & ultimam pro omnibus fidelibus defunctis. Et ad plures non erunt obligati, ſed quilibet eorum quatuor Miſſas procurabit, preſertim pro tempore, non ſue promocionis. Sed ordinibus ſacris ab ipſis receptis, ipſi, tociens quociens DEVS benedictus dederit eis graciam, in pred. Altari divinum cultum exercebunt. Preterea Miſſe -·- non celebrentur, niſi hora tali, quod Plebanus loci eiusdem non paciatur inpedimentum neque dampnum; Nichil, quod ſit contrarium . . Plebano ac ſue eccleſie acceptantes, ſed pocius honorem & reverenciam debitam ſibi, tamquam ſuo Superiori, exhibentes. Inſuper quicquid ſuper altare . . oblatum fuerit, Plebano integraliter preſentabunt, pro uſu ſuo nichil penitus retinentes.

ITEM Beneficiati antedicti non erunt participes Dyſtribucionum que fiunt in choro eccleſie . . in *Anniverſales* fidelium defunctorum, in preſenti, nec pro futuro, niſi ex devocione voluerint Vigiliis in choro intereſſe, & Miſſas pro defunctis celebrare. Item prefati Beneficiati cum ordines ſacros habuerint, & reſidenciam perſonalem fecerint, in Veſperis, in Matutinis, in proceſſione Miſſarum, in miſſis Feſtorum principalium, in dedicacione Templi; in feſto Patronorum ſupra nominatorum, ſuis ſuperpelliciis preſencialiter debebunt conſtitui, niſi inpediti fuerint legitima cauſa atteſtante; & in huiusmodi faciendis & obſervandis, obediencie Plebani firmiter aſtringentur.

PRETEREA quilibet Beneficiatorum .. pro tempore exiſtencium per duo annorum *ſeptena* in Studio privilegiato ſtabit. Primo in Artibus liberalibus, vel in Legibus, ſecundum diſpoſicionem Subiecti intellectum ſuum habituando; poſt in ſacra Theologia, vel Iure canonico ipſum feliciter perficiendo. His annis conſumptis ad ordines promovebuntur ſacros, licet tempore ſtudii hoc idem non eis interdictum. Et in altare . . divinum

vinum officium humiliter & devote exercebunt, Spiritus ſancti gracia adiutrice, niſi contrarium eis per Venerabilem in Xpo Patrem ac Dominum, Dnm Sancte Moguntine Sedis Archiepiſcopum ex cauſis legitimis indulgeatur.

ITEM Beneficiati predicti, ſi ambo fuerint bene fundati in Gramatica, quod neceſſarium eſt ut aſcendere valeant ad ſciencias gradatim altiores, tunc ſtabunt in Studio privilegiato, totam ſuam diligenciam adhibendo, & eis fructus Altaris per procuratorem altaris predicti miniſtrentur. Si autem alter Beneficiatorum tantum fuerit habilis ut ſtudio privilegiato applicetur, porcio reddituum ipſum contingens per procuratorem pred. ei preſentetur. Si autem ambo vel alter eorum ire affectaverint vel affectaverit ad ſcolas privatas, ut in primitivis gramatice habituentur vel habituetur, de redditibus - - eis vel ei aliqua porcio - - - eſt miniſtranda, ſecundum quod qualitas & circumſtancia loci requirit & expoſcit.

ITEM toto tempore pro quo Beneficiati ſepedicti, vel alter eorum non valerent vel valeret ex inperitia litterature ſe transferre ad ſcolas privatas ad capiendum primordia artis gramatice, vel pocius ex certa malicia ſe noluerint - - ad Studium privilegiatum diſponere & transferre; his occaſionibus durantibus nullum ius vel poteſtatem habebunt - - penitus, cenſus & penſiones altaris prefati repetendi, neque eis vel ei aliquo modo debebunt vel debebit ſuffragari; Sed procurator tales redditus & penſiones in utilitatem amborum beneficiorum altaris . . applicabit, perpetuos redditus pro ſuſtentacione Beneficiatorum conparando; & hoc fiat tociens, quociens neceſſarium fuerit, quod d. Beneficiati ad ſtudium arcium & ſcienciarum per penam ſupradictam conpellantur. Si autem ambo vel alter eorum egrotaverint - -, & penituerint - -, neceſſaria tempore egrotacionis ſunt eis vel ei - - miniſtranda. ITEM toto tempore vite ſue Beneficiati quantum eſt poſſibile mutuo converſentur, & caritative copulentur.

Preterea has condiciones infraſcriptas Patronus vel Patrona, qui vel que p. t. fuerit, cum moderamine diligenter exe-

que-

quetur. Cum ei constiterit evidenter de infamia Beneficiatorum - - aut alterius eorum, existencium vel existentis in studio privilegiato, vel extra studium turpiter & *leccanter* * vivendo, nec studio vacare velint - - verarum Facultatum, tunc pred. Patronus - - poterit eos, vel eum caritative monere, ut de suis vanitatibus & viciis desistant - -, & pocius virtutum moralium & intellectualium amator sit, vel sint amatores. Si per hanc monicionem non penituerint - -, ymmo magis in obstinacione persistant - -, ex tunc . . Patronus - - procurabit, quod Iudex ordinarius, scilicet Domini Iudices sancte Sedis *Moguntine*, vel Officialis in *Amelburg* scribant vel scribat monicionem beneficiatis - - Altaris predicti, quod infra certum tempus, Mensem vel menses, a viciis & turpitudinibus declinent - -, & studio virtutum & scienciarum se subiciant - -; Quod si spreverint - -, omnia & singula, vel aliquod eorum in monicione Dnor. Iudicum contentorum, & prout in presenti Littera continentur, se a penitencia salubri avertendo, & probatum fuerit contra eos vel eum sufficienter coram Iudicibus supradictis; ex tunc Beneficiati vel beneficiatus sint - - privati - - ipso facto, & Patronus - - habeat liberam facultatem, - - beneficium - - altaris aliis - - conferendi, & presentandi.

* Leccator: Scurra. Du Fr.

Insuper si Beneficiati vel alter eorum in Studio stantes - - noluerint - - frequentare scolas, cum diligencia studio insistendo, sed pocius ocium & quietem querendo; vel, si simpliciter neglexerint - - tempus predictum, scilicet quatuordecim annorum, utiliter in studio consumendo, ex tunc privabuntur - - beneficio, secundum formam inmediate supratactam.

Preterea Patronus - - debet constituere Virum discretum timentem Deum, sacerdotem vel Laycum, secundum examen sue racionis, tociens quociens oportunum fuerit, qui fideliter presit altari . . & Beneficiatis, eiusdem redditus & pensiones fideliter colligendo, & sagaciter dispensando secundum informacionem Patroni — —, & singulis annis audiat conputum de receptis & expositis per eum, cum duobus Amicis suis ad hoc

hoc valentibus. Si legaliter & iuste conputabit, instet supplicando, ut propter Deum in tali officio perseveret. Si autem inutilis reperiatur, alium bone fame substituat, gracia Dei adiuvante.

Insuper omnis Patronus vel patrona Altaris prefati, Patrona prima exclusa ex causis legitimis, infra primum annum in quo ius patronatus ad ipsum vel ipsam devolutum fuerit, nisi ex racionabili causa inpedimentum interveniat, presentet se Plebano ecclesie prefate, vel Magistro civium si ibidem . . plebanus domicilium non tenuerit, fide data promittendo, quod fidelis ac diligens voluerit esse secundum posse suum, ut . . altaris redditus & pensiones conserventur, augeantur, & debite Beneficiatis - - per procuratorem suo tempore distribuantur; & quod execucionem faciet zelo iusticie, maxime prehabito consilio Prudentum, si beneficiati vel alter eorum presumpserint - -, huiusmodi articulis presens positis contraire, propter quos debebunt - - - - privari secundum formam pretactam coram Dnis Iudicibus ordinariis antedictis.

Preterea Beneficiati . . non habebunt Vicarios, quibus accessus altaris a Dno Preposito Sci *Stephani* * sive suo Officiali in *Amelburg* committatur.

* *Videlicet Ecclesiæ Colleg.* Moguntiæ; *cuius Præpositura Archidiaconatus oppidum* Alsfeld *comprehendebat.*

In quorum omnium singulorum testimonium Sigilla nostra, una cum sigillo dicti *Stephani* presentibus sunt appensa.

Et ego STEPHANVS, dicte ecclesie parrochialis Plebanus, in evidenciam Donacionis, mei consensus & ratificacionis, sigillum meum una cum Sigillis Illustrium Principum, Domini mei Lantgravii, & HERMANNI, nati quondam LVDOWICI Lantgravii fratris eius, protestor huic Scripto appendisse.

Datum Anno Domini *M CCC Septuagesimo primo.* In die Invencionis sce Crucis. *Cassel* in nostro Castro.

3 *Maii.*

CCCXXX.

CCCXXX.

„*Libertas Curiæ in* Dreyſs.„

An. 1372.

[p. 683. n. 3.]

IOHANNES *Dei & Apoſtolice Sedis gratia Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiſcopus, Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius.* Recognoſcimus, quod cum Religioſus, IOHANNES, Prepoſitus Monaſterii in *Hirtzenau*, ſpectantis ad Monaſterium *Siburg*, nos ſufficienter & evidenter docuerit & informaverit Litteris & privilegiis, quibus perpetua Elemoſina, que omnibus Peregrinis, Pauperibus & Xpi fidelibus, ipſam DEI intuitu petentibus benevole largitur, in dicto monaſterio *Hirtzenau* inſtaurata, dotata & principaliter fundata exiſtat de Curia *Dreyſa* prope villam *Finten* ſituata, & bonis univerſis ad eandem curiam ſpectantibus, noſtre dioc., ad eandem Elemoſinam & non ad alium uſum pertinentibus; Que quidem elemoſina, per diminutionem & deſtructionem dicte curie *Dreyſe* & bonis ipſius, maxime diminueretur & deſineret in preiudicium pauperum & peregrinorum.

Verum quia ſalutem anime noſtre ſalubrius perpendentes, dictam Elemoſinam potius fovere, meliorare, & quantum poſſumus in eſſe conſervare, quam diminuere volentes; Nos d. Curiam *Dreyſa* cum omnibus ſuis bonis & pertinenciis libertamus & exoneramus per preſentes, prout ipſam curiam & bona ipſius, ex Litteris, privilegiis & notitia evidenter libertatam invenimus; Quod de cetero nec Nos, noſtri Succeſſores, nec aliquis noſtro nomine, perpetuis temporibus exigere, requirere & petere volumus aliqua ſervitia, hactenus ibidem noſtro nomine petita, per Currus, per Equos ipſius curie, ſeu per alias expenſas vel ſervitia, quaſcunque vel quecunque, quocunque nomine cenſeantur, quibus dicta Curia vel ipſa Elemoſina aliquatenus poſſit aggravari vel infirmari.

Inhibentes universis nostris Officiatis & servitoribus, presentibus vel futuris, ne dictam curiam quocunque modo turbare vel aggravare presumant; *Reysis* duntaxat, per nos & Successores nostros habentes, exceptis, ad quas - - cum dimidio curru & duobus equis nobis servire debebit. Insuper damus & concedimus predicto Preposito & suis successoribus nomine sui monasterii & curie predicte talem libertatem, gratiam & prerogativam, quod omnes fructus qui crescunt in bonis d. curie - -, quos per Renum navigio deducere intendunt, una cum navi sua, in quibus huiusmodi fructus deducuntur, liberi & absque theloneo ante Theloneum nostrum *Erenfels* transire debebunt. Mandantes Thelonariis ibidem, ne aliquod theloneum ab iisdem bonis petant & requirant; atque ut eadem curia & bona ipsius, per nos & nostros Officiatos fortius prout bona ceterorum nostrorum subditorum, protegantur & proloquantur. Prepositus tamen - - - nobis ad nostram Cameram singulis annis in festo bti *Michaelis* pro speciali Dono, clenodio & munusculo centum *Crusilinos*, * valida & bona, in *Siburg* facta, & duo paria *Botorum* † bonorum porrigere & dare debebit.

XI Aug. In cuius rei testimonium Sigillum nostrum presentibus est appensum. Datum *Elt-vil* in crastino beati *Laurencii* Mart. Anno Domini MCCCLXXII.

* Crusellinum „vas potorium parvulum fictile, cuiusmodi sunt, quæ *Cren-„sets* vocamus. ——— Portabat enim vas parvum & fictile, quod vulgo „Cruselinum dicitur, in manu sua, in quali in tabernis potare solebat. „Du Fr.

† „Bota *Botta* sive *Ocrea*„ Id.

Ipsa Curtis Treyss *distat unius hora spatio a Metropoli: Nunc, pluribus obsepta domunculis Colonorum, est in dominio* PP. S. I. *Moguntinensium, qui populo Sacra administrant.*

CCCXXXI.

CCCXXXI.

VNIO Moguntini Cleri *contra exactiones Papales.*

An. 1372.

[*p 682 § III textus* Serar. & *p 1019 in Addit.*]

Nos BRVNO de *Scharpenstein* Sci *Albani*, & Volzo de *Lorche* S. *Iacobi*, Monasteriorum Abbates & Conventus, Ord. S. *Benedicti* extra & prope muros Maguntinos: Heinricus Beyer Decanus *Maioris*, nec non Conradvs de *Kunigstein*, Scti *Petri*: Hermannvs de *Wetter* S. Stephani, Hvgo de *Sancto* Pavlo, S. *Victoris*, Heinricvs de *Wysebaden* Sce *Marie* in campis, Hermannvs de *Wysebaden* S. *Marie* ad gradus, Conradvs de *Cassele* S. *Mauricii*, Dilmannvs *Scheffir* S. *Iohannis*, & Nicolavs, S. *Gyngolfi* intra & extra muros Moguntinos Decani, & Capitula Ecclesiarum, & singulorum eorundem Capitulorum Canonici, & Conventuum Persone: *ex Autogr.*

Notum esse cupimus universis presentes Litteras inspecturis, quod nobis fide digna relatione extitit insinuatum, qualiter Sanctissimus in Christo Pater & Dominus noster, Dns Gregorivs digna Dei providentia Papa modernus, Decimam omnium ecclesiasticorum fructuum, Reddituum & proventuum presentis anni, per Provinciam *Maguntinam*, & nonnullas alias provincias Alemanie duxerit imponendam; Et licet notorium & indubitatum existat, quod *pestilencie & mortalitatis acerbitas*, que Agricultores Parciarios & Colonos de medio, prout plures Fortium sustulit peremptorie dies vite; sic quod *agri cultores hodie paucissimi sunt & rari*; propter quod *agri plurimi inculti remanent & deserti*; Sterilitatis calamitas que ex defectu Agricultorum, parciariorum & colonorum predictorum, ac eciam naturaliter ex superorum influencia dicitur evenisse; Raptorum & predonum aliorumque perversorum & invadencium & occupancium bona nostra: Sevissima hostilitas gwerrarum hic in

 Par-

Partibus vigencium continue: Gravia dispendia, Dominorumque temporalium in quorum districtibus bona nostra consistere dinoscuntur nobis onera importabilia imponencium presumptuosa temeritas: Visualis monete debilitas, que ut plurimum ex transportacione florenorum harum parcium ad Romanam Curiam & aliunde facta, communiter accidisse refertur; Aliarumque miseriarum, calumpniarum & oppressionum iniquitas, quibus continue affligimur & gravamur, nos ad tantam facultatum nostrarum deduxerunt inopiam, quod ad prestacionem seu solucionem huiusmodi Decime reddimur penitus impotentes; Quodque non est reperire Personam ecclesiasticam Civitatis & Diocesis Maguntine, que de redditibus ecclesiasticis, deductis omnibus debitis, iuxta sui beneficii & status exigenciam valeat sustentari; prout hec & alia pro nostra excusatione, Sanctitati Domini nostri Pape tam per Litteras quam per Nuncios nostros ad hoc specialiter destinatos duximus expressius intimandum;

Et licet in ipso SS^{mo} D. N. Papa tanta floreat clemencia, quam eciam ab annis discrecionis sue communiter dicitur habuisse, ut more pii Patris laudabili moleste ferens incommoda filiorum nobis sic ut premittitur ad inopiam nullis nostris demeritis redactis pro paterno compati debeat affectu, nosque a solutione & prestatione ipsius decime habere excusatos, sicuti ipso iure notissimo eciam excusamur quia nemo ad impossibile obligatur, & Nudum latro transmittit, & in obsessa via pauperi pax est; Ex ante gestis tamen verisimiliter presumimus ac vehementer conjecturamus, quod idem S^{mus} D. N. Papa, quorundam, a quorum dextris stat diabolus, preferencium cupiditatem propriam Iuri, & inordinatum affectum eciam equitati, & querencium que sua sunt non que IHESV XPI seu eius Vicarii, finistris informacionibus fallacique ingenio circumventus, excusaciones nostras propter inopiam & impotenciam non admittet, quin ymmo ad solucionem & prestacionem dicte decime nos *artare* & compellere curabit; defensionis facultatem, que eciam a iure naturali permittitur, quamque sibi tollere non licet, inclementer nimium auferendo.

Ex

Ex quibus, & propter exactiones Papales perplurimas, in his terris Clerici ad magnam paupertatem redacti, *Servis, ymmo Iudeis comparati detestabiliter despiciuntur*; & a Laicis, perniciosam audaciam sumentibus non solum Clerici & Presbiteri, sed & *Prelati maiores & Episcopi quasi licite capiuntur, & in vinculis immite detenti enormiter exactionantur, ipsorumque bona diripiuntur, & ignibus* devastantur; Ipsaque sancta Sedes & nomen Apostolicum, que semper in hac Terra, reverencie fuerant & honoris, adeo vilipensa diffamantur, quod proinde fides Catholica magna vacillat in parte; Laicis videntibus Clericos & Prelatos maiores per Sedem Apostolicam, & eius diversarum imposicionum modos, videlicet *Serviciorum communium, Decimarum papalium, & Imperialium procurationum, Primarum, Annatum, Subvencionum Nunciorum Apostolicorum, Ecclesiasticarum reservacionum*, ac specialiter *decedencium Prelatorum continuis extorsionibus affligi*; Et exinde diversa & gravissima animarum pericula & scismata nedum provenire formidantur, sed Heu! iam insurgunt, & fortiter invalescunt; Laicis ipsis clamantibus, & despective contra Romanam Ecclesiam invehentibus, quod Sedes ipsa contra morem veterem Sanctorum Patrum ad partes exteras nunquam his temporibus mittit Predicatores vel viciorum Correctores, sed cottidie mittit bene *pompizantes*, & facta sua propria dirigentes, pecuniarum peritissimos exactores; Et propter hec & alia, que, ut dolentissime referimus, Laici eidem imperant sanctissime Sedi; paucissimi iam in terris istis inveniuntur, nisi solo nomine Christiani.

Ad hec igitur tam perniciosa pro viribus repellenda pericula, & ad deteriora que verisimiliter eventura timentur, precavenda; Ne quoque nobis, miserabiliter sicut premittitur afflictis, intollerabilis afflictio superaddatur; nosque per artacionem & compulsionem solucionis huiusmodi Decimarum & aliarum Collectarum, quocunque nomine censeantur, imposterum ut verisimiliter presumitur imponendarum, paulatim & successive ad extreme exinanicionis dispendium deducamur, ac nobis Victus necessaria subtrahantur; Premissis debita & dili-

genti consideracione pensatis, diversisque super his Tractatibus inter nos habitis nostre racionis libramine mediante, quibus viis & modis, huiusmodi importabilis afflictionis periculis cum DEO & iusticia occurrere valeamus; Invenimus, quod, quia quelibet Ecclesiarum, aut singularis persona earundem, per se ad resistendum & defendendum non sufficit ullo modo; & quod ideo Rever.mi in Christo Patris & D. N. D. IOHANNIS Archiepiscopi *Maguntini* nobis & singulis Nostrum in hac parte, est gratia benigneque Paternitatis assistencia summe necessaria; Idcirco promittimus, loco iuramenti prestiti nos firmiter obligantes, quod si forsan ipsum Dnm. nostrum Dn. Archiepiscopum pred. propter nos & nostram in huiusmodi rei defensionem vexari vel gravari contigerit quoquo modo, nos eidem consiliis & auxiliis oportunis constanter & possetenus assistemus, & ab eo nullatenus recedemus.

Volumus insuper & ordinamus, ac vinculo fidei loco iuramenti prestiti nos invicem unientes ad infra scripta firmiter obligamus; Quod si aliquam, tam Maioris quam aliarum Ecclesiarum, vel Monasteriorum predictorum, aut singularem Personam earundem, super & pro Decimis apostolicis supradictis, aut earum occasione, Citationibus aut Processibus quibuscunque, aut modis aliis gravari seu dampnificari contigerit, & Gravamen seu dampnum huiusmodi ad nos, seu illos quos duxerimus deputandos pro presentis ordinacionis defensione, expedicione, prosecucione & execucione deductum fuerit; ipsis sic gravatis seu dampnificatis, consiliis auxiliis & favoribus oportunis adherebimus, & pro viribus assistemus; Ipsosque effectualiter, expensis nostris communibus defendemus, & ab aliis gravaminibus & dampnis si qua occasione huiusmodi sustinuerint, relevabimus, & indempnes conservare promittimus per presentes: Sic eciam, quod talis, quicunque huiusmodi rei occasione qualitercunque gravatus seu dampnificatus, a nobis & a Clero non vitetur, nec in suis, Ecclesia aut Monasterio, Conventu vel Capitulo, ab aliquibus actibus excludatur; sed quod suis Prebendis ac beneficiis, & eorum fructi-

fructibus quibuscunque, pacifice gaudeat & fruatur, acsi gravatus nullo modo fuisset. Quod si non fecerimus cum effectu, iuxta diffinicionem dictorum deputandorum Diffinitorum, vel maioris partis eorundem infra certum tempus statuendum vel statutum ab ipsis Diffinitoribus, tunc talis vel tales sic gravatus vel gravati, - - - - poterunt per se vel alios invadere vel impetere, iudicialiter seu absque iudicio, temporaliter & spiritualiter, quecunque bona & res istius Ecclesie vel Monasterii, - - - & personarum earundem, sive bona aliarum quarumcunque personarum beneficiatarum, huic nostro consorcio sive Vnioni interesse volencium, & in hac unione comprehensarum, que discussioni sive diffinicioni predictorum Diffinitorum, deputandorum ut supra, non paruerint, cum effectu satisfaciendo eisdem gravatis seu dampnificatis intra certum tempus ut premittitur, sine cuiuscunque Nostrum contradictione & impedimento; Ymmo de nostrorum omnium & singulorum permissione tam diu, & donec - - - - dampnificati de universis - - dampnis & gravaminibus huiusmodi fuerint relevati. — — Si vero alique singulares Persone de dictis - - - ecclesiis, - - diffinicioni sive discussioni - - Diffinitorum contradixerint, aut stare & parere noluerint; iste a consorcio sui Capituli seu Conventus, & tractatibus capitularibus reici debebunt, nec eis per suos Prelatos - - - seu Officiatos & fructuum administratores, fructus suarum Prebendarum & cottidianarum distribucionum ministrari debebunt. Hoc eciam, si fuerint Canonici - - non Capitulares, volumus observari.

Communes autem expense, de quibus supra fit mencio, - - - recipientur & fient ex nostra communi contribucione per dictos Diffinitores, - - - quando & quociens eis secundum datam sibi industriam videbitur expedire, in plus vel minus, pensatis condicionibus personarum, & beneficiorum fructibus istius anni & aliis circumstanciis proporcionabiliter indicenda, imponenda, & eciam colligenda. Quorum siquidem Diffinitorum, si aliquis vel aliqui - - Vnione durante decesserint, aut inevitabiliter & perpetuo impediti fuerint; in - - illo-

illorum locum Diffinitores superstites - - - alium vel alios ydoneos, super quo ipsorum consciencias oneramus, infra mensis spacium postquam hoc sciverint, - - - - — eligent & assument. - - - Promittent quoque nobis iidem Diffinitores, presentes & posteri fide data loco iuramenti, se in huiusmodi - - officio fideliter versaturos, - - absque aliqua capcione & fraude, uni sicut alteri, prout secundum DEUM, suamque famam & bonam conscienciam magis equum putaverint atque iustum, iuxta superius ordinata.

ITEM nullus dictam Decimam in parte vel in toto solvat, seu se soluturum promittat, aut super ea componat, aut Tractatum aliquem super solucione aut composicione huiusmodi - - - - habeat; aut alios ad solvendum - - - inducat quovis modo, absque Nostrum scitu, consilio & assensu. Cum per solucionem, & - - - particulariter factas, non solum ipsis sic solventibus, - - & ex hoc postmodum in Cleri opprobrium mendicare compulsis, sed eciam nobis alia dispendia maxima poterint irrogari; prout proch dolor, rerum edocente experiencia, retroactis temporibus irrogarunt, quod oblivio non obducat.

Et si aliqui forsan tenui consciencia tenti, trepidantes ubi trepidandum non est, eciam huiusmodi Decimam solverint, vel super ea se composuerint, aut alias contra premissa - - - fecerint, seu . . attemptaverint, directe vel indirecte, publice vel occulte; postquam de hoc perceptum fuerit; Quod - - illi, cuiuscunque preeminencie, status seu condicionis fuerint, preter periurii penam quam ipso facto incurrunt, a perceptione omnium fructuum, reddituum - - - beneficiorum suorum, - - - - - ubicunque in - - Diocesi Maguntina obtinuerint; aut eciam distribucionum cottidianarum, suspensi maneant, & sint *Infames*; nec ad aliquam Dignitatem, beneficium seu officium aliquod - - - -, per electionem, seu alterius disposicionis modum ullatenus admittantur; quam Penam nobis - - - eligimus, & assumimus in premissis. Si vero aliquod dubium circa presentis Ordinacionis intellectum - - - - emerserit, - - vel

vel - - inciderit quovis modo; hoc pred. Deputandorum - - - - - sentencia sopietur; Ipsorumque declaracionibus, decisionibus seu sentenciis, absque ulla contradictione iuris vel facti stabimus, & parebimus sub penis superius & inferius annotatis.

Preterea pro firmiori & maiori Pacis, tranquillitatis & concordie huiusmodi Vnionis inter nos observancia adicimus eciam; quod si alique Dissensiones, lites vel discordie, aut Questiones seu rancores sive scrupuli - - - exorti fuerint hactenus; seu oriantur quod Deus avertat, - - - inter ipsas Ecclesias & Monasteria, aut inter Prelatos quoscunque, aut inter Capitulum seu Conventum & Prelatos, seu singulares Canonicos sive Conventuales, - - - - - - - aut inter alios qualitercunque Beneficiatos sive Ecclesiasticas personas utriusque sexus, - - nostro consorcio interesse volencium, sive in hac Vnione comprehensarum; tales Dissensiones - - - sive scrupuli, per .. Diffinitores - - - - iuxta consuetudinem cuiuscunque - - - Ecclesiarum - - - in quibus - - - exorti fuerint, — — — — discuti & decidi debebunt, & realiter diffiniri. — —

Cum autem nemini officium suum debeat esse dampnosum, ipsos deputandos pro negocio dictarum Decimarum, - - nec non Consiliarios, Advocatos & Procuratores — —, ac omnes alios - - in huiusmodi negotio aliquos exercentes actus, aut ministerium prestantes, a quolibet dampno vel gravamine, si quod sustinerent - - - -; Seu, si ipsi concorditer aliquas pecunias exposuerint, seu expensas utiles & necessarias racionabiliter fecerint, — — volumus & promittimus, penitus, & absque strepitu contradictionis plene relevare.

Premissam vero Ordinacionem - - - promittimus, et tactis sacrosanctis Ewangeliis, tam pro Reverendissimo Patre & Domino nostro IOHANNE Archiepiscopo *Maguntino* predicto, quam pro nobis omnibus & singulis, iuramus inviolabiliter observari. Insuper volumus - -, quod quilibet Canonicus seu Conventualis - - - -, cum ad residendum venerit in

eadem ecclesia vel monasterio, infra octo dies iurabit, premissa se firmiter observaturum. Si quis vero - - - - - hoc expresse iurare noluerit, seu Fedus - - - subire recusaverit, nec subierit, sed observare contempserit; preter penas superius expressas, videlicet suspensionis a fructibus beneficiorum suorum, & *Infamie*, defensionis huiusmodi commodo se noverit perpetuo destitutum.

Volumus eciam, quod ad huiusmodi nostre Defensionis modum & formam, alie Ecclesie tam Regulares quam Seculares, ac Monasteria utriusque sexus, atque eorum persone singulares, Rectoresque ecclesiarum parochialium, & alias beneficiate persone - - - Provincie *Maguntine*, intrare cupientes; per dictos Deputandos recipiantur & admittantur, si, & prout ipsis aut maiori parti videbitur expedire.

In quorum omnium testimonium & maiorem roboris firmitatem nos Abbates & Conventus - - -, nosque Maioris & aliarum Ecclesiarum Decani & Capitula . . ., nostrorum Capitulorum maiora Sigilla presentibus duximus appendenda. Datum & actum in Civitate *Maguntina* in Loco Capitulari Ecclesie Magunt. predicte. Die penultima mensis Novembris Anno Domini MCCCLXXII.

Sub Ioannis *de* LINWEY *pontificatu contingentium non sunt multa. Quippe anno mox postero intoxicatus, occubuit* Altavillæ. *Et sine mora reeligitur* ADOLFUS Nassovicus, *tempore intermedio factus Episcopus Ecclesiæ* Spirensis.

CCCXXXII.

A PHILIPPO, Bolandiæ *Dynasta, pratum* Burfeldense *in feudum accipit* Rupertus *de* Randeck.

An. 1373.

ex Autogr. Wir Phylips von Bolanden, Herre zu der Aldenbeimburg, verichen uns offenlich an dysem . . Brieffe — — —,

Daz

Daz wir ane han gesehen alsolichen lieben Dinst, den uns gedan hat Ruprecht von Randecken, und noch dun sal; Vnd han Yme zu Lehen geluhen und sin Lehen gebessert, Yme u. synen lehens Erbin, byt namen die Wyse, die do gelegen ist zu Burvelt, die do heisset die Born Wyse; und sal die bruchen u. niesen, als ander sin Lehen, die Er und syne Lehens Erbin von uns zu lehen hant. — —

Däz daz war u. stede verlibe, so han wir Phylips v. B. - - - unser Ingesigel an dysen Brieff gehangen - - - — Datum Anno Domini M. CCC. LXXIII, feria sexta proxima ante Dominicam Palmarum.

CCCXXXIII.

ADOLFUS *de* Nassau *annuntiat Communitati* Bischoffsheim, *qualiter electus sit in* Administratorem Moguntinum. *Omni ira & suspicione seposita, homagium sibi praestari postulans.*

An. 1373.

Wir Adolf von GOtes gnaden Bischoff zu Spir, Administrator des Stiftes zu Mentze, Embieden den Burgermeistern, Scheffen, und Burgern gemeinlich zu Bischoffesheim - - unsern Gruz u. allez gut. Lieben Getruwen. *ex Autogr.*

Als Uns die Erbern, Heinrich Dechant, und der gemeine Capitel des Dumes zu Mentze, zu einem gemeinen Administrator, Mompar und Provisor der Kirchen u. des Stiftes zu Mentze einmuteclich gemachet u. gesatzet haben; Vnd auch Lande u. Lude meinen inzuantworten; Des begeren wir, und heissen Uch, und ist unser gute Wille, daz Ir uns, als einem Gemeinen Administrator, Mompar u. Provisor des Stiftes zu Mentze, Alle, und uwer iclicher besambt u. besundern, globet u. swerent, in aller der masse als der Brieff sprichet, den Uch die egenanten, Heinrich Dechant u.

 daz

daz : : Capitel daruber geben u. geschriben haben. Vnd auch nach lude u. innehaldunge der Briefe, die wir [Decano & Capitulo præfatis] und Sie uns widerumbe daruber geben haben; Vnd mit behelteniße ytweder Syt derselben Briefe, an (ohne) allen unsern Zorn u. virdechtniße; Vnd sulden u. wolden wir Uch darumbe nit deste finder sin, und Uch darumben nit virdenken noch unwilligen.

Des zu Urkunde ist unser Administracien Insigel an diesen Brief gehangen. Datum *Aschaffenburg* die Inventionis sancte Crucis. Anno Domini MCCCLXXIII.

3. Maii.

Hæcce ADOLFI *administratio non fuit quieta; denuo namque reiectus, Pontifex*, Caroli Imp. *gratia*, *Mog. Ecclesiæ præfecit* LVDOVICVM *Episcopum* Bambergensem. *Quem* - - -
[Filum continuat post n. 334]

CCCXXXIV.

CHARTA *Archiep. temporarii* LVDOVICI.

An. 1374.

[*Desumpsit D.* IOANNIS *ex* Tentzelii *Supplem. ad Historiam* Gothanam, *citavitque p.* 685. *n.* 5.]

LVDEWICVS *Dei & Apostolice Sedis gratia Sancte* Maguntine *Sedis Archiepiscopus*, *Sacri Imperii per Germaniam Archicancellarius*, ad perpetuam memoriam rei geste. Cum a nobis, quod dignum & iustum est, & precipue ab - - - - Decano & Capitulo Eccl. *Gothensis* - - petitur; equitati congruit & racioni, ut precibus supplicancium desiderata concedamus, aures pietatis prestando, tanquam postulantibus que nobis placita sunt atque grata.

Sane cum Religiosi - - - - Abbas & Conventus monasterii in *Breytingen*, Ord. Sci *Benedicti* . ., unanimi consensu, tractatu ac debita diligencia prehabita, Ius patronatus ecclesiarum parrochialium in *Tupbleibin* & in *Mittelbusen*, prope Oppidum *Gotha* sitis, quarum collacio - - - & quevis alia disposicio

ficio ad ipsos - - - - pertinuit ab antiquo, Honorabilibus viris Decano & Capitulo - - - memoratis, propter grata servicia ipsis & Monasterio ipsorum impensa & inantea impendenda, donaverunt & irrevocabiliter donarunt; Quapropter nobis humiliter & devote a predictis - - - extitit supplicatum, quatenus ad huiusmodi donacionem consensum nostrum adhibere dignaremur, ipsamque ratificando confirmare.

Nos itaque ex causis certis que ad hoc animum nostrum induxerunt, Donacionem iuris patr. earundem ecclesiarum - - - ratificamus, auctorizamus & confirmamus; & presentis scripti patrocinio consensum nostrum auctoritate nostra ordinaria huic donacioni adhibemus. In cuius rei testimonium presentes fecimus Litteras compilari, ac Sigilli nostri appensione communiri. Datum & actum *Gotha*, Anno Domini MCCCLXXIIII. XXI die mensis Aprilis.

Quem vi & armis oppugnaturus ADOLFVS, „mense Augu„sto transtulit se cum magno Armatorum comitatu ad partes „Hassiæ, Westphaliæ, Saxoniæ & alibi, ubi erant munitio„nes Ecclesiæ Maguntinæ. Et omnes fecerunt sibi homagium, „respuentes LVDOVICVM - - -, & ortæ sunt graves Guer„ræ inter ipsum & Marchiones.„ *Vol. I. R. M. p. 690, ex Miscellis.* His - -

Iuxta seriem hoc loco inserendæ forent Litteræ

CAROLI IV,

quibus Chartusiam Erfurtensem, ab *Herbordo* de *Spangenberg*, S. Severi: & *Ioanne Orthone*, Dorlonensis ecclesiarum Præpositis fundatam, constabilivit VI. non. Maii.

Cum vero iam publicatæ reperiantur in Falckensteinii *Chron. Thur.* Zweites Buch anderer Theil, *idcirco sufficiet, remissionem illuc fieri.*

His turbis superveniens Imperator, Pacem, in Castris ante Tunnam, *sancivit interimisticam d. Iovis erga Festum Nativ. B. V. duraturam ab hinc, usque Ioan. Bapt. proximum, & inde unius adhuc anni spatio. Tabulas ipsas, demum post editionem* Serarii *in lucem erutas, continet* n. 336.

CCCXXXV.

IMPERATORIS *quasi praeludia vindictae contra* Erfurtenses, *eo quod* Ludovico *postposito*, *adhaeserint* ADOLFO.

An. 1375.

[*p. 635. n. 6.*]

Karl v. G. G. Romischer Keyser, zu allen zyten Merer des Riches, und Konyng zu Beheim. Burgermeistere, Rete u. Burgere gemeynliche der Stad zu Erfurte. Wann wir vormals als eyn Romischer Keyser eynen Lantfryden confirmiret u. bestediget haben gen den Durchluchtegisten Fursten, Wentzlaw Koning zu Beheim, Marggrave zu Brandenburg u. Hertzoge in Slesien, unsir liebir Son; Und seliger gedechtniss etzwann Johann Ertzbischoff zu Mentze, unser lieber Vetter u. Furste; Und etliche andere Fursten, Graven u. Herren des Heil. Riches; Und by Namen Ir die Burgermeistere, Rete - - - - zu Erfurte; und auch etliche andere - - des Riches Stete eyntrechtlichin ubireyn komen syt, und Den libhafteclichin zu den Heilgen mit sampte den vorgenanten Fursten - - - - gesworn u. festeclich zu halden globet haben, Tzen Jar nacheyandir zu zelen, anzuheben von Datum des Brieves den Wir ubir denselben Lantfryden gegeben haben; - -

Und wann auch der Erwirdige Ludewig, Ertzbisschoff zu Mentze, des Heil. Riches in Dutschen Landen Ertzkentzeler, unser liebir Oheim u. Furste, von unserm Heilgin Vater dem Babiste zu eyme Bisschoff zu Mentze gegebin ist, und Wir yme auch als ein Rom. Keysir, desselben Stiftes . . Werntlichkeit u. Regalia verliehen haben; und Er des vorgen. Ertzb. Johans . . Nachkomen ist, u. den vorgeschr. Lantfryden als ein E. z. M. - - - in allen Puncten u. Artikeln, als er begriffen ist, unverrucket u. gentzlichin halden, volforn, sweren u. besiegeln wil;

Davone gebieten wir Uch ernstliche u. vesteclichen, by Unsern u. des Riches Hulden, und by den gewonlichen Eyden u. Truwen

domete

domete Ir eynem Ertzbisschoffe u. Stifte zu Meintze, als unser rechter ordenlichen Herschaft virplichtet syt - - -, daſ Ir den vorgen. unsern Oheim den E. z. M. ane alle Wiedirrede u. Geverde in denselben Lantfryde entphahent u. nement, in alre der masse, als seliger gedechtniß sin Vorfar darynne gewest ist; Und yme auch getruliche u. ernstliche, nach ussiwisunge desselben Lantfryden wiedir alremenlichen beholfen, beystendig, u. geraten seyt, der yn an synen Rechten, Wirden u. Freyheiten - - yrrede, oder hinderte. Wann, wo Ir des nicht tetind, so hettent Ir den . . Lantfryden gebrochen u. ubirfarn. Darumbe Wir, u. unsir Son der Konyng von Beheim mit Uch in demselben Lantfr. nicht syn wolten; Und auch den egen. unsern u. des Riches Korfursten, der willeclich im Lantfryde were, und des mutet, nicht mochten Rechtloſ lassen.

Und so haben Wir widirrufen, virnichtet, und getodet; Und widirrufen - - u. toden auch, mit craft disses Brieves den vorgen. Lantfryden, in allen sinen Meynungen u. Artikeln, als er von worte zu worte begriffen ist; Mit wolberatem Mute - - des Riches Fursten, Graven, und Getruwen, von rechtir wissen u. Keyserl. Mechte u. volkomenheid; Also daz er vorbaz ungehalden, untugelich, u. krefftloz sin sal; Und daz allermenlich solicher Eyde, Globte u. verbintnisse der Sye darumbe phlichtig waren, gentzlichen entbunden u. enbrosten sin; und der nicht vorbaz plichtig sin zu halden.

Mit Urkunde dieses Briefs, versiegelt mit Unser Keyserl. Maiestad Ingesigel. Der gegeben ist zu Prage nach Crists geburt Dryzehen hundirt, darnach in dem Funff und siebintzigistem Jare. An unsir Frawen abinde Annuntiacionis. Unser Riche *24 Mart.* in dem Nun und zwentzegistem, u. des Keysirtums in dem Zwentzegistem Jare.

Ad Mandatum Dni Imperatoris
Theodericus Dameraw.

CCCXXXVI.

CCCXXXVI.

TABVLÆ *pacis interimisticæ, compositæ per Imperatorem, inter* LVDOVICVM & ADOLFVM.

An. 1375.

